# JOHANNIS HARPRECHTI ... IN QUATUOR INSTITUTIONUM DIVI IMP...

Johann Harprecht

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
14 K
39
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google




Francof: Imp. Job. Beyeri. Ao. 1663.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

# JOHANNIS HARPRECHTI

ICTI & Anteceſſoris quondam in Academia Tubingenſi Ordinarii,

In quatuor Inſtitutionum

DIVI IMP. JUSTINIANI

Libros, Commentarii privati, breves ac perſpicui,

*Nunc primùm editi.*

Opus cupidæ legum Juventuti præprimis utile.

*Cum Gratia & Privilegio S. Cæſ. Majeſtatis.*

FRANCOFURTI,

Sumpt. JOHANNIS BEYERI.

Typis ÆGIDII VOGELII.

M. DC. LXII.

Digitized by Google

Digitized by Google

# NOBILISSIMIS,

Qua paternarum, qua ſuarummet virtutum decore ſplendidiſſimis, Inclytæ Lib. Imp. Reip. Francofurti ad Moenum ſpei magnæ, variis in Germaniæ Univerſitatibus ſtudiis ſtrenuam operam dantibus

*VIRIS IUVENIBUS.*

## Dn. Iacobo Bendern.

Dn. Ioh. Iacobo Seyffarten.
Dn. Ioh. Hect ab Holtzhauſen
Dn. Ioh. Iacobo Schützen.
Dn. Ioh. Chriſt. Stallburgern
Dn. Nicolao Phil. Lerſchnern

¶ Dn.

Digitized by Google

Dn. Joh. Arnoldo Mohrn.
Dn. Joh. Chriſtiano Mohrn.
Dn. Joh. Adolpho Glauburgern.
Dn. Jo. Hieron. Steffãv. Cronſtettẽ.
Dn. Zachariæ Conrado Uffenbachẽ.
Dn. Joh. Chriſtophoro Portzen.
Dn. Joh. Philippo ab Holtzhauſen.
Dn. Joh. Georgio ab Holtzhauſen.
Dn. Joh. Vincent. Baurn ab Eyſeeck.
Dn. Joh. Valentini.
Dn. Joh. Conrado Steindeckern.

*Ac demum filio meo*

Joh. Adolpho Beyern.

S. P. D.

IOhannis Harpprech-
ti JCti & Anteceſſo-
ris quondam Tubin-
gen-

genſis Commentarios, in IV. Inſtit. Imperialium libb. ut ipſe Autor eos appellare amavit, privatos, breves & ut revera ſunt, perſpicuos, nunc primùm editos, vobis offero, VIRI JUVENES OPTIMI.

Munus, ſi chartam ſpectetis, levidenſe, ſi verò id quod intus & in ſe habet, aut mentem donantis, non adeo vilipendendum. Autorem quippe noſtis, ex cujus acumine nil niſi exaſciatū proceſſit, ſicq; ejus

lau-

laudibus nil ultra accedere poterit. Et Parẽtes Veſtros, Viros in hac noſtra Rep. graviſſimos, meritiſſimos, laudatiſſimos, cum Euergetas & Patronos meos mihique amicos ſciam, eoſque tales mihi eſſe palam profitear, obſervantiæ debitæ & amoris reciproci aliquod in vobis edendum ſpecimen, hoſque nominibus veſtris Commentarios, prout ab hæredibus Harpprechtianis bona fide adquiſivi & comparavi, inſcribendos ominno animum induxi. Quo quidem, & debito meo, ſi non omni,

Digitized by Google

omni, tamen aliqua ex parte, cum hoc munere ſtudia veſtra, in quibus nunc ſudatis, quorumque fructus plenis aliquando calathis reportabitis, aliquo promovere modo, & boni publici, cujus potiſſima hactenus ratio apud me fuit, augmento, abundè ſatiſfactum puto; iniquum autumans, majores illos & ampliores Inſtitutionum Commentarios cùm paucis ab hinc annis ediderim, hos latere paterer, aut ab aliis ſubduci, vel forte aliquâ ratione, qui noſtræ ætatis perverſi mores

ſunt,

Digitized by Google

ſunt, Autoris famigeratiſſimi labori & ſtudio injuriam fieri.

Accipite igitur munus Vobis veſtriſque Muſis deſtinatum, fortaſſe Parentibus Veſtris, qui currentibus vobis ut calcaria addantur, non ægre ferent, non ingratum, eo utimini, tanto jucundiori, quo commodiori forma imprimi curavi, qualecunque ſit, vel ex hoc fonticulo ſitim levare poteritis. Tu vero fili ſuaviſſime, nocturna verſa-

re

ſre manu, verſare diurna, una cum aliis tibi commendatiſſimis, haud deſiſte: ita fiet, ne caſſam ſpei meæ exhibeas fidem, legaſque veſtigia Cognatorum & propinquorum tuorum Clariſſimorum: Ita fiet, inquam, ut omnes & ſinguli, bene tranſacta juventute, accedente Divini Numinis benedictione, juxta Horatianum illud, ſic excipiatis Parentes Veſtros, ut ætate Avos,

Pru-

Prudentia & Scientia ipſo ſuperetis.

Valete, feliciter perennate, mihique favete.

V. D.

*Studiis addictiſſimus*

Johan. Beyer.

Digitized by Google

# JOHANNIS HARPRECHTI JCti & Anteceſſoris in Academia Tubingenſi Ordinarii, in IV. Inſtitutionum Divi Imp. Juſtiniani Libros, Commentarii privati, breves & perſpicui.

## *Ad Princip. Proœmii Inſtitut.*

VTilitas Inſtitutionum Juris Divi Imper. Juſtiniani (quarum ſuccinctam explicationem Chriſto duce & auſpice Chriſto aggredimur) non eget commendatione. Ipſa enim abunde ſeſe oſtendit. *arg. L. 1. ff. de in Integ. reſtit.* Nam haud aliunde quiſpiam vel melius vel maturius univerſæ Jurisprudentiæ ſummam, quàm ex iſthoc Inſtitutionum opuſculo haurire ac percipere poterit, Continent quippe omnium fermè Legum compendium. Etenim quæ *Inſtitutionum Iuris Utilitas.*

 in

in Pandectis vel Codice titulis libriſq copioſiùs ex.di·antur, ea hic brevibu paragraphis ſeu verſiculis pulcherrim methodo comprehenſa proponuntur Quæ non aditum modò ad ſecretior juris myſteria patefaciunt : ſed & in to to itinere, & in quibuſcunque Legun ænigmatis non aliter ac fax quædan ſplendent & prælucent. Hinc Azo an tiquiſſimus ille juris interpres, in proœ mio ad ſummam Inſtitutionum circa fi nem, ad excitandam ſtudioſorum & Au ditorum Inſtitutionum diligentiam non obiter in hæc verba ſcribit: *Habe qualibet ſcientia principia & radices ſua ſuper quibus regulare conſtituitur funda mentum. Unde fideliter conſulo his, qu cauſarum Patroni fieri peroptant, ut ſin Inſtitutionum doctrinis ad Legum ſublimi tates conſcendere non præſumant : quonian ex alto irremeabili corruit, qui volare ſata git, antequam pennas aſſumat.* Cæte rum de laudibus & encomio harum In ſtitutionum plura notatu digniſſima poſteritati reliquit Jacobus Cujaciu *Lib. II. obſervation. cap. 38.* Porrò ad proœmium harum Inſtitutionum quod attinet, id commodiſſimè ſyllogiſmo rhetorico concludi poſſe videtur. Ma jor propoſitio hic in principio contine

tur

Digitized by Google

tur: Veri & boni Imperatoris eſt, & Legum & jurium & armorum curam gerere, Ratio & confirmatio hæc additur, ut rectè poſſit præeſſe Reipublicæ & pacis & belli tempore. Minor propoſitio ſive aſſumptio habetur in § *quorum utramq;* 1. Ego Juſtinianus Imp. utrumq; præſtiti. Ibiq; hujus minoris propoſitionis confirmatio ſubjicitur verſ. Et bellicos quidem ſudores. cum §§. ſeqq. Concluſio omittitur more Rhetorum: cujus tamen loco cohortatio ad ſtudioſos juvenes (quibus hoc Inſtitutionum opus imprimis Juſtinianus voluit eſſe nuncupatum) ſubjungitur §. *finali*. Ego igitur veri boniq; Imperatoris munus obivi: multumq; mihi grata debet Reſpublica: ac propterea meritò juventus mihi debet credere, meaq; munera alacriter excipere.

*Boni Imperatoris officium.*

*Juſtiniani Imp. merita.*

*Ad §. quorum utramq;* 1. *&* 2.

In hoc primo & ſecundo §. minor prædicti ſyllogiſmi propoſitio exponitur: Imperatorem videlicet Juſtinianum in utraq; arte, Civili & militari præclarè ſuo functum eſſe officio. Utrumq; breviter oſtenditur: primum quidem quòd ipſe quoad militiam hoſtes barbaros, præpotentes ac multitu-

dine innumerabiles devicerit, ſuoque Imperio ſubjecerit: deinde verò quòd pacis tempore bonas leges ac ſalutaria jura condiderit, quibus omnes populi, qui Romano ſubſunt Imperio, regantur; quibusq; calumniantium iniquitates reprimantur. Id quod §§. ſeqq. fuſiùs declaratur.

*Ad §. Cumq; hoc Deo propitio. 3. & ſeqq.*

*Libri Iuris Civilis triplices.*

Hoc loco notandum eſt: tria eſſe genera librorum Juris Civilis, quibus tota comprehenditur Jurisprudentia. Quidam enim Iſagogici dicuntur; quidam ipſius artis: quidam emendatorii. Iſagogen continent Inſtitutiones: artem & ipſam diſciplinam Digeſta: emendationem & ſupplementum Libri Codicis cum Novellis: quibus pro rerum varietate cætera vel emendantur, vel augentur vel imminuuntur. Cæterum Juſtinianus Imp. primùm Conſtitutiones Principum: deinde jus Civile populi Romani, id eſt, Pandectas; tum Inſtitutiones in meliorem formam redegit. Poſtea demum emendatus eſt multis recognitis & auctioris Codex, qui hodie extat, additis etiam Novellis, id eſt, noviſſimis Conſtitutionibus, quibus quaſi ultima manus

manus Juri Civili impoſita eſt. Quod certò, utpote valdè utile ac neceſſarium, diligenter eſt obſervandum. Ita enim apparebit, quibus velut poſtremis legibus potisſimum fides ſit adhibenda, ſi quando contrariæ Leges occurrerint. *L. non eſt novum.* 26. & *L. ſeq ff de Legib.* Præterea cauſæ harum Inſtitutionum hîc ſunt cognoſcendæ, primò quidem efficientes, deinde verò finales: Prima efficiens cauſa eſt Deus propitius, ter Optimus, ter Maximus: ſecunda laudatiſſimus Imp. Juſtinianus: tertia cauſa efficiens ſive potius Inſtrumentalis ſunt tres viri Illuſtres, Tribonianus, Theophilus & Dorotheus. Cauſa finalis eſt; prima quidem, ut legalis diſciplina initium & finem à voce principali ſuſcipiat; altera ut juventus hac compendiariâ explicationis viâ, quaſi manu ad faciliorem juris cognitionem deducatur. Denique ratio rectè inſtituendi juris ſtudii hoc loco tenenda eſt; ut nimirum initium fiat ab Inſtitutionibus: medium detur Pandectis: finis tribuatur lectioni Codicis & Novellarum. In has enim tres partes, univerſum juris corpus Juſtinianus diſtribuit: de qua re latiùs in proœmio Digeſtorum.

*Inſtitutionum Juris cauſa.*

*Methodus ſtudii Iuris.*



Digitized by Google

*Ad §. ſumma itaq; opt. 7.*

Epilogus in hoc §. connectur exhortatorius, quo Imp. Juſtinianus ſtudioſos ad Jurisprudentiam alacriter & diligenter diſcendam invitat & excitat præmia honorum & adminiſtrationis Reipublicæ ipſis proponendo atq; pollicendo; ſi modò totum legitimum opus perfecerint, adeoq; juris ſtudium ad finem feliciter perduxerint. Ex quo colligere promptum eſt: bonos efficiendos eſſe non ſolùm metu pœnarum, ſed etiam promiſſione præmiorum, juxta *L. 1. §. 1. ff. de I. & I.* unde & Imperator Juſtin. in *Nov. 1. in fin.* affirmat, quòd Leges neque in paupertate vivere, neque mori in anxietate permittant. Tametſi accuratiùs inſpicienti textum dictæ Nov. 1. manifeſtiſſimum ſit; Imperatorem in eo non generaliter de Legibus; ſed de Lege tantùm Falcidia ejusq; utilitate loqui. Verùm utut ſit; vulgò proverbiali verſu dici ſolet:

*Juris prudentia quare diſcenda.*

Dat Galenus opes, & ſanctio Juſtiniana;
Ex aliis paleas; ex iſtis collige grana.

Item

Item;

Si modò pauper eges; ne plus egeas, lege leges:
Grandia lucra leges; fertilis illa ſeges.

Hinc & alii feliciori venâ canunt:

Sacratæ leges inopem non vivere quemquam
Permittunt, nec dant anxietate mori.

*vel hoc modo:*

Non ſinit aſſeclas mendicâ vivere ſorte;
Aut morier preſſos anxietate Themis.

*vel deniq; ita:*

Cultores Themidos non angit triſtis egeſtas:
Nec frangunt tales anxia fata viros.

---

# Inſtitutionum ſeu Elementorum D. Juſtiniani ſacratiſſimi Principis,

## LIBER I.

## De Juſtitia & Jure,

### Titulus I.

*Ad Princip. Tit.*

QUandoquidem in cæteris artibus atque diſciplinis percommodè ordimur *Cur à Iuſtitia incipiatur.*

dimur à generaliſſimis & principiis naturâ notis: idcirco & hoc loco Juſtinianus Imp. juris ſapientiam tradere cupiens, ab ipſa Juſtitia auſpicatur, à qua velut matre & fonte quopiam omnia jura dimanant. Priuſquam verò Juſtitiæ definitionem hîc propoſitam declaremus; paucis notandum eſt, juſtitiam eſſe duplicem, Univerſalem quæ omnes omninò virtutes ſub ſe complectitur: & particularem, quæ ab aliis virtutibus ſpecie diſtat: nec habitu minus quàm reliquæ comparatur: atq; ex eo particularis dicitur, quòd pars juſtitiæ univerſalis cenſeatur. Hujus particularis juſtitiæ (de qua hîc Imp. Juſtinianus agit) duæ perhibentur ſpecies: quarum altera commutativa; altera diſtributiva juſtitia appellatur. Illa jubet ſuum unicuiq; tribuere in permutatione, in cōmerciis atque in contractibus, habitâ ratione non perſonarum, ſed qualitatis & quantitatis rerum. Hæc verò jubet ſuum cuique tribuere in pœnis, præmiis & officiis diſtribuendis habitâ ratione non rerum diſtribuendarum ſed perſonarum quibus illæ diſtribuendæ ſunt. Porrò Juſtinianus particularem hoc loco juſtitiam definiens, eam conſtantem & perpetuam

*Iuſtitiæ diviſio in Univerſalem & particularem.*

*Particularis in commutativam & diſtributivam.*

*Particularis definitio.*

petuam voluntatem jus ſuum cuique tribuendi aſſerit. *L. Juſtitia.* 10. *ff. h. t.* ubi accuratè obſervandum ; juſtitiam nequaquam definiri, quatenus homini inſit : ſed ab omni ſubjecto ſeparatam, & ideâ quâdam abſtractam. Itaq; licet propter inconſtantiam & levitatem humanæ voluntatis tam perpetuam & conſtantem in nullo voluntatem invenire quis poſſit : tamen munus & officium juſtitiæ per ſe conſideratum ejusmodi eſt, ut conſtantem, firmam, ſtabilem, atq; continuam voluntatem deſideret. Ita etiam fortitudinis eſſe dicitur, forti & invicto ſemper animo ſubire pericula, quæ Juſtitia ſubire jubet ; utcunque in quo tanta ſit animi magnitudo & virtus, invenire haud liceat. Etenim auctore Ariſtotele *Lib.* 1. *Eth. c.* 5. *&* 6. in definitionibus virtutum, velut in abſtracto perfectum exemplum ſeu idea proponitur ; etiamſi in concreto & quatenus inſunt homini, imperfectæ intelligantur. Hæc autem definitionis verba (*conſtans & perpetua voluntas*) ponuntur pro habitu, qui voluntatem illam gignit atq; efficit. Effectus igitur ponitur pro cauſa, voluntas pro habitu μετονυμικῶς. Quia Juſtitia ſive habitus præcipuè ſpe-

ſtatur in voluntate ſeu effectu ſuo. Verbum vero (*perpetua*) definitioni additur ad excludendam temporalem aliquam affectionem. Ideoq; juſti appellationem minimè meretur ille, qui ſemel atque iterum, ſed qui perpetuo ad ſuum unicuiq; tribuendum eſt paratus. Quò ſpectat Ariſtotelis diſtinctio *Lib. 5. Ethic. cap.* 1 quâ diſtinguit inter juſta agere & juſtè agere: ut juſta agat etiam is, qui juſtitiæ habitu donatus non eſt: juſtè autem non niſi qui habitum juſtitiæ adquiſivit. His denique verbis (*jus ſuum cuiq; tribuendi*) differentia propria & ſpecifica exprimitur: Juſtitia enim (*teſte Cicerone*) tota foras projecta eſt, & in actionibus cum aliis ſpectatur: cùm cæteræ virtutes ipſius reſpectu, qui illis prædicus eſt, dicantur, eumq; perficiant.

*Ad §. Iuriſprudentia. I.*

Poſtquam Juſtinianus Imp. Juſtitiam, quæ finis eſt Juriſprudentiæ, definivit; nunc ex Ulpiano deſcribit quoq; ipſam Juriſprudentiam: quòd nimirum ſit Divinarum atq; humanarum rerum notitia, juſti atq; injuſti ſcientia. L. Juſtitia. 10. §. 2. ff. h. t. Per *res divinas* proculdubio ſacra & ſacerdotes & Magiſtratus, circa quæ jus publi-

*Iuriſprudentia deſcriptio.*

cum

eum verſatur: per *res humanas* verò jus privatum ſive res profanas & politicas, quæ pertinent ad negotia Civilia, intelligit. L. 1. § 2. ff eod. tit. Juſtum autem eſt quod Legibus eſt conſentaneum: injuſtum quod ab iis diſcrepat. Unde qui Legibus aut conſentanea, aut repugnantia norunt, juſti atq; injuſti ſcientiam tenent. Juſti quidem ut id ſequantur, tueantur atq; exerceant: injuſti verò ut id fugiant, vitent & corrigant. Proindeq; ſcitè Ulpianus ait: Juris conſultos licitum ab illicito diſcernere, æquum ab iniquo ſeparare; adeoq; veram non ſimulatam Philoſophiam affectare. L. 1. § ff. 1. hoc tit.

*Ad §. his igitur 2.*

Ratio ac via ſive methodus diſcendi & docendi juris duplex hîc affertur. Prima eſt ſimplicior, levior, facilior, planior ac rudior, quæ convenit initiis, & tyronibus: altera exactior eſt, exquiſitior & accuratior, quæ illis convenit, qui in hoc juris ſtudio aliquouſq; jam progreſſi ſunt, & tyrocinium depoſuerunt. Qui ordo ſi pervertatur, duo incommoda ſequuntur. Primum, quòd ſtudioſi, difficultate nimia deterriti, de profectu deſperant, & apoſtatæ- q; deſertores hujus togatæ ſive civi- *Methodus docendi diſcendiq; juris.*

lis militiæ fiunt. Alterum quòd tametſi perſeverant: tardius tamen ac ſerius ad finem optatum pervenient, quem poterant aſſequi longè faciliùs & maturiùs, ſi rectè inſtituti, veraq; viâ ingreſſi fuiſſent.

*Ad §. Iuris præcepta. 3.*

*Tria juris præcepta.* Poſt definitionem Jurisprudentiæ Imp. Juſtinian. tria juris præcepta ac principia ſumma & prima, à quibus cætera omnia pendent, hoc loco ex Ulpiano in *L. Iuſtitia.* 10. §. 1. *ff. h. t.* proponit: honeſtè vivere: alterum non lædere: ſuum cuiq; tribuere. Quorum primum commune eſt & generale; hoc eſt, non proprium juris cenſetur: ſed ad totam moralem Philoſophiam pertinet. Nam honeſtè & virtuti convenienter vivere Philoſophus potius docet, quam Jure conſultus, ut teſtatur *Cic. L. 3. Offic.* Jura tamen & Leges quod Philoſophi rationibus ſuadent, ut honeſtè vivatur, pœnis & præmiis cogere ſolent. Reliqua duo præcepta ſunt juris propria: inter quæ hæc obſervanda eſt differentia quòd illud (*alterum non lædere*) ad perſonam refertur; ne videlicet alicujus vitam, incolumitatem, libertatem, famam atque exiſtimationem lædamus aut violemus: hoc

verò

ǝrò (*ſuum cuiq; tribuere*) ad res cujusq; ǝternas pertinet; ne res alterius attreǝmus, lædamus, aut minuamus; ut ǝtiamur unum quemque rebus ſuis ǝi: ut reddamus quod alienum apud ǝs eſt, &c. *Donell. Lib. 2. Commentar. ǝ jur. Civ. c. 1. pag. 68.*

*Ad §. Hujus ſtudii. 4. & ult.*

Definitionem jurisprudentiæ ſequiǝr nunc diviſio, quâ jus in duas poſiǝiones ſive ſpecies dividitur, in publiǝum & privatum. Publicum illud diǝitur, quod ad ſtatum rei Romanæ, id ǝſt, Reipublicæ Romanæ, principaliter ſpectat, atq; potiſſimum in Sacris, Saǝerdotibus & Magiſtratibus conſiſtit. ǝL. 1. §. 2. ff h. t. Privatum autem, ǝquod ad ſingulorum utilitatem, principaliter ſcilicet & generaliter, pertinet: ǝd quod latiùs explicui in publicis meis Commentariis *num. 4. & ſeqq.* De jure autem duntaxat privato in hiſce Inſtiǝutionibus (*excepto tit. ult. de public. Iudic.*) ſibi tractandum Juſtinianus proǝponit, propter hanc maximè rationem: quia à facilioribus omnis doctrina atq; inſtitutio incipere debet. Atqui juris privati tractatio longè facilior eſt, quàm juris publici. Porro jus privaǝtum ſubdividitur in jus naturale, Gen-

*Diviſio Iuris in Publicum & Privatum.*

*Cur de jure privato tantùm agatur in Inſtitutis.*

*Iuris privati Sub-*

*diviſio in Naturale, Gentium & Civilis.* tium & Civile. *hoc §. & d. l.* 1. *§.* 2. *in fin. ff. h. t.* cujus ſubdiviſionis membra ſingula in ſubſequenti titulo explicabuntur.

# De Jure Naturali, Gentium & Civili.

## Tit. II.

### *Ad princip. Tit.*

*Juris Naturalis definitio.*

JUs naturale Imp. Juſtinianus ex Ulpiano hoc loco definit eſſe id, quod natura omnia animalia docuit. *L.* 1. *§. jus naturale.* 3. *ff. de I. & I.* hoc eſt, quod non hominum eſt proprium, ſed ipſis commune cum brutis, ſive quod obſervant (ut Lucretius canit) *non homines ſolùm ſed verò animalia cuncta*. Nec obſtat quòd nulla nobis cum brutis communio juris eſſe poſſit: cùm ea ut rationis, voluntatis, judicii, ac delectus; ita & juris planè expertia exiſtant arg. L. 1. §. ait prætor. 3. ff. ſi quadr. pauper. feciſſ. dic. & L. ſed etſi. 5. §. & ideò 2. ff. ad L. Aquil. Nam reſpondetur: id, quod animâ ſenſitivâ dictitante & ſimplici ſaltem ratione informatũ,

ab hominibus pro jure receptum & in brutis animadvertatur, rectè aturale dici: & quæ à brutis fiunt atione naturali, ea ſi homines ra- faciant juri naturæ attribuenda *Govean. Lib. 1. var. lect. jur. c. 19.*

usq; juris naturalis tria hoc loco *Exempla.* npla ponuntur: maris atq; fœmi- Conjunctio, liberorum procreatio berorum educatio. Hæ quippe ones ſunt hominibus & brutis ani- atibus communes. Ideoq; à natu- verſæ cenſentur matres & ipſis be- s pejores, quæ proli ſuæ lactarias mmas præbere negant, & cùm ipſæ t lactare eam & alere commodè ſſint, aliis mulierculis nutriendam dunt. *A. Gellius Lib. 12. Noct. At- cap. 1.*

*§. Ius autem Civile. 1. cum §. ſeq. 2.*

In utroq; iſto §. exponit Juſtinianus, id ſit jus Gentium, quid item ſit jus ivile. Jus Gentium eſt quod à natu- li ratione inter omnes homines con- *Iuris Gentium definitio.* itutum apud omnes populos peræquè ıſtoditur. *hoc §. 1. verſ. quod verò na- ralis &c.* L. 1. in fin. & L. omnes po- uli. 9. ff. de I. & I. Hocq; jus Do- tores non malè diſtinguunt in primæ-

vum

*Diviſio in primævũ & Secundarium.* vum & ſecundarium. Illud humano generi ſtatim in prima ejus creatione & ortu eſt ingenitum : hoc verò uſu demum exigente & humanis neceſſitatibus, à gentibus eſt conſtitutum. §. 2. *verſ. jus autem gentium. &c. h. tit. noſtro.*

*Exempla.* Prioris exempla ſunt Religio erga Deum, pietas erga parentes & patriam *L. 2. ff. de I. & I.* propulſatio item violentiæ & impetus injurioſi. L. 3. *ff. eod. tit.* Poſterioris exempla ſunt Dominiorum diſtinctio, bella, ſervitutes, manumiſſiones, contractus ferè omnes & eorum obligationes *d. §. 2. verſ. jus autem gentium,* hoc tit. *L. manumiſſiones. 4. & L. ſeq. ff. de I. & I.*

*Iuris Civilis definitio.* Jus porrò Civile eſt, quod quisq; populus ſive unaquæq; Civitas ſibi conſtituit. *d. l. omnes populi. 9. ff. de I. & I. §. 1. h. t.* Atque hoc jus efficitur, quoties aliquid additur vel detrahitur juri naturali ſive gentium. *L. jus Civile. 6. ff. de I. & I.*

*Differentia à Iure Gentium.* Differt autem Jus Civile à Gentium jure primùm in eo, quod hoc omnium gentium ſit commune, illius ſoli Cives ſint participes. §. 1. & 2. *lat. Cicer. pro Muræn.* Secundò quòd Jus Gentium ſit antiquius : jus Civile recentius. § ſingulorum. 11. infr. de Rer. Diviſ. Tertiò quòd hoc (*civile*) facilè mutetur : illud (Gen-

(Gentium) non item. §. pen. infr. h. t. Quartò, quòd Juris Gentium cauſa ſit ratio naturalis: juris verò Civilis populus ſive Civitas. *d.* §. 1. & 2. *hoc tit.*

§. *Conſtat autem.* 3.

Redit Imp. Juſtinianus ad Jus Civile, cujus tractationem parumper intermiſerat: illudq; vel ex ſcripto vel non ſcripto conſtare affirmat. Idem diſertè aſſerit Ulpianus *in L. Ius Civile.* 6. §. 1. *ff. de I. & I.* unde hic §. proculdubio eſt ſumptus. Eſt autem jus ſcriptum, quod expreſſa ſanctione præſcribit quod vult, aut jubendo aut vetando. arg. L. legis 7. & L. de quibus. 32. §. 1. ff de LL. Ejusq; ſex partes ſeu ſpecies hîc enumerantur; videlicet Lex, plebiſcitum, Senatus conſultum, Principum placita, Magiſtratuum edicta, Reſponſa prudentum; de quibus ſingulis in §§. ſubſequentibus.

*Iuris Civilis diviſio in ſcriptum & non-ſcriptum.*

*Iuris ſcript. definitio.*

*Species.*

§. *Lex eſt.* 4.

Lex (à legendo ſive deligendo, vel potiùs à ligando deducta) definitur hîc Jus ſcriptum quod communi conſenſu populus Romanus Senatorio Magiſtratu, velut conſule interrogante, conſtituebat: Reipublicæ ſcilicet tempore, antequam ad unum principem omnis poteſtas eſſet devoluta, de quo in §. *ſed*

*Legis definitio.*

*& quod principi, 6. infr. h. t.* Interrogabat quippe ſive rogabat populum Romanum Magiſtratus Senatorius, Vellet juberetve Legem, quam proponebat, fieri. Unde omnium Legum caput, fons & origo, rogatio dicebatur. *Gell. Lib. 10. Noct. Attic. c. 20.* Et quia ita Magiſtratu rogante populus Romanus reſpondendo Legem fieri communi ſuffragio jubebat, non inſcitè ipſa lex communis Reipublicæ ſponſio appellatur in L. 1. ff. de LL. Plebiſcitum (à plebe & ſciſcere, id eſt, ſtatuere ſeu decernere dictum) eſt jus ſcriptum, quod communi conſenſu plebs, plebejo Magiſtratu interrogante, veluti Tribuno, conſtituebat. *hoc §. noſtro verſ. plebiſcitum &c.* Et quemadmodum Senatorius Magiſtratus à populo univerſo Legem: ita Magiſtratus plebejus à plebe plebiſcitum rogabat L. 1. in fin. ff. ad L. Aquil. Cæterùm quomodo plebs à populo differat, ipſe Imp. perſpicuè ſatis hîc declarat, *verſ. plebs autem. &c.*

*Plebiſciti definitio.*

*§. Senatus conſultum. 5.*

*Senatus conſulti definitio.*

Senatus conſultum (quod & Senatus decretum dicitur) eſt jus ſcriptum, quod Senatus populi Romani conſtituit. Cùm enim progreſſu temporis ita

ita populus Romanus augeretur, ut juris conſt. tuendi cauſa in unum amplius convocari nequiret: neceſſitas ipſa curam Reipublicæ ad Senatum deduxit, ipſi legis ſanciendæ poteſtatem tribuit. hoc §. noſtro. L. 2. §. deinde quia difficilè. 9. ff. de O. I.

*§. Sed & quod Principi. 6.*

Principis placitum (quod & Conſtitutio dicitur. *L. 1 ff. de Conſtitut. Princip. tit. (de LL. & conſtit. Princip.)* eſt jus ſcriptum, quod Princeps ſive Imperator conſtituit. Hancq; juris conſtituendi ſive legis ferendæ poteſtatem omneq; Imperium ab initio quidem multis abhinc ſeculis univerſus populus Romanus in electum à ſe Imperatorem transtulit, ſingulari quadam lege, quæ Regia Lex appellabatur. *h. §. noſtro. L. 1. §. ſed & hoc. 7. verſ. cùm enim lege antiqua. (de V. I. E. L. 2. §. noviſſimè 11. ff. de O. I. L. 1. in princip ff. de Conſtit. Princip.* Verùm tractu temporis formâ Reipublicæ Romanæ, re ita exigente, aliquantùm immutatã, effectum fuit: ut ſeptem viri ex Epiſcoporum & Principum ordine conſtituti, Regem Romanorum eligerent, eundemq; poſtmodum caſu ita ferente, in Imperatorem Romanorum promoverent. Qua de

*Principis Placiti ſive Conſtitutionis definitio.*



Digitized by Google

re ex profeſſo tractatur *in Aurea Bulla Caroli IV. Imper. cap. 2.* Porro omne principis placitum ſive omnis Conſtitutio, vel Epiſtola eſt vel decretum, vel Edictum. *hoc §. noſtro. verſ. quodcunq; ergo. d. l. 1. §. 1. ff. de Conſt. Princ.* Epiſtola (quæ & Reſcriptum vocatur) eſt, quâ Princeps vel ad præſentium vel abſentium Magiſtratuum judicium, aut privatorum de jure conſultantium, preces ſeu libellos ſupplices reſpondet. *§. ſi quis tutor. infr. de ſuſpect. tut. L. ſed addes 19. §. cùm quidam. 9. ff. locat. L. teſtium 3. §. 1. & ſeq. ff. de teſtib. L. debitoribus. 51. ff. de re jud. L. 1. C. de Edend.* Decretum eſt, quod princeps de re controverſa inter partes litigantes cognoſcens, pronunciat, & decernit. *hoc §. noſtro, ibi, cognoſcens decrevit. d l. 1. §. 1. ff. de Conſtit. Princip. L. 3. ff. de his quæ in teſtam. delent. L. ult. C. de LL.* Edictum deniq; eſt, quod princeps ſpontaneo motu jubet ut fiat. §. ult. infr. de Uſucap. *L. 3. ibi, ſive eas nobis ſpontaneus motus &c. C. de LL. l. hac edictali. 6. C. de ſecund. nupt. l. 3, C. de Edict. D. Hadrian. toll.* Cæterum hæc principum placita unâ quaſi ſpeciali voce Conſtitutiones nuncupantur. *hoc §. noſtro. verſ. hæc ſunt. d. l. 1. §. 1. in fin. ff. de Conſt. Princ.* Earumq;

*Species.*

quæ-

quædam ſunt generales, quædam ſpeciales ſive perſonales. Generales ſunt, quæ ad omnes communiter pertinent. *L. 3. & ult. C. de LL. h. §. noſtro. in fin.* Speciales verò ad certam tantùm perſonam vel corpus ſive Collegium ſpectant. *h. § & d. l. 1. §. ult. ff. de Conſt. Princ. L. 2. C. de LL.*

*§. Prætorum.* 7.

Magiſtratuum Edicta ſunt jus ſcriptum quod Prætores vel Ædiles conſtituerunt. Unde aliud prætorium, quod Prætor, aliud ædilitium, quod Ædilis Curulis conſtituit, vocatur. Utrumque autem jus dicitur honorarium: eò quòd qui honores gerunt, id eſt, Magiſtratus, auctoritatem huic juri dederunt. *hoc §. noſtro. L. jus autem Civile. 7. in fin. ff. de I. & I.* Prætores porrò dicti ſunt, quòd juri dicundo præeſſent. *arg. L. 2. §. cumq; Conſules. 27. & §. ſeq. ff. de Orig. Iur.* Ædiles Curules verò quòd vel curru veherentur: vel ædium ſacrarum & Urbis curam gererent. *d. l. 2. §. itemq; ut eſſent. 22. ff. eod. Sext. Feſt. Lib. 3. Iſidor. Lib. 20. Etymol. c. 11.*

*Magiſtratuum Edicta quid?*

*§. Reſponſa.* 8.

Reſponſa prudentum (quæ ſextam & ultimam juris ſcripti partem conſtituunt) ſunt ſententiæ & opiniones veterum

*Reſponſa Prudentum quid?*

terum Juriſconſultorum, quibus indulgentiâ Cæſaris permiſſum erat de jure reſpondere, idq; publicè interpretari· *hoc §. noſtro.* Et ex ejuſmodi prudentum reſponſis totæ Pandectæ ſunt compoſitæ: ut ex Conſtitutionibus principum Codex. Hæcq; Prudentum reſponſa tantam obtinent auctoritatem, ut ab iis in judicando recedere non liceat, quemadmodum *in fine hujus* §. dicetur. Ac ſane hodie eo majorem habent auctoritatem, quòd Imp. Juſtinian. eadem etiam ſuas Leges appellat. §. *ult. ibi, has leges noſtras. ſupra in proœm. Inſtit. & L. 2. §. Leges autem noſtras. 23. C. de V. I. E.* Hinc autem communis noſtrorum Doctorum opinionis auctoritas adſtrui haud poterit. Illa quippe nihil ferè commune habet cum Reſponſis Prudentum ſive Juriſconſultorum Veterum. Horum ſiquidem ſententiæ vim omnem & auctoritatem ſuam non tam à Prudentibus ipſis quàm à Cæſarea Majeſtate habebant: communis verò opinio illorum eſt, quibus talis vis ac poteſtas ab Imperatore tributa non eſt. Deinde dubium non eſt ullum, quin Reſponſa Prudentum ſolidâ ſemper ac evidenti ratione ſubnixa firmataq; fuerint: contra verò com-

*Eorum vis & auctoritas.*

*Differentia à communi Doctorum opinione.*

Digitized by Google

communem Interpretum opinionem plerumq; omni ratione eſſe deſtitutam in propatulo eſt. Quare & tantum attribui auctoritatis, ut ipſo jure obſervetur, ab eaq; judici diſcedere non liceat: niſi fortaſſis aperto jure, aut manifeſtiſſima juris ratione nitatur. *arg. l. 1. §. ſed neq; ex multitudine. 6. C. de Vet. Iur. Enucl.*

§. *Sine ſcripto.* 9.

Explicatis ſingulis ſcripti juris partibus: nunc quid ſit jus non ſcriptum (quod uno verbo etiam Conſuetudo dicitur) Imp. Juſtinianus exponit. Eſt autem Conſuetudo jus non ſcriptum, moribus diuturnis tacito utentium conſenſu comprobatis, conſtitutũ. *hoc §. noſtro. L. de quib. 32. §. 1. & LL. ſeqq. ff. de LL.* Et ad eam introducendam hæc quatuor neceſſariò requiruntur. I. ut ſit rationabilis, hoc eſt, ut juſta aliqua ratione munita atq; ſuffulta ſit. Si enim bonis moribus, juri divino & publicæ utilitati manifeſtò refragetur; verius corruptela dicitur, quàm conſuetudo, licet immemoriali tempore & jurejurando firmata fuerit. *L. quod verò. 14. & L. quod non ratione. 39. ff. de LL. Nov. 134. c. 1. verſ. malè enim adinventa &c. c. etẽrum 5. extr. de juram. calumn.* II. requi-

*Iuris non ſcripti ſeu Conſuetudinis definitio.*

*Requiſita.*

quiritur frequentia actuum: ut ſcilicet non ſemel, ſed moribus; adeoque ſæpe & frequenter eodem modo quippiam à populo uſurpatum & obſervatum fuerit. Quot verò actus ſufficiant: cùm in jure noſtro nullibi determinatum reperiatur; arbitrio judicis relinquitur, *arg. l. 1. §. ult. ff. de jur. delib. L. 1. §. 1. ff. de Effractor.* III. requiritur diuturnitas temporis. Etenim Conſuetudinem diuturnam, longam & inveteratam eſſe oportere conſtat ex *d. l. de quibus. 32. § .1. & L. ſeq. & L. ſed & ea 35. ff. de LL. L. 1. C. quæ ſit. long. Conſuet. L. 1. C. de ſervitut. & aqu.* Quod itidem cùm jure certo definitum & expreſſum non ſit, judicis diſcretioni & arbitrio committi debet: qui pro rei qualitate circumſpectè æſtimabit, quantum temporis ad firmandam conſuetudinē neceſſarium fuerit. *Menoch. Lib. 2. de arbitr. jud. quæſt. cent. 1. caſ 83. num. 6 & ſeqq.* IV. Requiritur tacitus populi conſenſus: qui abſq; communi deliberatione, quibusdam actibus, rebus ipſis & factis declaratur. *d. L. de quibus. 132. §. 1. ibi an rebus ipſis & factu. ff. de LL. Mynſing. cent. 6. obſ. 41. num. 12. Gail. Lib. 2. Obſ. 31. num. 9.*

§. Et

§. *Et non ineleganter.* 10.

Cur jus apud Romanos aliud ſcriptũ, aliud non ſcriptum fuerit, rationem hîc exponit Imperator Juſtin. ſumptam ab Inſtitutis duarum Civitatum Græcanicarum, Athenarum ſcilicet & Lacedæmonis. Cùm enim in hiſce Civitatibus ita obſervaretur, ut Lacedæmonii jus ſuum memoriter ediſcerent: Athenienſes verò in ſcripturam redigerent: ipſi quoq; Romani ut qui duarum iſtarum Rerum publicarum tum temporis longè florentiſſimarũ, erant obſervantiſſimi, jus ſuum partim in ſcripturam redegerunt, partim memoriæ mandarunt. Eſt & altera ratio non contemnenda, ex ipſa Legum natura & conditione petita, quòd nimirum non poſſint Leges ita ſcribi, ut omnes articulos, qui quandoq; inciderint, comprehendant: ac proinde neceſſe ſit, ut quædam tacito populi conſenſu addantur. L. neq; 10. L. non poſſunt. 12. L. de quibus. 32. ff. de LL.

*Cur jus diviſũ ſit in ſcriptũ & non ſcriptum.*

§. *Sed naturalia.* 11.

Tradit hoc loco inſignem Imp. Juſtin. Juris naturalis & Civilis differentiam: quòd videlicet illud ſit immutabile: hoc verò tolli ac mutari queat, jure poſteriori, vel ſcripto vel non ſcri-

*Differentia inter Ius naturale & ci-*

*vile quoad mutabilitatem.* pro ſive Deſuetudine. L. de quibus. 32. in fin. ff. de LL. L. ult. ff. de Conſtit. Princ. L. 1. §. ſi ſervi. 19 in fin. ff. de quæſtion. Itaque legem ſcriptam priorem vincit & abrogat etiam contraria conſuetudo, quam ratio & publica utilitas ſuaſit: non obſtante eo quod Conſtantinus Imper. reſcripſit *in L. 2. C. quæ ſit long. Conſuet.* Conſuetudinis uſusque longævi non vilem auctoritatem eſſe: verum non uſq; adeo ſui valituram momento, ut aut rationem vincat aut Legem: intelligitur enim de conſuetudine quæ nondum in judiciis convaluit, ut arguunt illa verba, ſui valitura momento. Vide *Iacob. Cujac. Lib. 2. Feudor. in princip.*

§. *finalis.* 12.

*Iuris objecta.* Jus omne vel de Perſonis vel de rebus vel de actionibus eſt conſtitutum. *L. 1. ff. de ſtat. homin.* Jus enim dicitur Perſonis de Rebus per Actiones. In perſonis conſiderantur ſtatus, ordines & officia: in rebus acquiſitio, conſervatio, alienatio: in actionibus judiciorũ origo, materia, forma, finis, *tradente ſic Gerhardo Thuringio.* Cur autem prius Imperator explicet, agatq; de Perſonis, ratio in promptu eſt: tum quia perſonarum cauſa omne jus conſtitutum eſt,

*Cur prius agatur de Perſonis.*

ut

ut ſuum ſcilicet cuiq; tribuatur. L. 2. ff. de ſtat. hom. Tum quia major perſonarum eſt dignitas quàm rerum §. *in pecudum.* 37. *infr. de Rer. diviſ. l. in pecudum.* 28 §. 1. *ff. de Vſur. L. juſtiſſimè* 44. *ff. de ædilit. edict.*

---

# De Jure Perſonarum.

## Tit. III.

### *Ad princip. Tit.*

ACcturus Imper. Juſtinianus in hoc & ſeqq. hujus libri primi titulis de jure Perſonarum, ſummam ſive primam ac principem diviſionem perſonarum præmittit; quâ omnes homines aut liberi ſunt aut ſervi. *L. 3 ff. de ſtat. homin.* Ratio cur hæc ſit prima perſonarum diviſio, eſt perſpicua, quia eſt ex jure gentium, quod hoc diſcrimen hominũ introduxit, cùm ab initio omnes liberi naſcerentur. §. *ſed jus quidem Civile* 2. *verſ. jure enim naturali. ſupr. tit. proxim.* Reliquæ verò ſunt ex jure Civili. §. 2. infr. de Patr. poteſt. & §. 1. infr. de Tutel. Eſt autem jus Gentium prius & antiquius jure Civili.

*Prima Perſonarum Diviſio in Liberos & Servos.*



Digitized by Google

§ Singulorum, 11. infr. de Rerum diviſ. &c.

§. *Et Libertas.* 1.

Ut intelligi commodiùs poſſit, qui ſint liberi homines, qui item ſervi; definitiones ſubjicit Imp. Juſtin. Libertatis & ſervitutis ſumptas ex L. Libertas. 4. ff. de ſtat. hom. Etenim abſtracti definitione cognitâ, ſimul etiam intelligitur concretum, *teſte hîc Rittershuſio.*

*Libertatis definitio.*

Definitur autem libertas *naturalis facultas*; quia à natura deſcendit, quâ omnes homines ſunt liberi. L. *manumiſſiones, 4. ff. de juſt. & jur. § 2. verſ. jure enim naturali. ſupr. tit. prox. initiò tit. infr. de* Libertin. Dicitur *facultas*, id eſt, liberum arbitrium, quod homini non à lege, neq; jure Civili ſed ab ipſa natura competit. Eodemq; ferè modo etiam Cicero *in* Paradox. *&* L*ib.* 1. *Offic.* definit poteſtatem ſcilicet vivendi ut velis. Additur; *ejus quod cuiq; facere libet, niſi ſi quid vi aut jure prohibetur.* Quibus verbis ſignificatur: eſſe libertatis facere omnia, quæ libeat, exceptis iis quæ vis alterius & jus prohibent. Neq; tamen qui his rebus prohibentur, eò minus liberi ſunt: quoniam qui vi prohibetur aliquid facere, propterea liber manet, quòd non jure ſed injuriâ prohibetur.

Qui

Digitized by Google

Qui verò legibus quid facere prohibetur, ideo manet liber, quòd ſervitus non eſt legibus obtemperare, ſed potius vera libertas. Idcircò enim Legum omnes ſervi ſumus, ut liberi eſſe poſſimus, *authore Cicer. pro Cluentio.*

§. *Servitus.* 2.

Servitus, quæ libertati eſt contraria, definitur hoc loco *Conſtitutio juris Gentium:* quia à jure gentium originem ſumpſit; & ingenuitatem ſeu libertatem, tanquam quædam calamitas invaſit & afflixit, *initio tit. infr. de* Libertin. Additur in definitione: *quâ quis dominio alieno* contra naturam ſubjicitur. Quod accipiendum eſt de natura primæva, quâ homines ab initio liberi naſcuntur. Nam alias ſervitus eſt ratione naturali introducta, ſicut quodvis jus gentium. §. *ſed jus quidem.* 2. *verſ. jus autem gentium. ſupr. titul. proximo.* *Servitutis definitio.*

§. *Servi autem ex eo.* 3.

Ait Imper. Juſtinianus, ſervos à ſervando fuiſſe appellatos: quòd Imperatores, hoc eſt, belli duces, ex hoſtibus captos ſervare, non occidere ſolebant, ut eos vendere poſſent. Eadem Etymologia ſervorum à ſervando extat etiam *in* L. *Libertas* 4. §. 1. *ff. de ſtat. hom. &* L. *pupillus.* 239. §. 1. *ff. de Verb. Sign.* Huc- *Servi unde dicti?*



Digitized by Google

que pertinet quod ſcribit Cicero *Lib.* 1. *Offic.* victoriâ partâ ſervandos eſſe illos, qui non crudeles in bello nec immanes extiterunt. Alio nomine ſervi appellantur mancipia, eò quòd ab hoſtibus manu capiuntur, ut *hic & d. l.* Libertas. 4. §. 1. *ff. de ſtat. hom.*

§. *Servitutem aut naſcuntur.* 4.

*Servitutis cauſæ.* Tractatur hîc de cauſis ſervitutis, quæ duorum ſunt generum. Aut enim ſunt ex jure Gentium, ut eſt captivitas in bello, & partus ſive Nativitas ex ancillis noſtris: aut ex jure Civili, ut eſt venditio hominis liberi, facta ab ipſo participandi precii gratia. L. *& ſervorũ.* 5. §. 1. *ff. de ſtat. hom.* Cæterum plures cauſas ſervitutis ex jure Civili exponit Accurſius hîc, & Johannes Mercerius *Lib.* 1. *Opinion. & obſervat cap.* 9.

§. In *Servorum.* 5. *& ult.*

*Servorum differentia nulla.* Ad jus Civile quod attinet, nulla ſervorum ratio ducitur. L. quod attinet 32 ff. de R. I. Muneribus quidem & officiis ſervi inter ſe differunt (Aliis enim honeſta, ut diſpenſatoribus & atrienſibus; aliis turpis, ut mediaſtinis & fornacariis, provincia demandatur) ſed tamen, quoad ſtatum omnes æquè ſunt ſervi: nihilq; intereſt, utrum quis natus an factus ſit ſervus. At verò multum

tum intereſt, utrum quis natus an factus ſit liber. Servi igitur omnes ſunt uniuſmodi: Liberi autem homines vel ſunt Ingenui vel Libertini. *h. §. noſtro &* L. *& ſervorum. 5 in pr. ff. de ſtat. homin.* *Liberorum diviſio in ingenuos &* Libertinos.

# De Ingenuis.

## Tit. IV.

### *Ad Princip. Tit.*

SEquitur diviſionis in fine præcedentis tituli poſitæ per definitionem ſingularum partium expoſitio: ac primo quinam dicantur Ingenui oſtenditur. Ingenuus eſt is qui ex matre, vel aliquo ſaltem tempore ac momento liberâ, naſcitur: ſive ita libera fuerit tempore conceptionis, ſive geſtationis, ſive partus aut nativitatis: etiamſi pepererit, poſtquam jam ultimo ſupplicio damnata eſt: qualiſcunq; etiam fuerit pater ſive ſervus ſive liber; ſive certus ſive incertus. L. *& ſervorum.* 5. §. 2. *&* 3. L. *Imperator.* 18. L. *Herennius.* 22. *ff. de ſtat. hom.* Ratio cur Conditio matris, non autem patris hîc ſpectetur, hæc reddi poteſt: quia in his quæ ſunt *Ingenuus quis?* *Cur & in quibus Partus*



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

*ſequatur Ventrem ſive matrem.*

naturalia, ut Libertas & Ingenuitas partus ſequitur matrem: in illis verò quæ ſunt Civilia, ut dignitas, familia, nobilitas, poteſtas, Civitas &c. partus ſequitur patrem. L. *cum legitimæ.* 19. & L. *lex naturæ.* 24. *ff. de ſtat. hom.* L. *liberos* 10. *ff. de Senator.* Hinc illud eſt quod natus ex patre nobili, matre licèt ignobili, nobilis cenſetur; contra ex patre ignobili, quamvis matre nobili, natus; non eſt nobilis ſed plebejus, *tradente hîc Ritterſhuſio.* Ratio porrò, cur ſufficiat, matrem fuiſſe aliquò ſaltem tempore liberam, multiplex eſt, Tum quia favore libertatis, multa ſunt contra ſtrictam juris rationem ſingulariter recepta, *teſte Paulo Lib. 2. recept. ſent. tit.* 24. §. 1. Tum quia non debet calamitas matris ei nocere, qui in ventre eſt, *auctore hîc Iuſtiniano in verſ. & è contra. &c.* Tum etiam, quia is qui in utero eſt, habetur pro jam nato, quoties agitur de ipſius commodo. L. *qui in utero* 7. & 26. *ff. de ſtat. homin.* §. *cum autem.* 4. *infr. de tutel.* L *quod dicimus.* 231. *ff. de V. Sign.*

§. *Cùm autem ingenuus.* 1.

*Ingenuo non nocet manumiſſio.*

Indicat hoc loco Imper. Juſtinian. quòd manumiſſio ex ingenuo homine, qui fortè conditionis ſuæ ignarus alteri ſervivit; vel à prædonibus in ſervitute inju-

injuſta detentus fuit. Libertinum non faciat: ſed nihilominus ipſe ingenuus maneat. Licèt enim manumiſſio faciat Libertinum: hoc tamen non procedit in qualibet manumiſſione ſed in ea duntaxat, qua quis ex vera juſtaq; ſervitute manumittitur, *per princip. tit. proximè ſeq.* Hinc rectè Julius Paulus, veritati, ait, & origini Ingenuitatis manumiſſio quocunq; modo facta fuerit, non præjudicat. *Lib. 5. ſent. tit. 1. in fin. princip,* vel (ut Juſtin. hîc loquitur) manumiſſio natalibus ſive Ingenuitati non officit. *L. 2. 3. & L. ad recognoſcend. 10. C. de Ingen. manumiſſ.*

---

# De Libertinis.

## Tit. V.

### *Ad princip. Tit.*

JAm de altera Libertatis ſpecie, quæ eſt in Libertinis, videndum eſt. Libertini dicuntur, qui ex juſta ſervitute manumiſſi ſunt. *L. Libertini. 6. ff. de ſtat. hom.* juſta ſervitus eſt, quæ ex cauſis juſtis conſtituta eſt: non autem in qua quis per vim vel per ignorantiã *Libertini quinam &*



Digitized by Google

detinetur. Ex ea namq; manumiſſus non fit Libertinus ſed manet ingenuus, *ut ſupr. in fin. tit. proximi dictum.* Etſi verò manumiſſi nunc Libertini nunc Liberti indifferenter vocantur. §. ult. infr. h. t. & tot. tit. ff. de Oper. Libertor. & t. t ff. de bon. Libertor. eos tamen à ſe invicem differre certum eſt. Liberti enim nomen eſt correlativum, & ad patronum, à quo manumiſſus eſt, reſpectum habet : at nomen Libertini eſt abſolutum, & quidem Ingenuis adverſum ſive oppoſitum. L. ult. ff. ſi libert. Ingen. eſſe dicet. Definitur porrò Manumiſſio de manu datio *ut hîc* : vel de manu, id eſt poteſtate, miſſio. *L. manumiſſiones.* 4. *ff. de I. & I.* ſive illa ſit herilis ſive patria. Verùm hæc propriè dicitur mancipatio, de qua hîc non agitur, ſed *infr. ad tit. quib. mod. jus p. p. ſolv.*

*Eorum differentia à Libertis.*

*Manumiſſionis definitio.*

§. *Multis autem modis.* 1.

*Modi.*

Omnes manumiſſionum modi non incommodè ad duos referri poſſunt. Aut enim fit manumiſſio ultimâ voluntate, aut inter vivos. Ultimâ voluntate fit, cùm Dominus vel per teſtamentum vel per Codicillos ſervo ſuo beneficium libertatis tribuit. *hoc §. & L. libertates.* 43. *ff. de manum. teſtam.* Id quod

quod fit duobus modis: uno ſi dominus ſervum ſuum ſolum teſtamento expreſſè cum Libertate heredem inſtituat: altero, ſi abſq; Libertatis mentione ſolum ſervum ſuum heredem inſtituet. *§ 1. & 7. infr. tit. proxim.* Inter vivos celebratur manumiſſio vel publicè vel privatim. Publicè in ſacroſanctis Ecclesiis, aut Vindictâ. In ſacroſanctis Ecclesiis fieri dicitur manumiſſio, quæ fit teſte populo & ſignatore Antiſtite ſeu Epiſcopo. L. 1. & 2. (*de his qui in Eccleſ. manum.* Vindictâ ſive feſtucâ fit manumiſſio apud Magiſtratum, veluti Prætorem, Conſulem, Præſidem, Proconſulem &c. L. *apud Proconſulem.* 17. L. *ſi rogatus.* 20 § 1. *& ult.* & L. *ſeq. ff. de manum. Vindict.* L. *un. ff. de off. Conſul.* L. 2. *ff. de offic. Proconſ.* L. *ult. C. de vind. Libertat. & apud Concil. manumiſſ.* L. *Laudabile.* 4. §. *ult. C. de advocat. diverſ. judicum.* Erat autem Vindicta vel feſtuca Virgula, quâ Magiſtratus ſeu lictor, ſervi manumittendi caput bis terve percutiebat, tenente Domino caput ſervi & circumducente ipſum, ac pronunciante hæc verba. Hunc hominem liberum eſſe volo. Cæterùm privatim fit manumiſſio, vel inter

*Per ultimam Voluntatem.*

*Inter Vivos publicè.*

*Privatim*

ter amicos vel per epiſtolam. Inter amicos fit ea, quæ in præſentia amicorum, adhibitis quinq; teſtibus, procedit: per epiſtolam verò expeditur manumiſſio, interveniente ſcriptura: & adhibitis quinq; teſtibus, qui cautioni manumiſſionis à Domino ſcriptæ vel ſignatæ ſubſcribunt. L. *unic.* §. 1. & 2. C. *de* Lat. Lib. *toll.*

§. *Servi verè.* 2.

*Locus & Tempus.*

Ait Juſtinian. Imper. quòd ſervi omni tempore & loco rectè manumittantur, non tantum pro tribunali ſed de plano etiam, ſive in tranſitu. Cùm enim manumiſſio non ſit Jurisdictionis contentioſæ ſed voluntariæ, & ex mero domini arbitrio pendeat; non eſt neceſſe, illam in figura judicii, judice pro tribunali ſedente, expediri. L. 2. *ff. de off. Proconſ.* L. *non eſt.* 7. *ff. de manumiſſ. vindict.*

§. *Libertinorum.* 3.

*Libertinorum diviſio ſublata.*

De libertinorum generibus hîc agitur: de quibus breviter ſciendum, olim omnes fuiſſe uniuſmodi, hoc eſt, Cives Romanos ex æquo: Auguſtum autem Imper. tria eorum genera feciſſe, ut alii eſſent Cives Romani, àlii Latini Juniani, alii Dedititii, *teſte Suetonio & Dione.* Lib. 4. & 52. *antiquitat.* Et hoc

hoc eſt, quod Imper. Juſtin. hîc circa medium ait: à primis urbis Romæ cunabulis unam atque ſimplicem libertatem competiiſſe. Quæ autem fuerint jura & quæ differentiæ inter illa tria genera, cognoſci poterit *ex* L. *Vnic.* C. *de Latin. Libert. toll.* & L. *un.* C. *de dedit. Libert. tollend.* quibus Legibus jus vetus eſt reſtitutum, inſtitutumque; ut omnes Libertini iterum ſint unius generis, id eſt, peræque Cives Romani, Latinis & Dedititiis ſublatis. Quin etiam hodie manumiſſi omnes fiunt Ingenui, non Libertini, ſalvo tamen manumiſſoris Patronatûs jure. *Nov.* 78. *c.* 1. & 2.

---

# Qui & quibus ex cauſis manumittere non poſſunt.

## Tit. VI.

### *Ad Princip. Tit.*

JUris Conditoribus uſitatum eſt, poſt regulas ſubnectere exceptiones. Cùm igitur ſuperiori titulo Imp. Juſtinian.

oſtendiſſet, multis modis peragi manumiſſionem: ejus regulæ exceptionem hoc titulo ſubjungit, declarans, qui manumittere non poſſint, & qui manumiſſi liberi non fiant. Manumittere autem non poſſunt Debitores illi, qui ſolvendo non ſunt, & in fraudem Creditorum manumittere volunt. Lex ſiquidem Ælia Sentia (quam tulerunt Sextus Ælius & Cajus Sentius Coſſ. anno Urb. condit. 756) ſervos ita manumiſſos ad libertatem pervenire non patitur. L. in fraudem. 10. cum L. ſeq. ff. qui & à quibus manumiſſ. liber. non fiunt. L. 1. C. qui manum. non poſſ. Et ratio eſt perſpicua: quia quod contra Leges fit, ipſo jure nullius momenti eſt. L. non dubium. 5. C. de LL.

*Manumiſſio in fraudem Creditorum nulla*

§. *Licet autem.* 1.

Prædictâ Lege Æliâ Sentiâ permittitur domino obærato & non ſolvendo exiſtenti, in teſtamento ſervum ſuum cum Libertate heredem neceſſarium inſtituere, etiam in fraudem creditorum ſuorum: ſi modò alium heredem ex eo teſtamento non habeat. §. 1. *infr. de her. qual. & differ. L. qui ſolvendo. 42. L. qui ſolvendo. 60. & L. ei qui ſolvendo 88. ff. de her. inſtit. L. 1. C. de neceſſ. ſerv. her. Inſtit.* Hujuſmodi deciſionis

*Niſi Servi vel cum libertate heredis neceſſarii inſtituti*

ſionis ratio poſita eſt in favore defuncti: ne is injuriâ ſive ignominiâ afficiatur, ſi bona ejus poſſideantur & vendantur à Creditoribus. Sicut enim bonorum ceſſio & Venditio opinionem & verecundiam cedentis ſugillat: ita & hæc poſſeſſio & venditio bonorum defuncti, verecundiā ejus & exiſtimationem ſugillare conſuevit. Itaq; iſtæc ſugillatio verecundiæ & famæ defuncti avertetur, ſi bona non ſub ipſius, ſed ſub ſervi nomine occupentur & diſtrahantur. *h. §. noſtro in fin d. §. 1. infr. de her. qual. & diff. cum juribus ſimilibus præallegatis.*

*§. Idemq; Iuris. 2.*

Servus duobus modis inſtituitur ſive ſcribitur heres non ſolùm neceſſarius ab eo qui non eſt ſolvendo, ſed etiam à quovis alio. Vel enim ſcribitur cum Libertate, *ut Stichus liber & hæres eſto*: vel ſine Libertate, ut Stichus heres eſto. Priore caſu dubium non eſt ullum, quin & heres & liber fiat: quoniam id ipſa Lege Æliâ Sentiâ fuit comprehenſum. Altero caſu, ut ſimul fieret & heres & liber, primò introductum eſt per interpretationem in domino, qui non eſſet ſolvendo: deinde generaliter in omni ſervo, à quolibet Domino herede

*Vel ſine libertate.*

Digitized by Google

rede inſtituto. §. 1. *infr. de her. qual. & differ. L. penult. C. de neceſſ. ſerv. her. inſtit.* Ratio ejus pendet ex Conjectura voluntatis teſtatoris: quia non eſt veriſimile, quod Dominus qui ſervum heredem inſtituit, ſi prætermiſerit Libertatis dationem, voluerit eum ſervum remanere, & neminem ſibi heredem fore, *ut ipſe Imper. hîc in fin. loquitur.* Etenim qui extrema conceſſit principia negare non voluit, *inquit Tullius pro Cecinna:* quemadmodum qui principia dedit, dediſſe videtur & illa, quæ ex iis proficiſcuntur, omnia arg. L. 2. ff. de Jurisdict. & L. ad rem mobilem. 36. ff. de procur.

§. *In fraudem.* 3.

*Requiſita fraudu loſæ manumiſſionis.*

Ut quis in fraudem Creditorum manumiſiſſe dicatur, duo copulativè requiruntur. Primum eſt animus ſive voluntas fraudandi creditores: alterum damni eventus. Uno quippe horum deficiente; libertas ſervo etiam in præjudicium Creditorum conceſſa non revocatur. hoc §. & L. 1. C. qui manum. non poſſ. Atque hoc in libertate directò data locum habet: non item in fideicommiſſaria: In hac enim ſolus rei exitus, ſive damni eventus inſpicitur. L. er-

L. ergo. 4. §. ſi in fraudem. 19. verſ. ſi quis autem. ff. de fidei comm. libert. L. ult. C. qui manumitt. non poſſ.

§. *Eadem Lege.* 4.

Ex diſpoſitione legis *Æliæ Sentiæ* minor 20. annis manumittere non poteſt ſervos ſuos, niſi juſtam manumittendi cauſam apud conſilium ſeu conſeſſum judicum probaverit, eaq́; recepta fuerit. *hîc & L. juſta.* 9. § 1. *cum* 7. *LL. ſeqq. ff. de manum. vind. L.* 1. *& tot. tit. C. de Vindict. Liber. &c,* cujus ratio reddi videtur *in* §. *ult. infr h. t.* quia ſcilicet Libertas, utpote res inæſtimabilis, non eſt temere tribuenda ab eo, qui imbecillis adhuc ſit judicii. *L. Libertatis.* 106. *ff. de R. Iur. L.* 1. *ff. de minor.* 25. *ann.* *Manumiſſio à minore 20. ann. quando valeat?*

§. *Iuſtæ.* 5.

Haud omnes juſtæ manumiſſionis cauſæ hîc recenſentur: ſed tantum præcipuæ quædam exempli cauſa. Omnes namque ſi exequi voluerimus, nimis longum eſt: & plures relinquendæ ſunt æſtimationi atque arbitrio judicis, auctore Paulo in *L. etiam Conditionis.* 15. §. 1. *ff. de manum. vindict.*

§. *Se-*

*§. Semel autem. 6.*

Certi & indubitati juris eſt: quòd Libertas ſive à majore annis viginti, ſive à minore quidem data, ſed poſt juſtam manumiſſionis cauſam apud conſilium probatam, revocari nunquam poſſit, neq; auxilio reſtitutionis in Integrum & beneficio ætatis, neq; ob id quòd manumiſſionis cauſam probatam poſtea falſam ſive injuſtam fuiſſe appareat. L. *ſi ex cauſa.* 9. § *fin. ff. de minor.* 25. *ann.* L. *juſta* 9. §. 1. *ff. de manum. vindict.* L. *uxorem.* 29 *in fin.* L. *Stichus* 39. L. *Imperatores* 52. *ff. de manum. teſtam.* L. L*iberos.* 10 C. *de liber. cauſ.* L. 1. C. *de Vind. Libert. &c.* Ratio decidendi eſt tam favor Libertatis: tum quia ſibi imputare debet, qui in ipſa cauſæ probatione non contradixerit. *d. L. juſta* 9. *in fin. ff. de man. vindict.*

*Libertas data irrevocabilis.*

*§. Cùm ergo 7 & ult.*

Subjungitur hîc emendatio ſive abrogatio legis Æliæ Sentiæ. Cùm enim per eam minor 20. annis Vindicta quidem inter vivos manumittere poſſet juſtis ex cauſis, teſtamento autem non poſſet: Juſtinianus id quoq; ei permiſit, ſi modo ipſe major 17. annis eſſet. Verùm & hic §. immutatus & correctus eſt *per Nov.* 119. *cap.* 2. Ubi expreſſ

*Legis Æliæ Sentiæ Immutatio.*

Digitized by Google

preſſè diſponitur, ut minores poſſint manumittere ſervos ex eo ſtatim tempore, quo teſtari poſſunt, id eſt, anno decimo quarto. *L. à qua ætate. 5. ff. qui teſtam. fac. poſſ. §. preterea. 1. infr. quib. non eſt perm. fac. teſtam.*

---

# De Lege Fuſia Caninia tollenda.

## Tit. VII.

### *Ad princip. Tit.*

UT Lege Æliâ Sentiâ certæ cauſæ erant conſtitutæ, ex quibus manumittere non licebat: ita Lege Fuſiâ Caniniâ certus erat modus ac numerus in ſervis teſtamento manumittendis conſtitutus & definitus: ſic ut à duobus ſervis uſq; ad decem teſtamento manumittere liceret partem dimidiam: à decem uſque ad triginta partem tertiam: à triginta uſq; ad centum partem quartam: à centum uſque ad quingentos partem quintam; neque ulli amplius quàm centum manumittendi jus eſſet *Paulus Lib. 5. ſentent. tit. ult. Vlpian. in frag-*

*Numerus manumittendorum.*

*ment. Inſtit. Tit. 1. in fin.* Ratio hujus legis hæc fuiſſe videtur: ne Libertis & ſordidis hominibus civitas contaminaretur: & quòd faciliores ſint ad manumittendum morientes quàm vivi: cùm hi reſtrictiores eſſe ſoleant, utpote qui ipſi adhuc ſervorum miniſterio egeant. Verum tamen hanc Legem duplici de

*Sublatus.* cauſa ſuſtulit Juſtinianus *hoc tit.* & *L. un. C. eod.* Primùm quòd invida & inimica eſſet Libertati, eamq; impediret: libertatis autem ſummus ſit favor. §. ult infr. de Donation. Deinde quòd ſatis inhumanum foret, vivos totam ſervorum familiam poſſe libertate donare: moribundos verò in teſtamento, in quo univerſis bonis ſuis diſponunt, eam licentiam non habere. *arg. L. 1. C. de SS. Eccleſ.*

---

# De His qui ſui vel alieni Juris ſunt.

## Tit. VIII.

### *Ad princip. Tit.*

POſtquam Juſtinianus Imp. homines diviſerat in duo genera; in Servos & Libe-

Digitized by Google

Liberos, *initiò tit. ſupr. de Iur. Perſon.* atq; hos iterum in Ingenuos & Libertinos. *§. ult. eod. tit.* & quales nam ſinguli ex his eſſent, explicaverat: nunc aliam proponit diviſionem, quâ hominum quidam ſui ſunt juris, quidam alieno juri ac poteſtati ſubjecti. *L. 1. ff. h. t.* Sui juris ſunt Patres familiarum ſive puberes ſint ſive impuberes: item matres familiarum, quàmvis liberos non habeant. *L. nam Civium. 4. ff. eod.* Non enim relatio ad liberos facit patrem familias: ſed poteſtas, dominium & principatus domus atque familiæ ſuæ: *L. pronunciatio. 195. §. familiæ. 2. ff. de V. ſign.* Is inquam pater familias eſt ut eleganter canit *Günther. Ligurinus Lib. 3. de geſtis Friderici I. ante medium:*

*Diviſio hominum in Sui & Alieni juris.*

Quem penes & rerum jus eſt, & tota regendæ
Cura domus.

Alieno juri ſubjecti ſunt ſervi & filii familias: ſervi quidem poteſtati dominicæ; filii verò familias, poteſtati patriæ. Verbum enim *poteſtatis* non ſolùm ad liberos trahimus, verùm etiam ad ſervos, inquit Ulpianus *in L.*

*has*

Digitized by Google

*hæc ratio. 3. §. verbum. 3. ff. de Donat. int. V. & V. L. 1. §. poteſtatis. 4. ff. de tribut. act.* Quanquam autem de ſervis jam aliquid dictum eſt *in §. 1. & ſeqq. ſupr. de jure perſ.* tamen de poteſtate dominorum in eos, quanta illa ſit, nihil adhuc eſt expoſitum: id quod fit hoc tit. quemadmodum de poteſtate patria tractabitur *infr. tit. proximo.*

*§. In poteſtate. 1.*

*Dominica poteſtatis origo.*

De poteſtate Dominica in Servos duo potiſſimùm hìc afferuntur. Primùm ejus origo: deinde ejuſdem vis atque effectus. Origo eſt ex jure gentium ut *hìc &* L. 1. §. 1 *ff. hoc tit.* Tum quia jus gentium illud eſt, quod apud omnes gentes peræquè receptum eſt, & cuſtoditur. *§. 1. ſupr. de I. N. G. & C.* Tum quia ſervitus ipſa eſt juris gentium. *§. 2. verſ. jus autem. ſupr. d. t. initiò tit. ſupr. de* Libertin. L. *manumiſſiones.* 4. & L. *ex hoc jure 5. ff. de I. & I.* Ergo & hæc poteſtas ſive dominium. Namq; hæc ex relatis ſunt, ſervitus & dominium: ſervus & dominus, *tradente hìc Rittershuſio pag. 53.*

*Vis & effectus.*

Vis ſive effectus hujus poteſtatis in duobus maximè conſiſtit. 1. ut dominus in ſervos vitæ neciſq; poteſtatem habeat. *h. §. & d.* L. 1. §. 1. *ff. h. t.* 2. ut quicquid ſervus acquirit,

id

id Domino non ſolùm ſcienti aut ratum habenti ſed etiam ignoranti & invito acquirat. §. *item vobis.* 3. *infr. per quas perſ. cuiq; acquir.* L. *acquiritur.* 10. §. 1. L. *etiam invitus.* 32. *ff. de A. R. D.* & L. *ſervus vetante,* 62. *ff. de V. O.*

§. *Sed hoc tempore.* 2.

Hodie non amplius licet Dominis, qui ſubſunt Imperio Romano ſine cauſa Legibus cognita (qualis eſt omnis ea, ob quam hominem liberum occidere fas eſt) ultra modum in ſervos ſuos ſævire & animadvertere. Quòdſi dominus ſine juſta cauſa ſervum ſuum occiderit, non minus punietur, quam ſi alienum ſervum occiderit. L. 1. §. *ult. ff. h. t.* hoc eſt, Dominus tenebitur Lege Corneliâ de Sicariis, ſicut lege Corneliâ de Sicariis tenetur, qui alienum ſervum occidit. L. 1. §. 2. & *tot. tit. ff. ad* L. C. *de Sicar.* L. *inde Neratius.* 23. §. *ſi dol.* 9. *ff. ad* L. *Aquil.* Enimverò ſi dominus aliàs aſperius aut inhumanius tractaverit ſervum ſuum; ipſum bonis ac tolerabilibus conditionibus, id eſt, juſto precio accepto vendere cogetur. hoc §. noſtro. verſ. ſed & major. &c. quod ſpecialiter hîc eſt receptum, contra regulam juris, quâ nemo invitus rem ſuam diſtrahere compellitur. L. *invitum*

*Moderatio ejuſdem.*

*tum. C. de contrah. empt. L. nec emere.* 16. *C. de Jur. delib. L. invitos.* 11. *C. de Locat. L. nemo exterus.* 9. *C. de Iudæ. L. in re mandata.* 21. *C. mandat.* Ratio ſpecialiter hoc loco ea aſſignatur, quòd Reipublicæ interſit & expediat, ſuis quemq; rebus & fortunis benè uti. Singulorum enim facultates & copiæ ſunt divitiæ Civitatis, *auctore Cicerone Lib.* 3. *officior.*

---

# De Patria Poteſtate.
## Tit. IX.
### *Ad princip. Tit.*

EXplicatum eſt de jure ac poteſtate Dominorum in ſervos: rectè nunc ſubjicitur patria poteſtas in Liberos, propter maximam ſimilitudinem, quæ inter utramque poteſtatem olim erat. Cæterùm tres ſunt cauſæ, quibus patria poteſtas conſtituitur, liberique parentum poteſtati ſubjiciuntur: Matrimonium ſive Nuptiæ, de quibus *hic in* §. 1. *& tit. ſeq.* Legitimatio, de qua *in* §. *ult. tit. proximo*; & adoptio de qua *infr. tit. de adoption.* Hoc autem loco ait Imp. Juſtin. in poteſtate noſtra eſſe liberos

*Patriæ poteſtatis cauſa.*

ex

ex juſtis nuptiis procreatos. Idem ait Caius *in L. 3. ff. de his qui ſui vel al. jur. ſunt.* Ex Contrario igitur ex injuſto & illegitimo concubitu nati, parentum in poteſtate non ſunt. §. penult. infr. tit. prox. Et ratio eſt, quòd ſpurii patrem non habere dicuntur. *L. vulgo. 23. ff. de ſtat. hom.*

§. *Nuptiæ autem.* 1.

Hæc vocabula (Nuptiæ & Matrimonium) licèt promiſcuè ferè uſurpentur, interea tamen nonnullum diſcrimen deprehenditur. Etenim nuptiæ ſine matrimonio eſſe non poſſunt: matrimonium ſine nuptiis eſſe poteſt. Matrimonium eſt magis naturale nomen, quòd à matre trahitur: nuptiæ vel connubium Civile nomen eſt. Sed & nuptiæ propriè dicuntur ceremoniæ, feſtivitas & celebritas in ducendis uxoribus à nubendo: quia ſponſæ olim pudoris & ſubjectionis gratiâ caput obnubere ſolebant. Ita hæc diſcriminare videtur Scævola *in L. pen. ff. de donat. inter V. & U.* Definit autem Imper. Juſtin. nuptias *Conjunctionem.* Quæ vox generis loco eſt poſita; & maximè arctiſſimam animorum copulationem, adeoq; maritatem affectionem, maximumq; maris & fœminæ conſenſum ſignificat. Corpo-

*Nuptiarum & Matrimonii Differentia.*

*Nuptiarum definitio.*



Digitized by Google

rum ſiquidem commixtio jure noſtro Civili ad nuptias conſummandas neceſſariò non requiritur. *L. nuptias. 30. ff. de R. I. L. cum hic ſtatus. 32. §. ſi mulier. 13 ff. de Donat. int. V. & U. L. cui fuerit. 15. in fin. ff. de condit. & demonſtr. Nov. 22. c. 3. & Nov* 117. *c.* 3. Addit Imper. *Viri & mulieris.* Quibus verbis primò excluditur polygamia: quæ non eſt viri & mulieris, ſed viri & mulierum, aut mulieris & virorum conjunctio. Deinde removetur omnis alia vel in una ſpecie (de qua loquitur D. Paulus *ad Roman. c.* 1. *v.* 26. & 27.) vel in diverſa (*de qua Levit. c.* 20. *v.* 15. & 16 ) conjunctio deteſtanda & ſub pœna capitis prohibita *L. cum vir nubit.* 31. *C. ad L. I. de adult. L.* 1. *§. qui puero.* 2. *ff. de extraord. Crimin. Conſtit. Crim. Caroli V. art.* 116. Præterea ſubjungit Imper. *individuam vitæ conſuetudinem continens.* Quæ verba præcipuè deſignant Conjunctionem & cohabitationem Conjugum perpetuam; neq; ad tempus aliquod, ſed ad vitam illorum duraturam. Eo quippe animo & voto matrimonium contrahitur, ut nunquam dirimatur. Itaq; ſi nuptiæ poſtea diſſolvantur divortio vel aliter hoc fit contra propoſitum conjugum & contra naturam matrimonii: neq;

neq; propterea individua hæc conjunctio eſſe deſinit. Hæcq; individua & perpetua conſuetudo ita obſervata Romæ priſcis temporibus fuit, ut ultra annos quingentos nullum ibi divortium extiterit, teſte A. Gellio *Lib.* 4. *Noct. Attic. cap.* 3. In matrimoniis enim contrahendis hæc erat formula uſitata: Ubi tu Cajus, & ego Caja, tradente hîc Tuningio *pag.* 64. Tametſi autem divortia poſtea certis de cauſis permittebantur: *L.* 1. *ff. de divort. L. conſenſu* 8. *C. de repud.* rectè tamen in nuptiarum definitione iſthæc additur differentia, ut concubinatus & ſimiles viri ac mulieris conjunctiones ab ea excluderentur. Concubinatus namque conjunctio neq; hoc propoſito conjunctorum inſtituitur, neq; etiam eam vim obtinet, ut alteri cùm velit, ab altero invito diſcedere non liceat. *L.* 1. *ff. de Concubin.*

*§. Ius autem poteſtatis.* 2.

Inquit Imper. Juſtin. patriam poteſtatem eſſe juris Civilis civiumq; Romanorum propriam. Idem ait Cajus Juriconſultus *in L.* 3. *ff. de his qui ſui vel alien. Iur. ſunt.* Nec movet quicquam quod ipſum Jus gentium poſtulat, ut parentibus pareamus atque obtemperemus. L. 2. *ff. de I. & I.* nec non omnibus

*Patria poteſtas Civium Romanorum propria.*

bus parentibus eandem reverentiam & obſervantiam exhibeamus. L quiq; 4. & L. parentes 6. ff. de in jus voc. Quod enim hoc loco dicitur non de pietate & reverentia omnibus parentibus debita, neq; de paterno imperio, quod naturæ lege atque ordine omnes gentes ſibi uſurpant, ſed de vi ac poteſtate, quam Romani ſibi propriam ac peculiarem instituerunt, intelligendum eſſe demonſtrat Dionyſius Halicarnaſſeus *Lib.* 2. ubi addit, Romanorum Legislatorem omnem uſquequaque poteſtatem patri in filium dediſſe: non ſolùm ut in cuſtodia eum habeat, ut virgis cædat, ut in operibus ruſticis vinctum retineat: ſed etiam ut eandem, ſi videbitur, occidat. L. *in ſuis.* 11. *in fin. ff. de liber. & poſthum. hered. inſtit.* L. *ult. C. h. t.* Cæterum libertati à majoribus tantum impenſum fuiſſe, author eſt Imp. Conſtantinus, ut etiamſi patribus in liberos jus vitæ neciſq; poteſtas concederetur: libertatem tamen eis eripere non liceret. *d.L. ult. C. eod. tit.*

## § *Qui igitur.*

*Parentibus maſculis non fœminis competens.*

Liberi juſtis ex nuptiis prognati ſubjiciuntur poteſtati parentum per principium h. t. & L. 3. ff. de his qui ſui vel alieni jur. ſunt. Quod de patre & maſculini ſexus

ſexus parentibus, veluti avo & proavo paterno, non etiam matre & avo materno exaudiendum eſt. hoc §. noſtro in fin. & L. nam Civium. 4. ff. d. t. Hujuſq; ratio eſt perſpicua; quoniam filii ex juſtis nuptiis procreati, patris ſui non matris familiam ſequuntur. L. cùm legitimæ. 19. ff. de ſtat. hom. L. familiæ 196. ff. de V. Signif. Quòd autem nepotes in avi paterni poteſtate ſint, & non in poteſtate patris, vivo avo: id hac ratione receptum eſt: quòd filius ipſe ſit in poteſtate patris ſui: atq; ideo liberos ſuos in poteſtate habere non poſſit. L. ſic eveniet. 21. ff. ad L. I. de adult.

---

# De Nuptiis.

## Tit. X.

### *Ad princip. Tit.*

AD principium tituli proximè præcedentis dictum eſt; tres eſſe patriæ poteſtatis cauſas, nempe Nuptias, Legitimationem & adoptionem. Earum duæ hoc titulo explicantur; ex juſtis

ſtis nimirum nuptiis Liberorum procreatio & Legitimatio. Convenienter autem primo loco de Nuptiis agitur; quia hæc cauſa ortum ab ipſa natura habet: cùm reliquæ duæ ab arte ſint inventæ. Semper verò natura prior eſt arte, *monente hic Ritterſhuſio.* Cæterum in hoc principio tria neceſſaria requiſita juſtarum & legitimarum nuptiarum adferuntur: Civitas, juſta ætas & conſenſus. Primò igitur requiritur ut contrahentes ſint Cives Romani. Sunt enim juſtæ & ſolennes nuptiæ juris Civilis, atque Civium Romanorum propriæ: licet aliàs matrimonium in genere conſideratum ſit juris gentium, atq; in uſu omnium populorum: imò juris naturalis, ratione videlicet inclinationum naturalium ad maris atq; fæminæ conjunctionem, ſobolisq; procreationem, *initiò tit. ſupra de I. N G & C. L. 1. § jus naturale 3. ff. de I. & I. Timæus Faber diſput. 5. ad Inſtit. Imper. th. 5.* Itaq; cum ſervis, Latinis, peregrinis Cives Romani connubium non habent: in tantum, ut etſi deportatus liberos ſuſceperit; tamen ſine liberis deceſſiſſe dicatur. *L. ex facto. 17. §. ex facto 5. ff. ad Sct. Trebell.* Athenienſes quoque & Judæi non niſi inter ſe juſtas nuptias

*Iuſtarum Nuptiarū requiſita.*

*1. Civitas Rom.*

nuptias olim contrahere potuerunt, *teſte hic Tuningio.* Secundò requiritur juſta ætas. Ea in maribus eſt 14. annorum: in fœminis duodecim. Illa enim ætate mares ut plurimum fiunt puberes & fæminæ viripotentes ſeu nubiles, hoc eſt, quæ virum pati poſſint, ut ait Labeo in L. penult. ff. qv. dies Leg. vel fid. ced. Hinc minorem annis duodecim nuptam tunc legitimam uxorem fore, reſpondit Pomponius, cùm apud virum expleſſet duodecim annos. L. minorem. 4. ff. de R. Nupt. Cur porrò citius pubeſcant fæminæ quàm mares, rationem exponit Macrobius Lib 1. in ſomnium Scipion c. 6. quia poſt illam ætatem incipiat moveri vis generationis in maſculis & purgatio fæminarum. Tertiò requiritur Conſenſus, non ſolùm ipſorum contrahentium (matrimonium ſiquidem inter invitos non contrahitur L. 21. & L. ſi patre. 22. ff. de R. N.) ſed parentum etiam quorum in poteſtate illi exiſtunt: isq; vel expreſſus vel tacitus. L. *ſed quæ.* 12. *ff. de ſponſal. L. ſi ut proponis* 5. *C. h. t.* Quod ergò hîc dicitur, juſſum parentum præcedere debere, eo haud ſignificatur, quaſi pater filium ad uxorem ducendam cogere poſſit: iſtud enim repugnat. *L.*

*2. Juſta ætas.*

*3. Conſenſus.*

*non cogitur.* 21. *ff. de R. N. L. nec filium.* 12. *& L. neq; ab initio.* 14. *C. h. t.* ſed hoc potius innuitur, conſenſum parentum, ſive ille ſit tacitus, ſive expreſſus, interponi debere initio, dum ſcil. matrimonium contrahitur. Nam rati habitio hîc non retrotrahitur ad initium, nec mandato, ut aliàs comparatur. L. *Paulus* 11 *ff. de ſtat. hom.* L. *quid ergo.* 13. *in pr ff. de his qui not. infam.* L *manifeſtum.* 9. *C. h. t.* Si tamen poſtea pater nuptias filii comprobaverit: erunt illæ juſtæ ex eo tempore, quo conſenſus ad illas acceſſit *d.* L. *ſi us pr ponis. C. eod. & ſimilib.* Ratio cur parentum Conſenſus in liberorum nuptiis ſit neceſſarius, duplex hoc loco indicatur; naturalis & Civilis. Naturalis quidem eſt pietas, reverentia, honor & obſequium, jure naturæ parentibus à liberis debitum. L. 2. *ff. de juſt. & jur.* L. *parentes.* 6 *ff de in jus vor.* L. *furioſæ.* 4 *ff. de curat. furioſ. & al. perſon. extr. minor. dandis.* Civilis verò eſt patria poteſtas, & jus ſui heredis, quod & ipſum pendet ex patria poteſtate. Invito namq; ſuus heres agnoſceretur, ſi filio abſq; conſenſu patris ducere uxorem liceret. Hoc autem fieri non debet. L. *in bello.* 12. §. *medio tempore.* 3. *ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.* §. *ſed ſi*

quis

*quis. 7. infr. tit. proxim.* Cùm igitur parentum conſenſus uſque adeo ſit neceſſarius: quæſitum olim fuit, an etjam liberi furioſi nuptias contrahere poſſint? & poſt longam diſputationem tandem conſtituit Imp. Juſtin. ut non minus filius ac filia furioſi ſine patris conſenſu & auctoritate matrimonium certo modo contrahere poſſet. *L. ſi furioſi. 25. C. hoc tit.* Modus hic eſt, ut de nuptiis eorum ſtatuatur auctoritate Magiſtratus vel Epiſcopi ipſius Civitatis, præſentibus tam curatoribus patris furioſi quàm viris nobilioribus totius familiæ. *d. l. ſi furioſi. 25. C. eod. & L. tam dementis. 28. C. de Epiſc. audient.*

*§. Ergo non omnes. I.*

Hoc loco declaratur, quænam nuptiæ ſint prohibitæ: unde facile intelligitur, quæ ſint permiſſæ ac licitæ. Prohibentur autem nuptiæ cum primis ratione ſanguinis, inter eos qui in numero parentum & liberorum ſunt, cujuſcunque ſint gradus, uſque in infinitum. *hoc §. & L. nuptiæ 53 ff. de R. N.* L. *nemini. 17. C. h. t. Levitic. 18. & 20.* Parentum verò Liberorumq; loco vel numero ſunt primùm ipſi parentes & liberi propriè dicti in Linea directa; ut pater, mater, avus, avia, proavus, pro-

*Nuptiæ prohibitæ inter Parentes & Liberos.*

avia. &c. Deinde ex linea tranſverſa aliquot perſonæ, ut patruus, avunculus, amita, matertera: & his quaſi correſpondentes fratrum & ſororum liberi. *de quibus infr. in §. fratris verè. 3. & §. item amitam 5. h. t.* L. *per adoptionem. 17. 1. fin. ff. de R. N.* L. *nemini. 17, C. h. t.* Tertiò etiam aliquot affines: ut Vitricus, privigna, noverca, privignus, ſocer, nurus, ſocrus, gener, &c. *de quibus in §. affinitatis. 6. & §. ſeq. h. t.* L. *ult. §. ult. ff. de condict. ſine cauſ.* L. *non facile. 4 §. & quidem. 6. ff. de gradib. & affin.* Porrò parentes & liberos hîc intelligimus tam adoptivos quàm naturales, tam injuſtos, quàm juſtos & legitimos, tam ſervos quàm liberos homines, *ut hîc in verſ. & hæc adeò. &c.* L. *ad privus. 14. & L. & nihil intereſt. 54. &* L. *ſeq. ff. de Rit. Nupt. §. illud certum. 10. infr. h. t. L. Iuriſconſultus. 10. § non parcimus. 5. ff. de Grad. & affin.* Horumq; omnium ratio præcipua eſt; quia in matrimoniis contrahendis naturalis pudor ac honeſtas inſpicienda eſt. *L. adoptivus 14. §. 2. in fin. & L. ſemper 42. ff. de R. N.*

§. *Intereas.* 2.

De aſcendentibus & deſcendentibus ſive Parentibus & Liberis breviter dictum

ctum eſt: nunc de his qui ex latere conjunguntur, obſervandum: quòd in hoc collateralium ſive tranſverſalium ordine prohibitio non ſit perpetua, neq; extendatur in infinitum: ac proinde perſonæ aliquot prohibitæ ſigillatim recenſeantur. Et primò quidem prohibentur nuptiæ inter fratrem & ſororem, ſive ex juſtis nuptiis procreati ſint, ſive vulgò quæſiti vel in ſervitute nati. *L. Libertinus. 8. & L. & nihil intereſt. 54. ff. de R. N. L. ſi ſtipuler. 35. §. 1. ff. de V. Obl.* ſive item naturales ſint ſive adoptivi; manente ſcilicet adoptione. Nam eâ per emancipationem diſſolutâ, conjungi poſſunt. *ut hic in verſ. ſed ſi qua per adoptionem. &c. & L. per adoptionem. 17. ff. de R. N.* Hinc fit ut nemo generum ſuum adoptare poſſit, niſi prius emancipaverit filiam: nec nurum ſuam adoptare queat, niſi ante filium ſuum emancipaverit. Alioquin enim futurum eſt, ut frater in matrimonio habeat ſororem. hoc §. noſtro in fin. d. l. per adoptionem. 17. §. 1. & L. pen. §. videamus. 3. ff. eod. Ratio iſtius prohibitionis hæc redditur, tum quia frater & ſoror, tam arctè inter ſe conjuncti ſunt, ut quaſi eandem perſonam conſtituant. Tum quia utilius eſt Reipubli-

*Inter Collaterales quæ.*

eæ ut inter Cives amplificetur amicitia ac neceſſitudo, id quod fit matrimonio, quàm ut intra paucos conſiſtat. can. 1. cauſ. 35. quæſt. 1. B. Auguſtin. Lib. 15. de Civit. Dei. c. 16.

§. *Fratris verò*. 3.

Nuptiæ prohibentur inter patruum & fratris filiã & neptem ac proneptem: item inter avunculum & ſororis filiam & neptem ac proneptem. hoc §. noſtro. L. adoptivus. 14. §. 2. L. ſororis 39. L. etiamſi 56. & Leg. ſeq. §. 4. ff. de R. N. L. miles. 11. §. 1. L. ſi adulterium. 38. §. 1. ff. ad L. Jul. de adult. L. nemini. 17. C. h. t. L. ult. C. de inceſt. & inutil. nupt. Ejusq; ratio eſt, quia patruus & avunculus ſunt parentum loco. Nam patruus ſic dictus eſt quaſi alter pater, & avunculus quaſi alter avus. d. L. ſororis. 39. ff. de R. N. Sanè ſororis adoptivæ filiam & multò magis neptem ac proneptem uxorem ducere non prohibemur hoc § noſtro circa fin. & L. ſi qua mihi. 12. §. fin. ff. d. t. Et ratio eſt: quia ea cognata noſtra non eſt: ſiquidem avunculus nemo fit per adoptionem: & cum iis tantùm perſonis neceſſitudinem per adoptionem contrahimus, quæ ſi ſanguine nos contingerent, nobis cognatæ eſſent. L. *qui in adoptionem*.

*nem.* 23. *ff. de adopt. d l ſi qua.* 12. *in fin. ff. de R.N.* §. *Duorum autem.* 4.

Jure Civili & Moſaico matrimonia conſobrinorum permiſſa eſſe conſtat *ex hoc* §. *n.* L. 3. *l. non ſolum* 67. §. 1. *ff. de R. N.* L *uter.* 23. *ff. de Condit. Inſtit.* L. L*u ius* 78. §. *filiam* 8. *ff ad Sct. Trebell. L. celebrandis.* 19. *C. h. t.* L. 11. C. *de Inſtit. & Subſtit. Levitic. c.* 18. *& Geneſ c.* 29. Tametſi jure Pontificio (quod moribus noſtris paſſim ferè obſervatur) matrimonia iſta improbentur. *c. non debet.* 8. *ext. de Conſanguin. & affin. Didacc. Covarruv. in Epitom. in* L*ib.* 4. *Decretal. part.* 2. *c.* 6. *num.* 9. & 10. §. *Item amitam.* 5.

Matrimonia inter amitam & fratris filium, item inter materteram & ſororis filium, præterea inter amitam magnam & fratris nepotem & inter materteram magnam & ſororis nepotem prohibentur *hoc* §. *n. &* L. *per adoptionem.* 17. §. *ult. ff. de* R N. Ratio non obſcura eſt: quia hæ perſonæ loco parentum & liberorũ ſibi invicem exiſtunt, *per hunc* § *noſtrum.* §. *Affinitatis.* 6. *cum trib. ſeqq.*

Ratione affinitatis prohibitæ ſunt nuptiæ inter privignam & vitricum inter novercam & privignũ; inter ſocrum & generũ; inter vitricũ & privigni uxorẽ; inter novercã & privignæ maritũ: inter ſponſ. filii & patr. inter ſponſ. patris & fi- *Inter affines quæ.*

lium: inter me & uxoris meæ filiam ex alio matrimonio *h. §. 6. 7. 8. & 9. l. ſi qua* 17. §. 1. *& ſeqq.* L. *adoptivus.* 14. L. *uxorem.* 15. L. *Ariſto.* 40. *ff. de* R. N. L. *non facile.* 4. § *hos itaq;.* 7 *ff. de grad. & affin.* L. *ult. ff. de Condict. ſine cauſ.* L. *nemini* 17. C. *h. t.* Ratio hujus prohibitionis in promptu eſt: quia & iſtæ perſonæ ſibi invicem ſunt loco parentum & liberorum. *d. l.* 4 §. *hos itaq;.* 7 *ff. de gradib. & affin.* Reliqui ergò affines, qui hoc locò nō enumerantur, matrimonium contrahere poſſunt, exceptis viduâ fratris & ſorore uxoris L *fratris* 5. *l. penult. & ult.* C. *de Inceſt. & inut. nupt.* Levit. 18. *v.* 16. Sed & inter privignos ſive comprivignos nuptiæ contrahi poſſunt. *§. mariti.* 8. *hoc tit.* L. *generali* 34. § *inter privignos* 2. *ff de R. N.* L. *Titia* 134. *in pr. ff. de V. O.* Idque adeo verum eſt, ut nihil obſtet, etiamſi communem habeant fratrem vel ſororem ex novo parentum ſuorum matrimonio ſuſceptam. *hoc §. & d. l. generali.* 34 §. 2. *ff. de* R. N. Ratio illius eſt evidens: quia nimirum inter hos nulla eſt neq; conſanguinitas neq; affinitas, quæ propriè contrahitur duntaxat inter unum ex Conjugibus & alterius conjugis cognatos. L. *non facilè.* 4. §. *ſed*

*quo-*

Digitized by Google

quoniam. 3. verſ. affines. ff. de gradib. & affin. ibiq; in ſuis paratitlis Cujacius in fin. c. quod ſuper. 5. extr. de Conſangu. & affinit.

§. *Illud certum.* 10.

Cognationes, quæ inter parentes & Liberos, fratres & ſorores in ſervitute contrahuntur, licèt jure Civili, quo ſervi pro nullis habentur, non attendantur. *L. quod attinet. 32. ff. de Reg. Iur.* nihilominus tamen impedimento ſunt nuptiis, in quibus non tam civilis quàm naturalis ratio conſideratur, pudorque & honeſtas naturalis inſpicitur: ac proinde ſi forte pater & filia aut frater & ſoror è ſervitute manumiſſi fuerint, conjungi non poterunt, illâ ipſâ cognatione in ſervitute inter ipſos contractâ, impediente *hoc § noſtro.* L. *adoptivus.* 14. *§. ſervites. 2. ff. de R. N.* *Inter ſervos quæ.*

§. *Sunt & aliæ.* 11.

Ait Juſtinianus Imp. præter illas perſonas, quæ ratione cognationis aut affinitatis matrimonio conjungi prohibentur, de quibus hactenus ſufficienter dictum, eſſe quaſdam alias, cum quibus diverſas ob rationes ſeſe conjungere non liceat: Verbigratiâ; inter Senatorem & Libertam, vel aliam humilem fæminam, nuptiæ contrahi nequeunt; ne *Inter alias perſonas quæ?*

ne videlicet Senatoria dignitas hujuſmodi nuptiis polluatur aut dedecoretur. L. *oratione* 16. L. *Lege Iulia* 44. L. *à divo Pio.* 58. *ff. de* R. N. L. *ſi libertam.* 28. *C. h. t.* L. *humilem.* 7. *C. de inceſt. & inut. nupt.* ſed hodie iſtæ nuptiæ ſunt permiſſæ *ex Nov.* 78. *c.* 3. Sic interdictum eſt matrimonium inter eum qui officium adminiſtrat in provincia, ejuſq; filium & fœminam provincialem: idq; ideò, quia potentatus matrimonium, quod liberum eſſe debet, cogere videtur. L. *ſi quis officium.* 38. L. *qui in provincia.* 57. & L. *præfectus.* 63. *ff. de* R. N. *tot. tit.* C. *ſi quacunq; præditus poteſtate, &c.* Præterea raptor & rapta copulari conjugio prohibentur: adeo ut raptor ultimo ſupplicio ſit afficiendus. L. *un. C. de raptor. Virg. can. de puellu.* 4 & *can. placuit.* 11. *cauſ.* 36. *quæſt.* 2. Quamvis in hoc etiam per jus novum canonicum à jure Civili ſit receſſum. *c. pen. & ult. extr. de raptor.* Amplius etiam inter tutorem vel curatorem, horumq; filios & pupillam vel adultam prohibitum eſt matrimonium: ne forſan eo pacto rationum redditio intervertatur, vel cohibeatur. *L. tutor.* 36. *L. ſenatus conſulto.* 59 *L. ſi quis tutor.* 60. L. *quanquam.* 62. & LL. *ſeqq. ff. de* R. N. *L. tutor.* 15. *ff. de*

Digitized by Google

*de ſponſal. tot. tit. C. de Interdict. matrim. inter pupill. & tutor. &c.* Deniq; inter ſuſceptorem & ſuſceptam de ſacro fonte ſive baptiſmate Juſtinianus prohibuit nuptias. L. *ſi quis alumnam.* 26. C. *h. t.* idq; propterea quod ea loco filiæ eſſe putetur, & ibi paterna quædam affectio inducatur. Unde hanc neceſſitudinem vulgò compaternitatem appellitant. *Videatur Rittershuſius lib.* 1. *different. jur. Civil. & Can. c.* 15. §. *Si adverſus.* 12.

Exponuntur hoc loco pœnæ injuſtarum nuptiarum. Prima pœna eſt; quòd contrahentes injuſtas nuptias appellationem viri & uxoris non conſequuntur. Hæc enim ſunt dignitatis vocabula: Unde Ulpianus ait: Uxorem à concubina differre dignitate *L. item Legato.* 49. §. *parvi autem.* 4. *ff. de Legat.* 3. Et Papinianus ſcribit: Uxorem pleno honore diligi. L. *cum tabulis.* 16. §. 1. *ff de his quib. ut indign. &c.* Secunda pœna eſt; quod conjunctio eorum, qui adverſus Leges coëunt, neque nuptiæ neque matrimonium eſſe intelligitur. Paria namque hæc in jure ſunt: aliquid plane nullum eſſe, ſive non factum, & non rectè factum. L. *quotiens.* 6. *ff qui ſatisd. cog.* L. 2. *ff. de auctor. & conſenſ. tutor.* Tertia pœna eſt: quòd, injuſtis nu-

*Pœna injuſtarum nuptiarũ.*

nuptiis contractis, nulla dos & donatio propter nuptias eſſe cenſetur. Nam dotis appellatio non refertur ad ea matrimonia, quæ conſiſtere non poſſunt. L. 3. *ff. de jur. dot. &* L. 1. §. 3. *ff. pro dot.* Imò dos caduca fit, hoc eſt, fiſco applicatur, *arg.* L *ſi quis officium.* 38. §. 1. *ff. de* R. N. L. *cum hic ſtatus.* 32. §. *ult ff. de donat. int. V. &* U. L. *manifeſtum.* 8. C. *de nupt.* L. *qui contra.* 4. C. *de Inc. & inut. nupt.* Quarta pœna eſt: quòd liberi ex injuſtis nuptiis procreati non ſunt in poteſtate parentum. *hoc* §. *noſtro & initiò tit. ſupra de patr. poteſt.* L 3. *ff. de his qui ſui vel alien. jur. ſunt.* L. *Paulus.* 11. *ff. de ſtat. hom.* ſed quoad illam ſunt eodem loco cum ſpuriis ſive vulgò quæſitis & conceptis. L. *vulgò concepti.* 23 *ff. eod.* Cæterum in liberis ex inceſtis & nefariis nuptiis natis, hoc ſingulare eſt: quòd non ſolùm in patris ſui poteſtate non ſint: ſed ne quidem alimenta ipſis debeantur. *Nov.* 74. *cap. ult. & Nov.* 89. *c. ult. unde ſumpta eſt auth. ex complexu. C. de Inceſt. & inut. nupt.* jure tamen Canonico id correctum eſt. Eo quippe jure liberi ex quocunq; coitu, etiam inceſtuoſo & damnato procreati, à parentibus ſunt alendi. *c. cùm haberet.* 5. *in fin. extr. de eo qui dux. in matrim. quam polluit per adult.*

§. *Ali-*

§. *Aliquando 13. & ult.*

De prima eaq; præcipua patriæ poteſtatis conſtituendæ cauſa, juſtis videlicet nuptiis, ſatis dictum eſt: ſequitur nunc ſecunda, Legitimatio ſcilicet. Quæ eſt actus legitimus, quo liberi naturales extra matrimonium procreati, volentes fiunt legitimi. Etenim inviti in patriam poteſtatem non rediguntur. L. *ult. ff. de his qui ſui vel al. jur. ſunt.* *Novell.* 89. *c.* 11. Modi ſive ſpecies Legitimationis duæ hîc commemorantur: quarum una eſt illa, quæ fit per oblationem curiæ: ſi nimirum curiæ municipiorum vel pater filios ſuos naturales offerat, etiam exiſtentibus legitimis liberis: vel ipſi Liberi naturales ſeſe offerant, nullâ legitimâ prole extante. L. *communium.* 9 §. *ult. C. de natural. liber. & d. Nov.* 89 *c.* 2. Qualis oblatio etiam fieri dicitur, ſi pater filiam naturalem Curiali matrimonio collocaverit. L. 3. *verſ. pen. & ult. C. de natur. lib.* Altera Legitimationis ſpecies fit per ſubſequens matrimonium: ſi pater juſtam uxorem ſibi fieri curet eam mulierem ex qua liberos extra matrimonium procreavit. *L. Divi.* 5. L. *jubemus.* 6. L. *cum quis.* 10. *C. de natur. liber. c. tanta.* 6. *extr. qui filii ſint legit.*

*Legitimationis definitio.*

*Modi.*

Hiſce

Hiſce duobus legitimandi modis acceſſit tertius, qui fit per Principis ſive Imperatoris reſcriptum, vel hodie indultu Imperatoris per Comitem Palatinum: de quo in *Nov.* 89. *cap.* 9.

---

# De Adoptionibus.

## Tit. XI.

### *Ad Princip. Tit.*

*Adoptionis definitio.* SUccedit tertia patriæ poteſtatis acquirendæ cauſa, nempe Adoptio: quæ nihil aliud eſt, quàm actus legitimus, quo aliquis in locum filii adſciſcitur. *arg. L.* 1. *in pr.* L. 2. & L. 4. *ff. h. t. L.* 1. & L. *mulierem.* 5. *C. eod.* Cùm igitur adoptio ſit actus legitimus: ea neque ſub conditione neq; ad diem fieri poterit. L. *quæſitum.* 34. *ff. h. t.* Nam actus legitimi neq; tempus, neque conditionem recipiunt. L. *actus legitimi.* 77. *ibiq; Petrus Faber. ff. de R. Iur.*

### §. *Adoptio autem.* 1.

*Species.* Duæ ſunt ſpecies adoptionis: Arrogatio & adoptio ſimplex ſive ſpecialiter ita dicta L. 1. §. 1. *ff. h. t.* Arrogatio eſt, qua ſummi principis ſeu Imperatoris

ris permiſſu & authoritate adoptantur illi, qui ſui ſunt juris: inde ſic appellata, quod is qui adoptat, rogatur, hoc eſt, interrogatur, an velit eum quem adoptaturus eſt, juſtum ſibi eſſe filium: & is qui adoptatur, rogatur, an filius fieri velit. L. 2 *ff. eod.* Adoptio eſt, qua auctoritate ſive imperio magiſtratus adoptatur is, qui alterius patriæ poteſtati eſt ſubjectus, *h. §. verſ. Imperio Magiſtratus. d. l. 2. in pr. v. Imperio. &c. ff. eod. tit.*

### §. *Sed hodie.* 2.

*Adoptio ab Extraneo vel non extraneo facta.*

Adoptio ſpecifica ſive in ſpecie dicta dupliciter fieri conſuevit: primum ab extraneo: deinde ab eo, qui in numero eſt Aſcendentium. Priore caſu, ſi filius familias datur in adoptionem alicui extraneo; in patris naturalis poteſtate remanet, nec in adoptantis jus & familiam tranſit, tametſi ei ab inteſtato ſuccedat. Robuſtiora quippe ſunt patris naturalis jura, quàm ut Civili ratione perimantur. *arg.* L. *jura ſanguinis* 8 *ff. de R. Iur,* Poſteriore verò caſu, ſi detur filius familias in adoptionem alicui ex aſcendentibus: patris naturalis jus ſolvitur & in parentem adoptivum, quo ad omnes patriæ poteſtatis effectus tranſit, cũ ei duplici vinculo (quod ſim-

pli.i

plici fortius ligat) & naturali ſanguinis & Civili adoptionis ſit conjunctus. *hoc §. noſtro & L. cum in adoptivis.* 10. *C. h. t.*

*§. Cum Impubes. 3.*

*Arrogatio Impuberis.* Arrogatio Impuberis maximè peragi ſolet cauſæ cognitione præcedente & ſubſequente cautione. hoc §. noſtro. Cauſæ cognitio in eo verſatur, ut inquiratur, & cognoſcatur, utrum cauſa, ob quam quis impuberem arrogare deſiderat, honeſta ſit, veluti paterna affectio, an verò inhoneſta, ut avaritia & lucrum, quod quis è bonis impuberis percipiat: item num aliâs pupillo commodius & utilius ſit, ſui juris manere, quàm arrogari: idq; latiùs explicatur in L. *ſi paterfamilias.* 16. §. 2. & L. *nec ei permittitur.* 17. §. 1. & *ſeq. ff. h. t.* Cæterùm cautione continetur, ut arrogator, idoneis fidejuſſoribus datis caveat perſonæ publicæ, hoc eſt, tabulario, ſive Notario publico, ad hoc requiſito, nomine pupilli 1. Si intra pubertatem pupillus arrogatus deceſſerit, ſe arrogatorem reſtituturum omnia impuberis defuncti bona illis, qui ſi arrogatio facta non eſſet, ad ſucceſſionem pupilli univerſalem vel particularem (quales ſunt heredes & Legatarii, item ſervi, quibus tabulis pupillaribus, vel hereditas

Digitized by Google

ditas aut Legata relicta, vel libertas data eſt) venturi eſſent, *hoc §. noſtro. verſ. & cum quibuſdam conditionibus. d. L. nec ei 17. in fin. cum* LL. *ſeqq. ff. h. t. &* L. 2. C. *eod.* II. Se non velle impuberem emancipare, hoc eſt, è ſua manu & poteſtate dimittere, niſi juſta fuerit cauſa ipſum emancipandi. *hoc §. noſtro. verſ. item non aliter &c.* III. Si juſtam emancipandi cauſam habuerit: ſe velle omnia bona arrogato reſtituere, quæ ipſe ad illum tranſtulit; quæq; illi, in poteſtate adhuc exiſtens, acquiſivit, *h. § noſtro. ibi, & tunc ſua bona ei reddat, &c.* IV. Si filium arrogatum impuberem ſine juſta cauſa exheredaverit vel emancipaverit: ſe velle illi quartam partem omnium ſuorum bonorum relinquere, præter bona ab ipſo impubere profecta. *hoc §. noſtro. in fin.* L. *Papinianus.* 8. *§. ſi quis impubes.* 15. *ff. de inoff. teſtam.* L. *ult. ff. ſi quid in fraudem patron. &c. & d.* L. 2. C. *h. t.*

§. *Minorem natu.* 4.

Agit hìc Imp. Juſtin. de ætate adoptantis & adoptati, & inquit: quod adoptare non poſſit is qui minor eſt natu illo, quem adoptare deſiderat: ex illa ratione, quòd adoptio ſit quædam Civilis generatio, & naturam imitetur: *Adoptantis & adoptati ætas.*

per

per naturam autem fieri non poſſit, ut parens minor natu filio exiſtat. Ideoq; ſicut is, qui eſt annorum octodecim & ad plenam pubertatem pervenit, jam maximè natura habilis ad procreandam ſobolem cauſetur: ita etiam ea in ætate aliquis ad adoptandum idoneus judicatur: ac propterea eum quem vult adoptare, hac ætate præcedere debet. L. *ſi paterfamilias*, 15. *in fin.* & L. *arrogato*, 40. §. 1. *ff. hoc tit.*

### § *Licet autem* 5.

*Adoptio in locum nepotis.*

Non ſolùm in locum filii, de quo dubium non eſt ullum, ſed etiam in locum nepotis ac pronepotis licitum eſt adoptare, tametſi quis filium non habeat, *hoc §. noſtro.* Quod tamen adverſari videtur præcedenti § ubi expreſſè dicitur, adoptionem imitari naturam. Atqui ſecundum naturam ille, qui filium non habet, non poteſt habere nepotem aut pronepotem. Sed dicendum: eum qui in locum nepotis adoptat, fictione quadam & commenticio jure videri filium habuiſſe, idq; propter favorem propagandæ familiæ. L. *adoptare.* 37. & L. *adoptionem.* 41. *ff. h. t.* Quin & natura accidere poteſt, ut nepotem quis habeat, aut pronepotem, qui non habeat filium ut-

utpote hoc jam defuncto, *notantibus hîc Hunnio & Tuningio.*

*§. Et tam filium. 6.*

Adoptare permiſſum eſt tam alienum filium in locum nepotis, quàm nepotem in locum filii hoc §. noſtro. Frater tamen per adoptionem nequit conſtitui, nec in fratris locum adoptare quiſquam poteſt. *L. nec apud. 7. C. de her. inſtit.* quod ideò ita cautum videtur, quia Legibus naturæ, quam ducem habet adoptio, minimè conſentaneum eſt, ut frater à fratre procreetur quemadmodum animadvertit *Mynſing. hîc num. 2.*

*§. Sed ſi quis 7.*

Si quis in locum nepotis adoptat, quaſi ex filio ſuo, quem in poteſtate habet: tum filius quoque conſentire debet. *hoc §. noſtro.* L. *cùm nepos. 6. & L. ſi quis nepotem. 19. ff. h. t.* Cujus ratio illa hoc loci ſubjungitur, ne filio invito ſuus heres agnoſcatur. *L. in bello. 12. §. medio. ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.* Quod ſanè accideret, mortuo avo. Nepos enim ille adoptatus tunc in poteſtatem patris recideret, eiq; ſuus heres *Cum conſenſu filii.*

 exiſte-

Digitized by Google

exiſteret. §. *ſui autem.* 2. *infr. de hered. qual. & differ.* E contrario cùm avus ex filio nepotem dat in adoptionem: non eſt neceſſe, ut filius conſentiat. *h. §. in fin.* ex hac ratione; quia hic nepos dum alteri ab avo in adoptionem datur: non tantum non ſuus heres patri efficitur; ſed etiam ejus ſpes omnis tollitur, propterea quòd in alienam familiam transfertur.

§. *In plurimis.* 8.

*Cur & quando adoptati in adoptionem alteri dari poſſint.*

Ut plurimis in cauſis adoptatus habetur ſimilis ei, qui ex juſto matrimonio eſt natus: (cùm adoptio naturæ imago ſit & quædam Civilis generatio. § *Minorem.* 4. *ſupr. h. t* L. *filio.* 23. *ibi, ne imagine naturæ. ff. de liber. & poſthum. hered. inſtit.* ita quoq; eos, quos adoptavimus, alteri rurſus in adoptionem dare poſſumus, non aliter atq; liberos noſtros naturales & legitimos: dummodo illi adoptivi in poteſtatem noſtram tranſierint, hoc eſt, vel arrogati fuerint, vel ab aſcendentibus adoptati. §. *ſed hodie.* 2. *ſupr. h. t. L. cùm in adoptivis.* 10. C. *eod.* & hîc in verbis, non extraneum adoptaverit. Etenim ſi extraneos adoptaverimus; cùm in eos nihil juris conſequamur: conſequens eſt ut nec illos aliis in adoptionem dare poſſimus.

*d. §.*

*d.* § 2. *ſupr. h. t. & d.* L. *cùm in adoptivis.* 10. *C. eod.*

§. *Sed & illud.* 9.

Hoc loco ait Imp. Juſtin. Spadones adoptare poſſe, caſtratos non poſſe. L. 2. §. 1. & L. *arrogato.* 40. *in fin. ff. h. t.* Ratio hujus differentiæ perſpicua eſt quia caſtrati inſanabili vitio laborant, ob quod per naturā generare non poſſunt: Spadones verò naturali ſaltem aliquo morbo ſunt ſteriles, & priori potentiæ generandi, diligenti medicorum cura reſtitui queunt: ac proinde adoptare non prohibentur. *Adoptare nequeunt Caſtrati.*

§. *Fœminæ.* 10.

In hoc §. inquit Juſtinianus Imp. fœminas adoptare non poſſe, ob eam rationem, quam ipſe hîc aſſignat & exprimit: quia nec naturales liberos in ſua poteſtate habeant. §. *cæteri.* 3. *infr. de her. qual. & differ. L. mulierem.* 5. *C. h. t.* Adoptionis autem hic ſit finis atq; effectus, ut adoptati poteſtati adoptantium ſubjiciantur. Sanè ex ſingulari principis indulgentia ob ſolatium liberorum amiſſorum adoptare ipſis permittitur: ſic tamen ut jus poteſtatis haud conſequantur; ſed ut filium, qui ipſis heres ſit futurus, habeant; quemad- *Fœminæ.*

modum de extraneo dicitur *in §. ſed hoc die. 2 ſupr. h. t.*

### §. *Illud proprium.* 11.

**Differentia inter Arrogationem & Adoptionem.**

Inter cæteras arrogationis & adoptionis differentias, quæ colligi poſſunt *ex §. 1. & ſeqq. ſupr. h. t.* & illa non infima eſt; quod arrogatione tranſit in poteſtatem patris adoptivi, non is tantùm qui adoptatur, ſed ejus quoque liberi, ſi quos habet, omnesque ejus fortunæ. *hoc §. noſtro.* L. *ſi paterfamilias.* 15. *& L. arrogato.* 40. *ff. h. t.* L *pen. §. teſtamento. 2. ff. de bonor. poſſ. ſecund. tab.* In adoptione autem is ſolummodo tranſit, qui adoptatur, non item ejus liberi. Hi ſiquidem in poteſtate patris naturalis remanent. *d. l arrogato.* 4. *ff. h. t.* Illudque Juſtinian. Imper. hypotheſi quâdam, quæ theſin magis conſpicuam reddit. *arg.* L. *ut reſponſum.* 15. *C. de tranſact.* hoc loco probare nititur. Cum enim Imper. Auguſtus, Liviæ ſuæ uxoris impulſu Tiberium ejus privignum, arrogare decreviſſet; non id ante fecit, quàm ipſe Tiberius Germanicum Druſi fratris ſui filium arrogaſſet, ut ita uterque in ipſius poteſtatem caderet:

de

*de quo Suetonius in Tiberio*, & *Tacitus annal. Lib.* 1. & 4.

§. *Aut Catonem.* 12.

De effectu adoptionis in ſervis hîc tractans Imper. Juſtinianus, oſtendit: ſervum, qui adoptatus ſit à Domino, vel etiam apud acta ſive coram Magiſtratu filius appellatus, non fieri quidem filium familias, ſed tamen confeſtim effici liberum. Ratio cur ſervus à Domino adoptatus jus filii non conſequatur hæc eſt: quia adoptio eſt juris Civilis, cujus communionem ſervi non habent. *L. quod attinet.* 32. *ff. de R. Iur.* Cur autem iſthæc ſervi adoptio vim manumiſſionis obtineat, ratio eſt poſita in voluntate Domini: qui quoniam ſervum cogitavit efficere filium ſuum, ſi modò jus hoc permitteret: multò magis voluiſſe videtur, eum eſſe Liberum. Idem planè eſt in Nominatione filii, actis intervenientibus facta. L. *unic.* §. *ſimiliq; modo.* 10. C. *de Latin. Lib. tollend.*

*Adoptio Servi, & Nominatio filii.*

Qui-

Digitized by Google

# Quibus modis Jus Patriæ Poteſtatis ſolvitur.

## Tit. XII.

### *Ad princip. Tit.*

*Modi ſolvendi patriam poteſtatem; Mors.*

DIctum eſt hactenus, qua ratione patria poteſtas comparetur: nunc quomodo diſſolvatur, videndum eſt. Primò autem extinguitur patria poteſtas morte, ſive Patris ſive filii. Siquidem patria poteſtas eſt relatio quædam & reſpectus inter duas perſonas patris & filii conſiſtens: quarum alterutra ſublata, ipſe quoq; reſpectus, ipſaq; relatio ut tollatur neceſſe eſt. Et quidem liberi ſi in poteſtate patris ſui fuerint, morte ejus omnimodò fiunt ſui juris: nec eo defuncto in alterius poteſtatem ſunt tranſituri. Cæterum mortuo avo paterno, non omnimodò nepos ſui juris efficitur. Etenim ſi avus tempore mortis utrumq; & filium & nepotem ex eo, in poteſtate habeat: hoc caſu nepos morte avi ſui non efficitur ſui juris, ſed in

in patris poteſtatem recidit. Sin autem avus cùm moritur, ſolum nepotem in poteſtate habeat: quia ſcilicet filius intermedius, vivente adhuc avo, poteſtate exiit per emancipationem, vel etiam morte ſubtractus eſt: hoc caſu nepos planè ſui efficitur juris, nec in poteſtatem patris recidit, per hunc textum noſtrum. *L. ſiquis nepotem.* 10. *cum L. ſeq. & L. ſi pater.* 41. *ff. de adoption.*

§. *Cùm autem.* 1.

Secundò ſolvitur patria poteſtas deportatione, cum pater vel liberi ob delictum aliquod in Inſulam ſive exilium mittuntur. *hoc §. noſtro.* Hujusq; ratio non obſcura eſt: quia patria poteſtas eſt propria Civium Romanorum. *§ Ius autem 2. ſupr. de Patr. pot.* Deportatione autem quis tollitur ex numero Civium Romanorum. *h. §. noſtro. & §. minor. 2. infr. de cap. demin. L. 1. §. hi quibus. 2. ff. de Legat. 3 L. ſunt quidam. 17. §. 1. ff. de pœn.* Quod ſi tamen deportatus ſingulari indulgentia & beneficio principis in priſtinum ſtatum fuerit reſtitutus: tunc omne jus ſuum, quod antea habuit, recipit, *ut hîc in fin.* L. 2. L. 3. *L. ſi pater 9. & L. ult. §. ult. C. de ſent. paſſ. & reſtit.*

*Deportatio.*

*§ Relegati. 2.*

Quod dictum eſt modo de deportatione, per eam tolli patriam poteſtatem : id in relegatione non procedit. Ea ſiquidem patriam poteſtatem haud diſſolvit, ſive eâ puniantur parentes ſive liberi. *hoc §. noſtro.* L. *relegati.* 4. & *l. relegatorum.* 7. §. 3. *ff. de Interd. & relegat.* Tum quia relegatio plerumque fit ad tempus duntaxat; adeoque relegati ſpem revertendi in Civitatem habent : Tum etiam quia relegatio non eſt capitis diminutio, nec jus civitatis tollit, ſicut deportatio, *d. l.* 4. & 7. §. 3. *ff. d. t.*

*§. Pœnæ Servus. 3.*

Tertiò amittitur patria poteſtas, ſi pater aut filius pœnæ ſervus fuerit effectus. Servi autem pœnæ dicuntur, qui per ſententiam judicis certæ alicui pœnæ addicuntur : quales ſunt, qui damnantur in opus metalli, ad efficiendum ſcilicet & parandum metallum, in fodinis metallicis : itemque qui beſtiis ſubjiciuntur, ut vel cum illis pugneat, vel ab illis dilanientur. *h. §. noſtro.* Cur pœnæ ſervitus tollat patriam poteſtatem, ratio eſt facilis : quia illa eſt maxima capi-

*Servitus pœnæ.*

tis

tis diminutio, quæ & Libertatem tollit & civitatem §. 1. *infr. de capit. dimin.* Atqui Civitate & libertate ſublatâ, poteſtas etiam patria tollitur: quia ea eſt propria Civium Romanorum §. 2. *ſupr. de patr. poteſt.* Verum jure noviſſimo nullus ab initio bene natus ex ſupplicio efficitur ſervus. *Novell.* 22. *c.* 8. Hodie tamen receptum eſt, ut quis pœnæ cauſa ad opus publicum aut ad triremes damnetur, *de quo videatur Iodocus* D*amhouderius in praxi criminali cap.* 151.

§. *Filius familias.* 4.

Quarto perimitur patria poteſtas dignitate Patriciatus. Patricii autem olim dicebantur, qui è Senatoribus à Romulo conſcriptis oriundi erant: ab eo quod patres ſuos ciere poſſint, *auctore Vellejo Paterculo* Lib. 1. Poſtea ſub Imperatoribus patricii cæperunt dici conſiliarii Imperatorum, quòd quaſi Patres eorum eſſent. *L. ult. C. de Conſul. & non ſparg. ab iis pecun. &c.* Ratio porrò, cur dignitas patriciatus liberet filium patria poteſtate, conſiſtit in poteſtate principis: quia ſcilicet

*Patriciatus dignitas.*

iniquum videtur, patrem poſſe filium ſuum è ſua poteſtate dimittere; *§. praterea 6. infr. h. t.* ſummum autem principem, hoc eſt, Imperatorem non poſſe Conſiliarios ſuos, quos ſibi patres elegit, per hoc ex aliena poteſtate liberare. h. *§. noſtro in fin.* Sanè ſunt & aliæ dignitates, quibus jure noviſſimo hoc tributum eſt, ut patriâ poteſtate aliquem eximere valeant *de quibus in Novell.* 81.

*§. Si ab hoſtibus.* 5.

***Captivitas.*** Quintò diſtrahitur patria poteſtas captivitate in bello, ſive ea contingat patri ſive filio, ſive avo, ſive nepoti. Verùm iſthæc captivitas, jus patriæ poteſtatis non ſtatim diſſolvit; ſed potius in ſuſpenſo ſeu in incerto relinquit, ut ex poſt facto demum ſtatui poſſit, an & quando illud diſſolutum fuerit, *hoc §. & L. in bello. 12. §. 1. ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.* Ipſo quidem jure patria poteſtas ſublata eſt per captivitatem: cùm captus ab hoſtibus ſervus capientium fiat *§. Servi autem 4. ſupr. de jure perſ. §. item ea quæ ex hoſtibus. 17. infra de R. D.* & hîc in verb. quamvis ſervus hoſtium fiat. Jus autem patriæ poteſtatis Civium Romanorum ſit proprium. §. jus autem. 2. ſupr. de patr. pot. & qui non eſt ſuæ poteſtatis, alium in ſua po-

teſta-

Digitized by Google

teſtate habere non cenſeatur. *L. ſic eveniet. 21. ff. ad L. I. de adult.* Sed contra hanc ſtrictam juris rationem, naturali æquitate ac humanitate ſuadente, duplex fictio, qua captis ab hoſtibus conſulitur, inventa eſt. Una eſt Poſtliminium, quæ locum habet, ſi captus ab hoſtibus in patriam revertatur: eaque facit, ut ex captivitate ita reverſus omnia ſua priſtina jura, quæ in civitate antequam caperetur, habuit, recipiat: adeoque retrò ſemper in civitate fuiſſe fingatur. hoc §. *noſtro. L. poſtliminium.* 5. §. 1 *d. L. in bello.* 12. § 1. *& L. retrò* 16. *ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.* Altera fictio eſt Legis Corneliæ quæ locum ſibi vindicat, ſi captus apud hoſtes moriatur: & fingit eum ipſo captivitatis momento deceſſiſſe: ac proinde liberos ipſius ex eo ipſo captivitatis tempore ſui juris factos eſſe *ut hîc in verſ. ſi verò ibi deceſſerit. &c. L. pater* 10. *L. quodſi.* 11. *L. in omnibus.* 18. *L. bona.* 22. *ff. d. t. L. pœn. ff. de ſuis & legit. her.* Cæterum poſtliminium dicit Paulus, eſſe jus amiſſæ rei recipiendæ ab extraneo & in ſtatum priſtinum reſtituendæ, inter nos (cives Romanos) ac liberos populos, regesq; moribus Legibusq; conſtitutũ. *L. poſtliminium.* 19. *in pr. ff. de capt. &*

*poſtl. rev.* Quodnam verò etymon habeat verbum poſtliminii ipſe Juſtin. Imperator hîc declarat, & M. Cicero *in topicis in loco ab Etymologia.*

*§. Præterea. 6.*

*Emancipatio.* Sexto diſſolvitur patria poteſtas Emancipatione: quæ nihil aliud eſt, quàm actus legitimus ac ſolennis, quo filii è manu, poteſtate, & quaſi mancipio patrio dimittuntur. *arg. L. liberum.* 28 *ff. de adoption. L. non nullo.* 3. L. *penult. &* L. *ult C. de emancip. liber.* Eaque olim fiebat per longos circuitus, multasque ambages & ſolennitates, imaginariarum ſcilicet venditionum & manumiſſionum *de quibus late Theophilus hîc, Cajus lib.* 1. *inſtit. tit.* 6. *& Briſſonius* Lib. 1. *antiquit. cap.* 11. Hodie duobus fieri ſolet modis; nimirum vel apud Principem, oblato illi libello ſupplici, vel coram competente Magiſtratu. Priorem emancipandi modum introduxit Imperator Anaſtaſius. *d. l. pen. C. de Emancip. liber.* Poſteriorem verò Imper. Juſtinianus *d.* L. *ult.* C. *eod.* Hujusque emancipationis duo maximè perhibentur effectus. 1. ut

poſt

poſt emancipationem idem juris parens in bonis filii conſequatur, quod patronus in bonis liberti, *hoc §. noſtro. verſ. & tunc ex edicto, &c.* ita ut quemadmodum patronus ſuccedit ab inteſtato ſuo liberto: ſic quoque pater ad bona filii emancipati demortui vocetur. L. 1. *& tot. tit. ff. ſi à parente quis manumiſſ. ſit.* 2. ut ſi filius emancipatus adhuc impubes ſit; tunc pater legitimus ejus tutor exiſtat. *hoc §. noſtro, in fin.* L. 1. *ff. de Legitim. tutor. tot. tit. infr. de Legit. parent. tutel. L. quo tutela.* 73. *ff. de Reg. jur.*

*§. Admonendi, 7.*

Ne jura patriæ poteſtatis nexu divino copulata violarentur; L. *cum in adoptivis.* 10. *in princip. verſ. cum enim tanta. C. de adoption. L. in re mandata.* 21. *C. mandat.* permiſſum eſt patri, qui filium vel ex eo nepotem in poteſtate habet, emancipare filium, retento nepote; vel ex diverſo, nepotem emancipare retento filio. Quod propter eandem rationem & in pronepotibus & cæteris dicendum eſt. *hoc §. in fin.* L. *liberum.* 28 *ff. de adoption.*

§. *Sed ſi pater.* 8.

*Adoptio.* Poſtremò infringitur patria poteſtas adoptione. Si enim pater jus patriæ poteſtatis, quod in liberos ſuos habet, avo eorundem liberorum materno, vel ſi ipſe parens naturalis fuerit emancipatus, etiam avo aut proavo paterno vel materno, coram competenti judice ſive Magiſtratu tribuerit, liberi patria poteſtate liberantur & rurſus in poteſtatem avi materni vel paterni tranſeunt. h. §. noſtro. §. ſed hodie. 2. ſupr. de adopt. L. cum in adoptivis. 10. C. eod. tit. Enimverò iſthæc adoptio tollit quidem prioris patris poteſtatem: ſed ſimul novam conſtituit. Tranſit enim per adoptionem filius ex poteſtate patris naturalis in poteſtatem patris adoptivi, *juribus modò allegatis.* Quemadmodum & Novatio priſtinam obligationem tollit, & ſimul novam introducit. §. *præterea* 3. *infr. quib. mod. toll. oblig.*

§. *Illud autem.* 9

In quæſtionem hîc vocari ſolet: ſi poſt emancipationem filius emancipato naſcatur, in cujus ille ſit poteſtate; utrum in patris ſui, anverò in avi, qui patrem emancipavit? Et Juſtinianus hoc modo diſtinguit: Aut filius ille fuit conceptus ante emancipationem, aut poſt eman-

emancipationem. Illo caſu eſt in poteſtate avi : hoc verò caſu eſt in poteſtate patris ſui : quoniam in his, qui ex juſto matrimonio naſcuntur, inſpicitur tempus conceptionis, *teſte Ulpiano in fragment. Inſtit. tit. 5. §. ult. L. cum legitimæ. 19 ff. de ſtat homin.*

§. *Et quidem.* 10 *& ult.*

Quia in patria poteſtate acquirenda requiritur conſenſus eorum, quorum intereſt, adoptionem fieri, §. *ſed etſi pater.* 8. *ſupr. h. t.* in tantum ut inviti filii naturales vel emancipati non rediganτur in patriam poteſtatem. *L. ult. ff. de his qui ſui vel alien. jur. ſunt.* conſequens eſt in eadem poteſtate ſolvenda idem plane jus eſſe. *h. § noſtro. &* L. *penult.* C. *de emancip. liber.* cùm contrariorum eadem ſit juris diſpoſitio & diſciplina. *arg. L. nihil tam naturale 35. ff. de R. I. &* L. *ſi certis annis.* 28. *C. de pact.* ac propterea nec pater invitum filium emancipare; nec filius invito patre, poteſtatem ejus regulariter exire poſſit. *per hunc §. noſtrum. L. non poteſt.* 31. *ff. de adoption. &* L. *nec avus.* 4. C. *de emancip. Liber.*

De

# De Tutelis.

## Tit. XIII.

### *Ad Princip. Tit.*

EXpoſito eorum jure, qui ſunt in aliena poteſtate, puta Dominorum vel parentum: ſequens eſt de illis diſſerere, qui ſui ſunt juris. Horum autem alii ſunt in Tutela, vel curatione: alii nullius omnino regimini ſubjecti. Cognitis illis, hi non ignorabuntur. Contrariorum ſiquidem negantium ea vis eſt atque natura; ut altero poſito vel cognito, alterum ſtatim ſubmoveatur & cognoſcatur, *teſtante Cicer. in Topic.*

### §. *Eſt autem tutela.* 1.

*Tutelæ definitio.* Definitur hîc & L. 1. in pr. ff. h. t. Tutela *vis ac poteſtas.* Quæ verba ſynonyma cenſentur, idemque ſignificant. Nam etſi aliàs in jure noſtro vis eam vulgò deſignet violentiam, quæ ad nocendum alteri comparata eſt. ut in

in L. 1. 2. 3. & tot. tit. ff. quod met. cauſ. geſt. er. & tot. tit. ff. de Vi & vi armat atque alibi paſſim: tamen in hac definitione vocabulum *poteſtatis* voculæ *Vis* velut declarationis vice adjectum oſtendit: vim hoc loco denotare facultatem & vim amicam, quæ non ad nocendum pupillo, ſed ad tuendum eum atque gubernandum ſive regendum pertinet, prout ex ipſa definitione conſtat. Additur in definitione: *hi capite libero.* Quæ verba non incommodè tum ad tutorem, tum ad pupillum accommodari poſſunt: quoniam in utroque requiritur, ut liber ſit: cùm tutela ſit juris Civilis ut in definitione ſequitur: cujus juris communionem ſervi non habent. L. quod attinet. 32. ff. de R. J. Iſtis autem definitionis verbis (*ad tuendum eum, qui propter ætatem ſe defendere nequit*) officium tutoris continetur: quod eſt præcipuum ne pupillum relinquat indefenſum. L. tutoris 30. ff. de admin. & pericul. tutor. Sed & illis una atque altera inter tutorem & curatorem indicatur differentia: quod nimirum ille perſonæ tuendæ principaliter datur. §. certæ 4. infr. tit proximo. L. certarum. 12. & L. quia perſonæ 14. ff. de teſtam. tut.

*Inter Tutorem & Curatorem differentia.*

tur hic verò datur rebus ſive bonis administrandis. *L. muto. 6. in fin. ff. h. t. L. in copulandis. 8. C. de nupt.* Deinde tutor tantum propter ætatem conſtituitur: curator verò non ſolùm propter ætatem ſed etiam propter furorem, profuſionem, morbum perpetuum, aliosq; defectus dari ſolet *§. furioſi & §. ſeq. infr. de curat. tot. tit. ff. & C. de curat. furioſ. &c.* Porrò illa poſtrema definitionis verba (*jure Civili data ac permiſſa*) tres diverſas tutelæ ſpecies denotant. Verbum namq; *data* ad Legitimam, *permiſſa* autem ad teſtamentariam & dativam tutelam refertur. Legitimos enim tutores Lex ipſa facit. *L. Legitimos. 5. in pr. ff. de Legit. tutor. initio tit. infr. de Legit. Agnat. tut.* Teſtamentarios verò & dativos lex permittit dari: illos à parentibus; hos à Magiſtratu. Illos dari permittit Lex XII. Tabularum. *L. 1. in pr. ff. de teſtam. tutel. L. verbis. 120. ff. de V. Sign.* hos aliæ Leges novæ dari permittunt, de quibus *infr. tit. de Attil. Tut.*

*Tutelæ diviſio.*

*§ Tutores autem 2.*

Cùm ratione conveniat, ut nomina rebus ſint conſequentia. *§. eſt & aliud. 3. verſ. ſed nos pleniſſimo. infr. de Donat.* tueri autem & defendere propriè ſit tu-

*Tutorum denominatio.*

to-

torum. Idcirco rectè tutores appellantur, quaſi tuitores atq; defenſores; jurare quippe debent, ſe non relicturos pupillum indefenſum. Illudque vel à pari demonſtrare videtur Imperator Juſtin. hîc & Paulus ICt. *in L. 1. §. 1. ff. h. t.* Namq; etiam Ædium ſacrarum Cuſtodes dicuntur æditui ab officio ſuo, quod in ædibus tuendis conſiſtit.

§. *Permiſſum.* 3.

Tres eſſe tutelæ ſpecies, nimirum teſtamentariam, quæ teſtamento conſtituitur; Legitimam, quæ ſolâ Lege defertur: & dativam, quæ à Magiſtratu datur, diximus *ſupra ad §. 1. h. t.* & conſtat *ex L. generaliter. 52. C. de Epiſc. & Cler. L. ult. ibi, vel dativi vel Legitimi fiant tutores. C. de* Legit. *tutel. juncta L. dativus. 7. ff. rem pupilli vel adoleſc. ſalv. for. &* L. *ſcire 23. in fin. ff de* Excuſ. De Teſtamentaria tutela tractare incipit Juſtinianus *in h. §.* & oſtendit, qui dare & quibus dari tutores in teſtamento poſſint: & initiò ait: Parentibus permiſſum eſſe tutores teſtamento liberis dare. Liberorum autem nomine veniunt non ſolùm filii, ſed & nepotes & pronepotes. L *liberorum. 220. ff. de V. Sign.* ac proinde etiam his avus tutores dare poterit: dummodo poſt mortem avi

*Qui dare & quibus dari poſſint in teſtamento Tutores.*

*Liberis.*

avi in poteſtatem patris ſui non ſint re
caſuri. Siquidem in tutela ſunt illi tan
tùm qui ſui ſunt juris, nec amplius pa
rentum poteſtati ſubjecti *per princip. h*
*t.* Qui enim in parentum poteſtate ſunt
tuitione alterius non indigent: cùm
tutela ſit remedium ſubſidiarium, qu
defectibus minoris ætatis ſuccurritur
*L. 3. ff. h. t.* L. *quamvis 32* § *infans 2. ff*
*de acqu. vel amitt. poſſeſſ.* Cæterum
inquit hîc Juſtin. Imperator *Liberis im*
*puberibus* tutores dari: quoniam hi ſo
li per ætatem ſe nondum defendere a
tueri poſſunt: & propterea alteriu
auxilio opus habent. §. *Impuberes. 6*
*infr. de Attil. tut.* Neque verò omni
bus liberis impuberibus poteſt pater tu
tores conſtituere: ſed illis tantùm, qu
in ejus poteſtate exiſtunt. *h. §. noſtr*
*ibi, quos in poteſtate habent.* Quo ipſ
excluduntur mater, avus maternus, pa
ter naturalis, & is qui filium emancipa
vit. Hi enim cùm liberos in poteſtat
non habeant. iis tutores dare non pote
runt. §. *feminæ. 10. ſupr. de adop*
§. *præterea. 6. ſupr. tit proximo.* L. 1. §
1. L. 2. & L. *ult. ff. de confirm. tu*
*tor.*

*Impuberibus.*

*In poteſtate noſtri conſtitutis.*

§. Cùm

§. Cùm autem. 4.

Liberis non ſolùm jam natis & qui ſunt in rebus humanis, ſed & poſthumis, hoc eſt, illis qui naſcituri ſperantur & poſt humatum atque defunctum patrem naſcuntur, parentes de tutoribus ſuo teſtamento proſpicere poſſunt: modo tamen in ea ſint cauſa, ut ſi vivo ipſo parente naſcerentur, in ejus poteſtate & eo mortuo, ſui juris futuri eſſent. h. §. & L. 1. §. 1. ff. de teſtam. tut. Ratio illius in favore poſthumorum conſiſtit: ne ſcilicet cùm nati fuerint, defenſore careant. Eſtque hoc generale in toto jure Civili, ut is qui eſt in utero, intelligatur jam eſſe in rerum natura, proque nato habeatur quoties de commodo ipſius agitur. L. qui in utero. 7. & 26. ff. de ſtat. hom. L. quod dicimus. 231 ff. de V. Sign. L. cum quidam. 30. §. 1. verſ. quoniam mortis. ff. de acquir. vel omitt. hered. *Etiam poſthumis.*

§. Sed ſi emancipatus. 5.

Quanquam liberis ſolùm in poteſtate noſtra agentibus, jus eſt dandi tutores. §. 3. ſupr. h. t. ac propterea è regione in emancipatis denegatur, arg. L. 1. §. hujus rei. 1. ff. de offic. ejus cui mand.

*mand. eſt Iuriſd. L. Papinianus.* 20. *ff. de Minor.* Prætor tamen aut alius judex ſive Magiſtratus mortui parentis voluntatem adimplere & filio emancipato datum tutorem confirmare debet. *hoc §. noſtro.* L. 1. §. 1. *& L. qui à patre.* 3. *ff. de Confirm. tut.* ex ea ratione, quòd pater ob ſingularem ſummamq́ue affectionem in tutore deligendo præſumatur filio omnium rectiſſimè & optimè perſpexiſſe. L *ſi plures.* 3. §. 1 *ff. de adminiſt. & pericul. tut.* L. *pen.* § 1. *ff. de R. N.* L. *nec in ea.* 22. §. *fin. ff. ad* L. *Iul. de adult.* L. *penult. circ. princ. verſ. ſi verò pater. C. de adopt.* L. *ult. in princ. C. de curat. furioſ. L. cùm quidam.* 24. *C. de Legat.* Licèt autem tutor iſte omnimodò & abſolutè, hoc eſt, ſine ulla morum, probitatis, & facultatum inquiſitione, confirmetur, *h. §. noſtro. &* L. *pater.* 4. *ff de Teſtam. tut. d. L.* 1. §. 2. *d.* L. 3. *&* L. *ſi filio* 6. *ff. de confirm. tut.* eò quòd fides illi9 & diligentia ab ipſo teſtatore approbata cenſeatur: *initio tit. infr. de ſatisdat. tut.* hoc tamen prætor inquirere debet, an patris voluntas ad mortem uſq; duraverit. L. *in confirmando.* 8. *& ſeqq. ff. de confirm. tut.*

*Emanci patis.*

Qui

# Qui Teſtamento Tutores dari poſſunt.

## Tit. XIV.

### *Ad princip. Tit.*

DIxit Imper. Juſtin. de perſonis, quæ & quibus tutores dent teſtamento: addit deinceps eas quæ dari tutores teſtamento & quomodo poſſint; & inquit, tam filios familias quam patres familias dari poſſe. *L. tutorem. 37. §. inde deſcendit. 2. ff. de admin. & peric. tut.* L. *ſi filius fam. 11. ff. de tut. & rat. diſtrah.* Ratio cur etiam filius familias tutor dari poſſit, hæc præcipua eſt: quia in publicis cauſis & muneribus, quale tutelam eſſe conſtat *ex princip. tit. infr. de* Ex*cuſat. tut.* L. *non tantum. 17. §. eos 2. ff. eod.* filius familias pro patre familias habetur L. *filius fam. 9. ff. de his qui ſui vel al. jur. ſunt.* L. *item eorum. 6. ff. quod cujus c. univerſ. nom.* L. *namquod. 14. in pr. ff. ad SC. Trebell* L. *2. ff. de muner. & honor.* Unde fæmi- næ

*Qui dari poſſint teſtamento tutores.*

*Filius fam.*

*Non fæmina.*

næ regulariter tutores dari nequeunt: quia remotæ ſunt ab omnibus civilibus & publicis muneribus. L. 2. *ff. de R. I.* L. 1. *C. quon. mulier tutor. off. fung. pot.*

*§. Sed et ſervus.* 1.

*Servus.* Servus tam proprius quàm alius tutor teſtamento dari poteſt, hac tamen adhibita diſtinctione: ut proprius quidem rectè detur tutor purè; ſive cum Libertate: veluti *Stichus ſervus meus liber & tutor filii mei eſto*: ſive ſine Libertate; ut *Stichus filii mei tutor eſto.* De priore caſu non ambigitur, quin ſervus ſimul & tutor & liber fiat: cùm & heres ſervus proprius cum libertate inſtitui poſſit. §. 1. *infr. de her. inſtit.* De poſteriore caſu dubitatur. Sed favor pupilli & Libertatis ac præſumta teſtatoris voluntas facit ut hæc quoque tutoris datio ſubſiſtat. Cui enim unum aliquod conceditur, eidem etiam cætera omnia intelliguntur conceſſa, ſine quibus illud prius expediri non poteſt. *L. 2. ff. de juriſdict.* Servus autem ſine libertate tutelam adminiſtrare nequit. *L. in ſervili. 7. C. qui dar. tut. poſſ. &c.* Enimverò neceſſe eſt, ut teſtator ſciat, ſervum eſſe eum, quem dat tutorem. Nam ſi eum liberum eſſe putabat, neq; liber neq; tutor erit. h. §. noſtro. verſ.

pla-

planè. &c. L. *ſi quis tutorem.* 22. *ff. de teſtam. tut.* Cæterum ſervus alienus purè inutiliter teſtamento datur tutor, ſive cum libertate ſive ſine ea: ſed tantùm ſub hac conditione, ſi Liber erit. *h. §. noſtro. verſ. ſervus autem alienus. &c.* Ejusque ratio eſt perſpicua, quia in ſervum alienum nihil juris habemus: nec domino invito jus ſuum auferre poſſumus. *§. ſed hoc tempore. 1. verſ. cujus reſcripti ſupr. de his qui ſui vel alien. jur. ſunt.* L. *id quod noſtrum.* 11. *ff. de R. Iur.* Contra ſervus proprius inutiliter ſub hac conditione cum liber erit, tutor datur. hoc §. noſtro. in fin. Quod enim noſtra in poteſtate eſt, conferri in caſum non oportet. *L. quia ratio.* 22. *ff. de Condit. inſtit.*

*§. Furioſus.* 2.

Furioſus & minor viginti quinq; annis, ſi fuerint tutores teſtamento conſtituti, quamdiu tales ſunt, tutores eſſe nequeunt. *L. furioſus.* 11. *ff. de tutel.* L. *ſi hereditas.* 10. *§. ſi furioſus.* 3. *ff. de teſt. tut.* L. *ult. C. de Legit. tut.* Abſurdum namque & incivile eſt: eos qui alieno auxilio in rebus ſuis adminiſtrandis egere noſcuntur, & ab aliis Curatore videlicet, aut tutore reguntur, aliorum tutelam vel curam ſubire. *§. Item* *Non furioſus & minor 25. ann.*

 *major*

Digitized by Google

*major.* 103. *Infra de Excuſat. tut. d. L. ult. C. de* Legit. *tutel.* Quamprimum tamen furioſus ad ſanam mentem redierit, & minor factus fuerit major, tutores eſſe incipiunt: interea autem, donec hoc fiat, alius tutor à Magiſtratu pupillis conſtitui ſolet. *arg.* §. 1. *infr. de Attil. tut.* & *L. ſi quis ſub condit.* 11 *ff. de teſtam. tutel.*

§. *Ad certum tempus.* 3.

*Modi tutorem teſtamento dandi.*

Agitur hìc de variis modis dandi tutorem. Aut enim purè datur tutor, veluti, *Titius tutor eſto filii mei.* Aut ad certum tempus datur, ut *Titius tutor eſto ad annum vel biennium.* Aut datur ex certo tempore, veluti, *poſt annum vel triennium à morte mea Titius tutor eſto.* Aut ſub conditione datur: ut *Titius tutor eſt, ſi navis ex Aſia venerit; vel ſi ipſe conſul aut doctor factus fuerit.* Aut denique aute heredis inſtitutionem tutor datur: velut, *Titius filio meo impuberi tutor eſto; deinde filius meus impubes Iohannes heres mihi eſto.* Siquidem & legata hodie ante heredis inſtitutionem relinqui poſſunt. §. *ante heredis.* 34. *infr. de* Legat. L. *ambiguitates.* 24. C. *de teſtam.* Sic & Græcis verbis tutores in teſtamento conſtitui poſſunt. L. *ult.* C. *de teſtam.* cùm etiam totum teſtamentum Græ-

Græce ſcribi poſſit. L. *hac conſultiſſima.* 21. *§. ult. C. de teſtament.*

*§. Certa autem rei. 4.*

Certæ rei, puta ut tutor tabernæ pupilli præſit, vel certæ cauſæ, ut hanc vel illam litem exerceat, tutor dari non poteſt. *h. §. & L. certarum. 12. cum ſeqq. ff. de teſtam. tut.* propter rationem quam Imp. Juſtin. hìc ſubjicit: quòd perſonæ tutor detur, non rei aut cauſæ. L. *quia perſona. 14. ff. d. t.* Quod tamen ita exaudiendum eſt: ut principaliter ac primariò tutor rebus & cauſæ non detur, ſed tantùm perſonæ. Alioqui tutor pupillo datus per conſequentiam & ſecundariò etiam rebus ac bonis ejuſdem datus intelligitur. *arg.* L. *cùm plures. 12. §. cum tutor. 3. ff. de adminiſtr. & per. tut.* Unde tutor pupillo datus, ad univerſum pupilli patrimonium datus creditur. *§. datur 17. infr. de Excuſat. tut.* Sanè ſi tutor detur rei Africanæ vel rei Syriaticæ: utilis datio eſt, inquit Ulpianus *in L. ſi tamen. 15. ff. de teſtam. tut.* Cúm enim ita univerſo patrimonio loci alicujus tutor datur: magis univerſim diviſa tutela, hoc eſt, adminiſtratio tutelæ cenſetur, quàm rei certæ tutor datur, L. *inter fratres. 36. ff. de admin.*

*Non certæ rei aut cauſa dandus.*



Digitized by Google

*& per. tut.* L. 2. *C. de peric. tut. & Curat.* L. *fin.* C. *ſi ex plurib. tutorib. &c.*

§. *Siquis filiabus.* 5. *& ult.*

*Qui venian̄t nomine filiorum & filiarum, in datione Tutoris.*

Affertur hoc loco Interpretatio aliquot verborum, quibus teſtator in tutoris datione uſus eſt: ut ſciri & percipi queat, quid nam illis contineatur. Primò autem inquit Imp. Juſtinianus: filiorum & filiarum appellatione contineri etiam poſthumos & poſthumas. Ideoq; ſi pater filiis vel filiabus ſuis tutorem teſtamento dederit; poſthumis quoq; dediſſe videtur. *L. ſi quis filiabus. ff. de teſtam. tut.* L. *nomen.* 164. *ff. de Verb. Sign.* Etenim pro jam natis habentur, qui adhuc in utero ſunt, cùm de eorū commodo agitur. L. *qui in uterò.* 7. *&* 26. *ff. de ſtat. homin.* ut in hac tutelari cauſa. §. *Cùm autem.* 4. *ſupr. tit. proxim.* Deinde ait Imper. Juſtinian. filiorum appellationem non cadere in nepotes: ac proinde qui filiis ſuis tutorem dederit, eum non videri dediſſe nepotibus, neq; de his ſenſiſſe. *L. quid ſi nepotes.* 6. *ff. de teſtam. tut.* Filiorum ſi quidē & filiarū appellatione continentur propriè illi tantum, qui ex me & uxore mea naſcuntur, hoc eſt, liberi primi gradus, non etiam qui naſcuntur ex filiis & filiabus ut ſunt nepotes & neptes. L. *filium* 6. *de his qui ſui vel alien.*

*jur. junt.* Neque adverſatur L. *juſta* 201. *ff. de Verb. ſignif.* ubi expreſſum eſt, filii appellatione comprehendi nepotem. Nam ex eo quod Julianus Jureconſultus ibi reſpondet, juſta interpretatione receptum eſſe, ut appellatione filii contineatur nepos perſpicue eluceſcit: filiorum appellatione regulariter & propriè ipſos nepotes, cæteroſque deſcendentes non contineri: ſed ex quadam juris interpretatione juſtaq; ex cauſa quandoq; fieri, ut filiorum appellatio etiam ad nepotes transferatur. L. *filii.* 84. & *L. liberorum*, 220. *ff eod.* L. *ſenatuſconſulto* 59. *ff de R. N. L. filium.* 14 *ff. ad SC. Maced.* & ſimilib. Præterea indicat Juſtin. Imperator: Liberorum appellationem eſſe generalem & ea propter patrē, qui liberis tutorem teſtamento dederit, etiam nepotibus ac neptibus & cæteris deſcendentibus tutorem dediſſe intelligi. *d l. quid ſi nep. 6. ff. de teſtam. tut. d. L. Liber* 220. *ff de Verb. Sign. l. 2. §. non ſolùm* 7. *ff. de Excuſat.* L. *Iuriſconſult.* 10. §. *parent.* 7 *ff. de grad. & affin.* Deniq; aſſerit Juſtin. Poſthumorū nomine tam filios poſthumos, quàm cæteros lib. poſthumos contineri l. 2. *infr. de exhær. lib.* ac ideo teſtatorē, ſi poſthum. ſuis tutorem conſtituerit omnib. cujusvis grad. lib. poſthum. tutorē conſtituiſſe cenſeri. Quod

*Qui liberorum?*

*Qui poſthumorum.*

tamen verum eſt, tantum de poſthumis ſuis, non de alienis, ſecundùm ea quæ traduntur *in §. cum autem, 4. ſupr. tit. proxim.*

---

# De Legitima Agnatorum Tutela.

## Tit. XV.

### *Ad princip. Tit.*

*Tutela legitima.*

TUtelam teſtamentariam proximè ſequitur tutela legitima: ſic appellata quòd ſolius Legis voluntate deferatur, non etiam concurrente cum Legis voluntate hominis judicio, ut fit in teſtamentaria & dativa: L. *legitimos.5. in princ. ff. de Legit. tut.* Huicque tutelæ non prius relinquitur locus, quàm ſi teſtamentaria deficiat. L. *ſi quis* 11. *in princ. ff. de teſtam. tut.* exemplo hereditatis. L. *quamdiu.* 39. *ff. de acquir. vel omitt. hered.* Hujus autem tutelæ rurſum tres perhibentur ſpecies. Legitima agnatorum tutela, *de qua in hoc titulo*: Legitima Patronorum & Legitima

*Quotuplex?*

Digitized by Google

ma parentum tutela, *de quibus infr. tit. de* Legit. *Patron. tut. & tit de Legit. parent. tut.*

*§. Sunt autem Agnati.* 1.

Qui ſint agnati, qui item Cognati explicat Imper. Juſtin. *hic & in §.1. inſra de* Legit. *agnat. ſucceſſ.* & Cajus *in* L. *ſunt autem.* 7. *ff. de* Legit, *tutor.* Modeſtinus *in* L. *non facilè §* 1. *&* 2. & Paulus *in* L. *ICtus.* 10. §. 2. *&* 4. *ff. de grad. & affin.* itemque Ulpianus *in fragm. Inſtit. tit.* 11. §. *agnati &c.* Sciendum autem eſt, quod Cognatorum appellatio aliàs ſit generalis, alias ſpecialis. Generaliter cognati dicuntur propinqui & Conſanguinei: qui vel per mares conjunguntur & appellantur agnati, quaſi ad communem patrem ſive familiam gnati: vel per fæminas conjunguntur & vocantur Cognati in ſpecie. Igitur inter agnatos & Cognatos hoc intereſt, quod inter genus & ſpeciem. Nam omnis agnatus eſt etiam cognatus: ſed non contra *d. l. Iuriſconſultus.* 10. §. *inter.* 4. *ff. de gradib. & affin. Paulus* Lib. 4. *ſentent. tit.* 8. §. *inter agnatos.* & Exempli gratia: Patruus meus, id eſt, patris frater eſt mihi & agnatus & cognatus: avunculus autem id eſt, matris frater, tantummodo mihi cognatus eſt,

*Qui nam ſint agnati & cognati.*

*Eorum differentia.*

eſt, non etiam agnatus. Sic filius patrui, hoc eſt, frater meus patruelis, mihi eſt & agnatus & cognatus: ut filius amitæ meæ eſt mihi ſolùmmodo cognatus. *L. penult. in pr. ff. und. cognat. Paulus. d. loco & hoc §. noſtro.* Cæterum antiquum

*Sublata.* iſthoc inter agnatos & Cognatos diſcrimen jure noviſſimo eſt ſublatum tam in tutelis quàm in ſucceſſionibus ab inteſtato. Ideoque quemadmodum cognati unà cum agnatis in bonis allodialibus ſuccedunt: ita quoque iidem ad tutelam non minus quàm agnati vocantur. *Nov.* 118. *c.* 5. *& inde ſumpta authent. ſicut. C. de Legit. tutel.*

§. *Quod autem Lex.* 2.

*Tutela legitima quando locum habeat.* Quoniam Lex XII. Tabularum proximos agnatos ita demum ad tutelam vocat, ſi parens inteſtatus deceſſerit; idcirco inquit Imp. Juſtinian. id non ſic eſſe accipiendum, ſi parens nullum omninò fecerit teſtamentum, ut tum demum proximus agnatus tutor ſit; ſed etiam ſi fecerit quidem teſtamentum, verùm in eo liberis nullum tutorem dederit: vel dederit quidem ſed tutor ille ante patrem teſtatorem & filio adhuc impubere deceſſerit. His igitur caſibus tutela Legitima defertur agnatis. *L. inteſtato.* 26. *ff. de* Legit. *tutor.*

Hu-

Digitized by Google

Hujusque ratio eſt perſpicua: quia ad eoſdem pertinet quoq; ſucceſſio ab inteſtato. *L. 1. in pr. & L. 3. ff. de legit. tutor. tot. tit. infr. de Legit. patron. tut. & tot. tit. infr. de* Legit. *agnat. ſucceſſ.* L *quo tutela. 73 ff. de R. I.* Nam ſecundum naturã eſt, commoda cujusq; rei ſequi eum, quem ſequuntur incommoda. L. *ſecundùm.* 10. *ff. d. t. c. qui ſentit. 55. de R. I. in 6. §. placebat. 7. in fin. infr. de* Le*git. agn. ſucc.* Eſt etenim abſurdum, alium commoda hereditatis habere & alium onera ſuſtinere, teſte Paulo *in* L. *is qui. 15. §. fin. ff. de* Leg*at. præſtand.* Et ferendus non eſt qui lucrum quidem amplectitur: onus autem ei annexum contemnit. *L. unic. §. pro ſecundo. 4. in fin. C. de cad. toll. §. Sed agnationis. 3. & ult.*

Ut legitima tutela deferatur agnatis, neceſſe eſt, capitis deminutionem non interveniſſe, per quam jus agnationis ſublatum ſit. L. 2. *ff. de Legit. tut. &* L. 2. *C. de* Le*git. tut.* Capitis namque deminutio quævis tam ab initio eſt impedimento, quo minus legitima agnatorum tutela competat, quàm poſtea ſuperveniens eam quæ ſemel competiit, perimit. Agnatio igitur qualibet capitis deminutione, etiam minimâ: Cognatio verò maximâ duntaxat & mediâ

*Tollitur quævis capitis deminutione.*

capitis diminutione tollitur. *h.* §. *noſtro.* L. *amiſſione* 5. §. *ult.* & 2. LL. *ſeqq.* L. *ult. ff. de capit. min.* L. *capitis* 11. *ff. de ſuis & Legit. hered.* §. *quod autem.* 6. *infr. tit. proximo.* Cujus differentiæ rationem hanc Juſtinian. hoc loco aſſignat; quia cùm agnatio jure Civili ſit introducta; meritò per capitis deminutionem, utpote Civilem extinguitur. L. *eas obligationes* 8. *ff. de capit. min.* L. *nihil tam naturale.* 35. *ff. de Reg. Iur.* §. *minus ergò.* 11. *infr. de hered. quæ ab inteſt. defer.* Cognatio autem cùm naturalis ſit, adeoq; ex jure ſanguinis deſcendat. L. *jureconſultus.* 10. §. *inter agnatos.* 4. *ff. de gradib.* immutabilis cenſetur, ſicque nullo jure Civili dirimi aut aboleri poteſt. §. *penult. ſupr. de I. N. G.* & C. L. *jura ſanguinis* 8. *ff. de R. I.* Nec obſtat quod cognatio per maximam & mediam capitis deminutionem tollatur. *d.* §. *quod autem.* 6. *infr. tit. prox.* adeoque haud immutabilis videatur. Etenim non tam ipſa cognatio ſive jus ſanguinis, quàm ejus effectus, quem jure Civili habebat, per illas capitis deminutiones tollitur. Porrò ait hìc Imperator Juſtin. Agnationis jus omnibus modis capitis deminutione *plerumq;* perimi. Quæ vocula *plerumq;* arguit: non ſemper jus agna-

agnationis minimâ capitis deminutione perimi. Ex conſtitutione enim Anaſtaſii, fratres emancipati neglecta capitis deminutione, ad fratrum ſororumve tutelam legitimam. *L. frater emancipatus.* 4. *C. de legitim. tut.* & ex ipſa conſtitutione Juſtiniani, fratrum quoque emancipatorum filii, vocantur. L. *ult. C. de* Legit. *hered.*

---

# De Capitis Deminutione.

## Tit. XVI.

### *Ad princip. Tit.*

Juſtinianus Imper. in hoc principio capitis deminutionem definit ſtatus mutationem; *ex Cajo in* L. 1. *ff. de cap. min.* Per ſtatum autem non quamvis hominis Conditionem (ut aliàs communi loquendi uſu hoc verbum ſtatus accipi ſolet) ſed eam, quæ in Libertate, Civitate & familia conſiſtit, intelligit: ut proinde capitis deminutio prioris li- *Capitis Deminutionis definitio.*

 ber-

Digitized by Google

bertatis, civitatis, aut familiæ mutatio eſſe cenſentur *l. ult ff. d. t.* ejusque tres hîc ſpecies, nimirum maxima, media, & minima proponuntur, *& in §§. ſeqq. ordine* explicantur.

*Maxima quæ.*

*§. Maxima. 1.*

Maxima capitis deminutio (quæ & magna dicitur. *in L. 1. §. ſi filius. 4. verſ. filius autem. ff. de ſuis & legit. hered.*) eſt; cum libertas & per conſequens etiam Civitas & familia, quæ non cadunt in ſervos, amittitur. *L. ult. ff. de capit. min.* Id quod accidit illis, qui quacunque ratione ſervi efficiuntur: ut cum aliquis ſententia judicis in pœnam delicti ſervus pronunciatur, & in opus metalli damnatur, vel beſtiis ſubjicitur *l. aut damnum. 8. §. eſt pœna. 4. & L. qui ultimo. 29. ff. de pœn.* aut cùm libertas ob inſignem ingratitudinem, à ſuo patrono ſive manumiſſore in ſervitutem revocatur, *hoc §. &* L. 2. C. *de libert. & eor. liber.* aut denique cùm major 20. annis ad pretium participandum ſeſe venundari patitur. *de quo in §. ſervitutem. 4 ſupr. de jur perſon.* Hodie ſanè nemo ab initio benè natus, hoc eſt, ingenuus ex ſupplicio ſervus efficitur. *Nov. 22 c. 8. & auth. ſed hodie, C. de Donat. inter V. & U.*

*§. Mi-*

Digitized by Google

*§. Minor. 2.*

Media (quæ & minor dicitur, *hic & L. 1. §. ſi filius. 4. verſ. filius autem. ff. de ſuis & legit. hered. & magna. L. 1. §. capitis. 8. verſ. proinde. ff. ad SCtum Tertyll.*) capitis deminutio eſt; cùm ſalva libertate Civitas & conſequenter etiam familia amittitur, quod fit aquæ & ignis interdictione & in Inſulam deportatione. Quæ duo licèt olim fuerint diſtincta, & hîc etiam atq; alibi in jure noſtro à ſe invicem diſtinguantur & ita proponantur, ac ſi adhuc ſimul in uſu eſſent. *§. 2. verſ. Capitalia. infr. de publ. judic. L. 1. §. hi quibus. 2. ff. de Legat. 3.* tamen certum eſt, Juſtiniani quoque tempore pœnam interdictionis aquæ & ignis non amplius in uſu fuiſſe, ſed ejus in locum deportationem ſucceſſiſſe. *L. 2. §. 1. ff. de pœnis.* Erat autem aquæ & ignis interdictio pœnæ genus, quo omnis aquæ & ignis uſus criminoſis adimebatur: quo cùm carere, ac ſine eo vitam ſuſtentare nequirent: neceſſariò cogebantur locum mutare, civitatem relinquere atque aliò migrare. Deportatio verò eſt pœna, qua delinquentes in Inſulas ita deportantur, eaq; concluduntur, ut per totam vitam ibi commorari cogantur, nec pedē inde efferre poſſint. *Cujac. L. 6. obſerv. c. 39.*

*Media quæ.*

*§. Mi-*

Digitized by Google

§. *Minima.* 3.

*Minima quæ.* Minima capitis deminutio dicitur, cùm ſtatus tantum, hoc eſt, familia mutatur, ſalva libertate & Civitate. L. *ult. ff. de cap. min.* Id quod accidere ſolet emancipatione & adoptione, de quibus in §. *præterea.* 6. *&* §. *ſed et ſi* 8. *ſupr. quib. mod. jus patr. pot. ſolv.* L. 3. *ff. de capit. min.* L. *non facilis.* 4. §. *pen. ff. de grad. & affin.*

§. *Servus autem.* 4.

*Capite non minuitur ſervus manumiſſus.* Ait Imp. Juſtinianus, ſervum manumiſſum capite non minui; propterea quòd nullum caput, ſcilicet Civile habeat. Hoc enim conſiſtit in Libertate, Civitate & familia: quorum nihil ſervo competit. Ideo licèt conditio ejus per manumiſſionem mutetur, & quidem in meliorem ſtatum: tamen ſtatus prout hoc loco accipitur, non mutatur. Idem traditur *in L. 3. in fin. ff. de capit. min.*

§. *Quibus autem.* 5.

*Nec ſenatu motus.* Cum is qui ſenatu motus eſt, nec libertatem nec Civitatem, nec etiam familiam amittat: rectè Imperator Juſtin. hîc aſſerit, eum capite non minui. L. 3. ff. de Senator. Interim tamen negari non poteſt, quin exiſtimatio illius minuatur, isq; aliquam infamiæ notam incur-

incurrat. L. cognitionum. 5. §. minuitur. 2. ff. de Var. & extr. cognit.

§. *Quod autem.* 6.

Quia in § ult. ſupr. tit. prox. Juſtinian. dixit, cognationis Jus non omnibus modis capitis deminutione commutari: id quomodo accipiendum ſit, latiùs in hoc §. declarat. Ac ſanè minimâ capitis deminutione jus cognationis non tollitur: quia cognatio naturale nomen eſt. L. Jurisconſultus. 10. §. inter agnatos. 4. in fin. ff. de grad. & affin. Maximâ autem & media capitis deminutione jus iſtud perimitur: quoniam hæc capitis deminutio morti comparatur. L. verùm. 63. §. ult. ff. pro ſocio. L. ſervitutem. 209. ff. de R. I. Hucque referantur quæ in d. §. ult. ſupr. tit. prox. annotata ſunt. Cæterum cognatio ſemel perempta non recipitur manumiſſione ejus, qui ſervus eſt effectus, h. §. noſtro. L. is qui. 7. ff. unde cognat. Reſtitutione tamen à principe facta (quippe quæ plenior cenſetur manumiſſione) cognationem recipi conſtat ex L. 1. §. filio. 4. ff ad SCtum Tertyll. L. ult. ff. de ſentent. paſſ. & reſtit.

*Cognatio minimâ capitis deminutione non tollitur.*

§. *Cum*

*§. Cum autem 7. & ult.*

*Tutela proximis tantum agnatis competens.*

Tametſi lex XII. Tabularum agnatos in genere ad tutelam vocat *L. 1. in pr.* L. *inteſtato, 6. ff. de legit. tutor. initiò. tit. ſupr. de* Legit. *agnat. tut.* non tamen niſi proximi tutelæ officio fungentur. *hoc §. noſtro & L. ſi plures 9. ff. d.* L*egit. tut.* Cùm enim omne dictum à ſua reguletur ratione. *arg L. cum pater. 77. §. dulciſſimis. 20 ff. de* L*egat. 2.* Tutela autem ſucceſſionis reſpectu deferatur. *d. l. 1. in pr. ff. de legit. tutor.* quæ non omnibus ſed proximis tantum agnatis debebatur, *initiò & §. ſi plures. 5. infra de Legit. agnat. ſucceſſ.* Igitur & proximis ſolumodo agnatis tutela deferri debet: ita ut ſi in uno gradu plures ſint agnati, illi omnes legitimi tutores cenſeantur, ſi modo aliàs aut per ætatem aliamve ob cauſam tutelâ fungi non impediantur. *d.* L. *ſi plures. 9 ff. de* L*egit. tutor.*

---

## De Legitima Patronorum Tutela.
### Tit. XVII.

*Ad princip. Tit.*

*Tutela Patronorum.*

SEcunda Legitimæ tutelæ ſpecies perhibetur illa, quam Patronus, ejusque liberi maſculi in libertos impuberes habent. Olim enim cùm quis ſervum impuberem manumittebat, tutor ejus legi-

legitimus efficiebatur, ipſique à Lege XII. Tabularum non quidem nominatim & expreſſis verbis, ſed tacitè tamen atq; ex mente tutela impuberis liberti deferebatur. Siquidem Lex illa cùm ad ſucceſſionem liberti inteſtati vocarit patronum. *tot. tit. infr. de ſucceſſ. Libert.* per conſequentiam hereditatum, eidem etiam tutelam delatam voluit. *L. 3. in pr. ff. de* Legit. *tutor.* Idq; propter vulgatam juris regulam, quâ dicitur: ad eum pertinere cujuſq; rei incom̃odum & onus ad quem pertinet commodum. L. *ſecundùm naturam*, 10. *ff. de* R. *Iur. c. qui ſentit.* 55. *eod. in 6.* & expoſitum fuſiùs in §. *quod autem.* 2. *infr. de* Legit. *agnat. tut.* Quod autem hîc dicitur: ibi tutelæ onus eſſe debere, ubi ſucceſſionis eſt emolumentum, id ad illos duntaxat ſpectat, qui habiles & idonei ſunt ad tutelam; ac proinde patrona, etiamſi impuberi liberto ſuccedat, non tamẽ tutelam ejus ſuſcipit. *d. l. 3. §. ſi duo.* 4. *ff. de Legit. tutor.* Etenim fæminæ tutores eſſe nequeunt, propterea quod tutela eſt munus virile & publicum. L. *ult. ff. de tutel. initiò tit. infr. de* Excuſat. *tutor.* à quo fæminæ removentur. L. 2. *ff. de Reg. Iur.*

De

# De Legitima Parentum.

## Tit. XVIII.

### *Ad Princip. Tit.*

*Parentũ tutela.*

TErtia legitimæ tutelæ ſpecies cen ſetur illa, quam habent parente in liberos ſuos impuberes eman cipatos. Verùm hæc tutelæ ſpecie neque ex verbis neque ex ſententia Le gis XII. Tabularum deſcendit. No ex verbis ut agnatorum tutelà: qui Lex palam de agnatis tantum agit. No ex ſententia, ut patronorum tutela Neque enim quemadmodum his Liber torum, ita & parentibus liberorum he reditas defertur: quippe cùm agnati ſo lum vocentur. *tit. infr. de* Legit. *agnat ſucceſſ.* propriè ergo hæc parentum tu tela non eſt legitima. Et hoc eſt, quo dicit Ulpianus: Parentem qui filium ve filiam vel nepotem vel neptem vel de inceps impuberes, quos in poteſtat habet, emancipat, vicem legitimi tuto ris ſuſtinere. L. 3. §. *ult. ff. de* Legit. *tu tor*

*tor.* Ideoque olim duo tantùm erant Legitimorum tutorum genera, auctore eodem Ulpiano *in fragment. Inſtit. tit.* 11. §. 2. Pater verò non ſemper fiebat tutor legitimus impuberis filii, à ſe emancipati: ſed tum demum, ſi contractâ fiducia emancipaſſet: id eſt, eâ lege atque conditione filium imaginariè vendidiſſet, ut ſalvum ſibi foret Jus ſuccedendi: & tunc pater fiduciarius tutor appellabatur. *Cajus Lib.* 1. *Inſtit. tit.* U*lpian. d. tit.* 11. §. *qui liberum. &c.* Cæterùm quia hodie omnes emancipationes contractâ fiducia fieri ab ipſa lege finguntur, in hunc eventum, ut parens filii ſucceſſionem expectet. L. *fin.* C. *de emancip. Liber.* §. *ult. infr. de Legit. agnat. ſucc.* nihil magis videtur rationi conſentaneum, quàm ut tutelæ etiam onus ſubeat: ne ſpe & expectatione ſua fraudetur *L.* 1. *in princ. ff. de* Legit. *tut.* idq́ue ad exemplum agnatorum & patronorum, *de quibus in titulis præcedent. &* §. *præterea.* 6 *ſupr. quibus mod. jus patr. pot. ſol.* Nam & in bonorum poſſeſſione & aliis juris articulis, pater qui filium emancipavit, patrono æquiparari ſolet. L. 1. *pr. ff. ſi quis à parent. manum. ſit.* L *non debet.* 11. *ff. de dol. mal.* L. *ſi ſuperſtite.* 5. C. *eod.*

De

# De Fiduciaria Tutela.

## Tit. XIX.

### *Ad princip. Tit.*

*Fratrum tutela.*

ISthæc fiduciaria tutela ex priori legitima parentum tutela deſcendit. Nam ſi pater, qui legitimus tutor filii emancipati erat, mortuus fuerit, antequam filius ille emancipatus pervenerit ad pubertatem: tunc cæteri ejuſdem parentis liberi, ejusque emancipati fratres, ſi modò aliàs idonei ſint, ad tutelam adminiſtrandam, fratris ſui emancipati tutores fiduciarii exiſtunt. Dicitur autem hæc tutela fiduciaria non à contracta in emancipatione fiducia, *ut ad tit. præced. dictum*: ſed ideo quod jus propter ſanguinis conjunctionem, magnam ſpem atque fiduciam conceperit de his perſonis, quibus eam tutelam defert, quòd pupillorum ſibi concreditorum rebus omnium optimè conſulere & poſſint & velint. Sanè ab Imperatore Anaſtaſio fiduciaria fratrum tutela rectè nominatur legitima. *L. frater.* 4. C. *de*

*Cur Fiduciaria dicatur.*

*C. de Legit. tutel.* eò quòd hodie frater, qui manſit in poteſtate, ad fratris emancipati ſucceſſionem; & contra emancipatus ad ejus, qui in poteſtate remanſit, ſucceſſionem vocatur. *L. fin. & auth. ceſſante. C. de Legit. hered. Nov.* 118. *c.* 4.

---

# De Attiliano Tutore, & eo qui ex Lege Julia & Titia dabatur.

## Tit. XX.

### *Ad princip. Tit.*

Progreditur nunc Juſtinianus Imp. ad tertiam tutelæ ſpeciem, nempe Dativam: & quando, quibus ex Legibus, à quo item Magiſtratu conſtituatur, explicat; oſtenditq; breviter, quòd hæc tutela habeat locum, cùm pupillo nullus omninò eſt tutor, neq; teſtamentarius, neq; Legitimus. De Magiſtratibus autem, quibus tutoris dandi competit poteſtas, diſtinctè agit Imper. ſecundum tria maximè diverſa tempora ac loca; quæ ſunt urbs Roma, Provinciæ & municipia ſeu Civitates, de quibus *in* §. *ſed hoc jure* 4. & §. *ſeq. infra h. t.* *Tutela dativa.*

Primo

*Quibus Legibus & magiſtratibus permiſſa.*

Primo igitur tempore Lex Attilia (à Lucio Attilio & Claudio Martio, Tribunis plebis lata) tutoris dandi poteſtatem tribuit prætori Urbano & majori parti tribunorum plebis, idq; in Urbe: Lex verò Julia & Titia (forte à Julio vel Auguſto lata) in provinciis præſidibus earum. *Ulpian. in fragm. Inſtit. tit.* 11. §. L*ex Attiila &c.* Cæterum prætor Urbanus dicitur ad differentiam peregrìni: quorum ille in Urbe inter Cives: hic verò inter peregrinos jus reddebat. *L.* 2. §. *cumq; conſules.* 27. *&* §. *ſeq. ff. de Orig. Iur.*

§. *Sed etſi.* 1.

*Quando locum habeat.*

Tutelæ dativæ non ſolum eſt locus, cum nullus omnino tutor in teſtamento eſt conſtitutus, neq; etiam ullus exiſtit agnatus: ſed etiam cùm is, qui ſeſt, aliqua ratione impeditur, quo minus tutelam ſtatim accipiat; ut contingit ſi tutor teſtamento datus ſit ſub conditione, & nondum extitit conditio: vel ſi datus ſit ex certo die & nondum venit dies. Quando enim conditio aut dies ille pendet, datus iſte tutor adminiſtratione tutelæ non utitur. Interim ergo tutor dativus pupillo præficitur. *h.* §. *& L. tutor datus.* 8. §. 1. *&* L. *ſi quis.* 11. *in pr. ff. de teſtam. tut.* Sed & tutor teſta-

men-

Digitized by Google

mento purè datus, donec heres inſtitutus adiit vel repudiavit hereditatem, ad tutelæ adminiſtrationem non admittitur. Proindeq; Attilianus interim tutor pupillo dabitur. *L. ſi hereditas.* 10. *in pr. ff. d. t.* quòd ſi verò conditio, ſub qua datus teſtamento eſt tutor, exiſtat, vel dies ex quo tutor teſtamento conſtitutus eſt veniat: vel heres purè teſtamento inſtitutꝰ, hereditatē adeat: deſinit eſſe tutor dativus, & locus tutori teſtamentorio relinquitur: *hoc §. noſtro in fin.* L *ſi nemo.* 9. *ff. de teſtam. tut.*

*§. Ab hoſtibus.* 2.

Affertur hoc loco alius caſus, quo tutela dativa ſibi vendicat locum: ut ſi tutor teſtamento datus ſit captus ab hoſtibus. Subſtituitur enim Attilianus, hoc eſt, dativus ſive honorarius tutor, qui illius defectum ſuppleat, ne pupillus interim ſit indefenſus. Poteſt enim fieri, ut ab hoſtibus captus in civitatem reddeat: ſicq; quemadmodum cætera jura, quæ per captivitatem amiſiſſe videbatur, ita & tutelæ officium, jure poſtliminii recuperet. *§. ſi ab hoſtibus.* 5. *ſupr. quib. mod. jus patr. pot. ſolv.* L. 1. *§. ſi apud hoſtes.* 2. *ff. de* Legit. *tut. L. poſtliminii.* 5. *§.* 1. L. *in bello.* 12. *§.* 1. *&* L. *retro.* 16. *ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.*

§. Sed

Digitized by Google

*§. Sed ex his. 3.*

Hoc in §. continetur ſecundum jus ſive tempus, quod circa dativos tutores viguit. Cùm enim in Lege Attilia, Julia & Titia, neque de cautione à tutoribus exigenda, rem pupilli ſalvam fore, neque de cogendis tutoribus ad tutelæ adminiſtrationem, ſi forte eam ſubire recuſarent, quicquam cautum eſſet: primus omnium Imper. Claudius ſanxit, eumque alii Principes ſecuti conſtituerunt; ut pupillis tam maſculis quàm fæminis tutores extra ordinem à Conſulibus ex inquiſitione darentur, *teſte Suetonio in Claudii vita. cap.* 23. Ex inquiſitione autem tutores dari dicuntur, quando magiſtratus inter cætera dandorum mores, facultates & dignitatem inveſtigat. *L. ſcire oportet.* 21. *§ penult. & ult. ff. de tutor. & Curat. dat. ab his &c.*

*§. Sed hoc jure 4.*

Succedit jus tertium, quod tempore Juſtiniani in uſu fuit. Eo quippe tempore tutorem dativum Romæ conſtituebat Præfectus Urbi & Prætor; pro ſua tamen Juriſdictione. Nam extra territorium jus dicenti impunè non paretur. *L. fin. ff. de Jurisd. L. factum à Judice.* 170. *ff. de Reg. Jur.* In Provinciis

ciis verò præſides aut Magiſtratus municipales, juſſu illorum, ſi tenues erant pupillis facultates, tutores creabant, *hoc § noſtro. & §. furioſi 3. verſ. ſed ſolent. infr. de Curat. L. 1. L. illud 5. & L. pupillo. 27. ff. de tutor. & Curat. dat. &c. L. neque 5. & L. ſeq. C. qui dar. tutor. vel Curat. poſſ.*

## § *Nos autem.* 5.

Quod dictum eſt *in præcedenti §.* Magiſtratus Municipales creare tutores juſſu præſidum, ſi non ſint magnæ pupilli facultates; id nonnihil correxit Imp. Juſtinianus, & conſtituit: ut etiam ſine juſſu Præſidum Magiſtratus illi minores vel defenſores Civitatum, unà cum Epiſcopo poſſint tutores creare: ita tamen, ut bona pupilli quingentos ſolidos ſive aureos non excedant: & tutores iſti legitimam cautionem præſtent, rem pupilli ſalvam fore. *L. ſancimus. 30. C. de Epiſcop. audient.* Atq; hoc quidem jure juſtinianeo fuit ita cautum: ſed hodie ſecundùm Legislationem Imperatoris Caroli V. eò eſt deventum: ut ex ſtatutis cujusque Principis, Prælati, Comitis, Baronis, Nobilis & Civitatis Imperialis, *Qui hodie habeant jus dandi tutores.*

unaquaque in Civitate, caſtro, Pago, judices ordinarii poteſtatem & jus habeant dandi tutores pupillis, ſuæ Jurisdictioni ſubjectis. Reichs-Abſchied de anno 1548. von Ordnung und Reformation guter Policey. tit. von Pupillen und minderjährigen Kindern Tutorn und Vormündern. §. So wollen wir allen, &c. Nam ſecundum ſuæ tantum Jurisdictionis & territorii fines Magiſtratus & judex cujusq; loci tutorum ordinandorum jus habet. §. *Sed hoc jure.* 4. *ibi, ſecundùm ſuam juriſdictionem.* 4. *ſupr. h. t. L. ult. ff. de Iuriſdict.*

§. *Impuberes.* 6.

*Cur Impuberes ſint in tutela.*

Rationem reddit hoc loco Imper. Juſtinianus, cur Impuberes ſint in tutela: & inquit, naturali juri maximè eſſe conſentaneum, ut illi qui imperfectæ & teneræ ſive fragilis ætatis adhuc ſunt, alterius prudentiâ & tutelâ regantur. Nec huic repugnat, quod affirmatur *in* §. 1. *ſupr. de tutel.* tutelam jure Civili datam ac permiſſam eſſe. Nam facilis conciliatio eſt, modo dicamus: naturæ tribuendum eſſe ortum hujus tutelæ, ut nimirum & aliæ gentes pupillos ſuos tueantur: ſed eam jure Quiritium poſtea circumſcriptam conformatamque eſſe: quod facilè intelligitur ex tutela legi-

legitima & fiduciaria. *De quibus ſupr. tit.* 15. *& ſeqq.* item ex auctoritate tutorum, *de qua infr. tit. proximo.*

§. *Cùm ergo.* 7. *& ult.*

Hic ſubjungit Imperator Juſtin. quo tempore tutores pupillo adminiſtrationis ſuæ rationem reddere teneantur: & ait, poſt pubertatem: hoc eſt, poſt finitam tutelam. Siquidem pubertate, ut & aliis modis, tutela finitur. *tot. tit. infr. quib. mod. tut. fin. L. niſi finita.* 4. *& L. ſi tutor.* 9. *§. fin. cum L. ſeq. & L. ſi tutor.* 13 *ff. de tutel. & rat. diſtrah.* Ratio cur finitâ demum tutelâ adminiſtrationis ſuæ rationem reddant tutores, in promptu eſt; quia cùm tutor in ipſam impuberis perſonam jus & poteſtatem habeat. §. 1. ſupr. de tutel. abſurdum videtur, ut quouſq; jus illud duraverit, pupillus contra tutorem tutelæ judicio experiri poſſit. *d. L. ſi tutor.* 9 *§ & generaliter.* 4. *ff. de tutel. & rat. diſtr.* Sic & contraria tutelæ actio non datur tutori, niſi finito officio *L.* 1. *§. finito.* 3. *ff de contrar tut. & util. action.* Ex generali tamen conſtitutione Imperii à Carolo V. Imperatore *Auguſtæ anno* 1548. promulgata, tutores quotannis rationes adminiſtrationis reddere coguntur.

*Quando tutores reddant rationem tutelæ.*



Digitized by Google

# De Auctoritate Tutorum.

## Tit. XXI.

### *Ad princip. Tit.*

POſtquam quid & quotuplex tutela ſit, & de cauſis ejus atq; fine ſatis explicatum eſt, commodùm ſequitur hìc de illius effectu, qui præcipuè in ipſa auctoritate præſtanda vertitur, ac ſpectatur. Auctor hìc fieri ſive authoritatem accommodare is cenſetur, qui dicit ſe probare id, quod ab alio fit & agitur. L. 3. *ff. h. t.* quod etiam uno verbo auctorari dicitur. L. *etſi pluribus*. 4. *ff. eod.* L. *hujus actionis*. 9. *in pr. ff.* quod falſo tutor. auctor. geſt. eſſe dicat. Cæterum in hoc principio declaratur, quando & quibus in cauſis ſive negotiis tutores ſuam auctoritatem interponere debeant. Nec enim in omnibus negotiis ea neceſſaria putatur. Ac ſanè tutoris auctoritas in iis cauſis eſt neceſſaria, ex quibus conditio pupilli fit deterior:

*Authoritas quid.*

*Tutorum quibus in cauſis neceſſaria.*

rior; non eſt neceſſaria in iis, ex quibus fit melior. §. *nunc admonendi*. 2. *infr. quib. alien. lic. vel non* §. *pupillus*. 9. *infr. de Inutil ſtipul.* L. *obligari*. 9. *ff. h. t. l. contra* 28. *ff de pact.* Fit autem Conditio pupilli deterior non ſolùm, ſi quid alienet: ſed etiam ſi alteri ſe obliget. Melior fit ejus conditio, ſi ipſe rem aliquam ſibi acquirat, vel alium ſibi obliget. per princip. h. t. Porro an & quatenus ex Contractu pupillus obligetur, in publicis noſtris commentariis copioſè expoſuimus.

§. *Neq; tamen*. I.

Cùm citra tutoris authoritatem pupillus obligari nequeat. L. *obligari*. 9. *ff h. t. & juribus ſimilibus ad princ. h. t. allegatis*. Hæreditas autem quin nos æri alieno obliget, patet ex L. *nihil eſt aliud* 2 . *ff. de Verb. ſignif.* L. *quoties* 13. *C de hered. inſtit.* Hæres enim auctione hereditatis quaſi contrahere dicitur. §. *heres quoq;* 5. *infra de obligat* quæ quaſi ex Contr. naſc. Quapropter abſq; autoritate hereditas pupillo acquiri non poterit L. *more* *In hereditate adeunda.*

*noſtræ. 8. ff. de acquir. vel omitt. hered.* quantumvis lucroſa exiſtimetur. *h. §. & d. l. obligari. 9. §. hereditatem. 3. ff h. t.* Quia nimirum hereditates etiamſi primâ fronte luculentæ & amplæ appareant: ſemper tamen ſubeſt periculum, vel vexationis vel negotiorum, vel inſidiarum, vel æris alieni. Itaque ſi non damna: magnas tamen moleſtias ſecum afferunt. L. *quia poterat. 4. ff. ad Sct. Trebell.*

§. *Tutor autem.* 2.

*Quomodo interponenda.* In auctoritate præſtanda hoc maximè obſervari debet, ut eo in ipſo negotio perficiendo & adhuc calente, ſive in ipſa perfectione & in re præſenti à tutore præſente purè interponatur. *h. §.* L. *etſi 8. & L. obligari. 9. §. tutor. 5. ff. h. t.* Ideoq; ratificatio poſtea, perfecto jam negotio, ſubſecuta hîc non admittitur: tametſi illa aliâs retrotrahatur & mandato comparetur. L. *vero procuratori. 17. §. ult. ff. de ſolut.* L. *ſemper 60. in fin. ff. de R. I. c. ratihabitionem. 16. eod. tit. in 6.* Præſentiâ autem opus eſt non ſolùm corporis, ſed etiam animi; quoniam auctore Juliano, non multum refert, abfuerit tutor, cùm negotium contraheretur, an præſens ignoraverit, quale eſſet, quod contrahebatur. L. *non mul-*

*multum.* 14. *ff h. t.* aut ſi ſomno aut morbo comitiali occupatus tacuiſſet. L. 1. *ff. eod.* Nulla enim differentia eſt, non interveniat auctoritas tutoris, an perperam adhibeatur, *teſte Ulpiano.* L. 2. *ff. eod. tit.*

*§. Si inter. 3. & ult.*

Si pupillus cum tutore litem (aliis ſcilicet de rebus quàm de tutelæ adminiſtratione. Tutelæ quippe non agitur, niſi finitâ tutelâ. *L. niſi finitâ.* 4. *ff de tutel. & rat. diſtrah.*) habeat, & plures ſint pupillo tutores: aliorum auctoritate contra unum ex illis agere poterit. *L. ſi plures.* 24 *ff de teſtam. tut. L.* 1 *C. de in Lit. dand tutor. vel Curat.* ſin verò unus tantùm ſit tutor: non à Prætore alius tutor (ut olim) ſed curator ad litem datur. *h. §. & d. L. 1. C. d. t.* Habenti enim tutorem, tutor dari non ſolet. §. *interdum.* 5. *infr. de* Curat. ſicuti nec certæ rei, vel cauſæ tutor dari poteſt. §. *certæ* 4. *ſupr. qui teſtam. tutor. dar. poſſ.* Cur autem ipſius tutoris authoritate judicium non peragatur, ratio eſt evidens: quia ipſe tutor in rem ſuam, id eſt, pro utilitate ſua, auctor directò fieri non poteſt. *L.* 1 *L. quod dicimus.* 7. *L. poteſt.* 18 *ff. h. t.* Cæterum quia ceſſante cauſa & effectus ceſſat, L. *adigere*

*Quæ in lite pupilli cum tutore?*

6 *§ quamvis. 2. ff. de jur. patron. l. cùm ceſſante 60, extr. de appellat.* Curator autem hic litis cauſa datur, *h. §. & d. L. 1. C. de in litem dand. tutor.* Ergò lite & controverſia peractâ, curator eſſe deſinit, tutorque priſtinam tutelæ adminiſtrationem recuperat. *h. §. in fine & L. 3. C. de in lit. dand. tut. vel Curat.*

# Quibus modis Tutela finitur.

## Tit. XXII.

### *Ad princip. Tit.*

COgnitis tutelæ cauſis, & effectu expoſito; ſupereſt, ut videamus, quibus modis ea finiatur & diſſolvatur. Referuntur autem hoc in tit. aliquot finiendæ tutelæ modi, quorum aliqui ſunt communes pupillorum & tutorum: aliqui horum aut illorum proprii. Et primus quidem modus eſt pubertas pupilli pupillæve. Cúm enim impuberibus ſolummodo tutores conſtituantur, atque ideo quia ſunt impuberes, & ea-

*Pubertas pupilli.*

tales ut pe[illegible] ætatem ſe tueri, ſibique ipſi proſpicere nequeant. *§. 1. & §. permiſſum. 3. ſupra de tutel. §. impuberes. 6. ſupra de Att. Tut.* conſequens eſt, ut infirmâ illa impuberis ætate finita ipſa quoqs tutela finiatur cùm & alias ſublatâ cauſâ tollatur effectus. *c. cum ceſſante. 60. extr. de appellat. L. actione. 65. §. item ſi alicujus. 10. ff. pro ſoc. & ſimil* Porrò pubertas tam in maribus quàm in fæminis hodie non ex turpi inſpectione corporis ſed ex annis æſtimanda venit: ut nimirum maſculi anno decimo quarto ſint puberes; fæminæ vero anno duodecimo habeantur viripotentes *L. ult. C. quand. tut. vel cur. eſſ. deſin.* quanquam jure canonico de pubertate ex corporum inſpectione & habitu, judicetur. *c. puberes. 3. de deſponſat. Impuber.*

*§. Item finitur. 1.*

Secundus modus reſolvendæ tutelæ eſt quævis Capitis deminutio pupilli: maxima, media & minima *ut hîc & §. ſed & capitis. 4 infra h. t.* Cur maxima capitis deminutio. *Capitis demin. nutio ejusdem.*

nutione, puta ſervitute pupilli tutela pereat, ratio eſt conſpicua: quia ſervus, qui eſt in poteſtate Domini, in tutela eſſe nequit. *arg.* §. 1. *ſupr. de tutel.* L. 1. *in pr. ff. de tutel.* L. *in ſervili.* 7. C. *qui dar. tut. vel Curat. poſſ.* Cur mediâ capitis deminutione, puta deportatione, tutela exſpiret, cauſa hæc eſt; quia tutela, (ut & Cura) ad cives tantùm Romanos pertinet. *arg. d.* §. 1. *ibi; jure civili data ac permiſſa. ſupr. de tutel.* Atqui mediâ capitis deminutione jus Civitatis amittitur. §. *minor.* 2. *ſupr. de capit. demin.* §. 1. *ſupr. quib. mod. jus patr. pot. ſolv.* Cur denique minima capitis deminutione pupilli, puta arrogatione, tutela perimatur, hæc eſt ratio: quia tutela eſt vis & poteſtas in capite libero, id eſt, in homine, qui ſui ſit juris. *d.* §. 1. *ſupr. de tutel.* At qui ſe arrogandum dedit, non amplius eſt ſui juris, ſed alieno juri ſubjectus. L. 21. §. *ult.* L. *arrogato.* 40. *in pr. ff. de adopt.* L. *pen.* §. *ult.* C. *eod.*

§. *Sed etſi.* 2.

*Conditionis eventus.* Tertius hîc finiendæ tutelæ modus proponitur, Conditionis eventus. Nam ſi uſque ad certam conditionem teſtamento datus fuerit tutor; veluti Titius liberis meis tutor eſto, donec Conſul creatus fuerit; vel, donec hoc aut illud factum

factum fuerit: tunc eveniente ſive exiſtente illa conditione, tutela extinguitur; ex voluntate ipſius teſtatoris, quæ ſtrictè obſervanda eſt. *L. 3. §. 1. ff. de adm. & peric. tut.* L. *in Conditionibus.* 19. *in pr. ff. de Condit. & demonſtr.*

§. *Simili modo.* 3.

*Mors tutoris aut pupilli.* Quartus diſſolvendæ tutelæ modus eſt mors alterutrius, tutoris vel pupilli. Cùm enim tutela, tanquã relatio quædam, inter duas perſonas, nimirum inter pupillum & tutorem, conſiſtat: conſequens eſt, ut ſecundùm naturam relationis, uno relatorum illorum ſublato, ipſa quoque relatio tollatur. Adde quod perſonalia omnia cum perſona extinguuntur. *arg.* L. *privilegia.* 196. *ff de Reg. jur. c. privilegium.* 7. *eod. tit. in 6.*

§. *Sed et Capitis.* 4.

*Tutoris capitis deminutio.* Quintus modus perimendæ tutelæ eſt, maxima & media capitis deminutio ipſius tutoris. Minima autem capitis deminutio tutoris Legitimam quidem tutelam tollit, non verò teſtamentariam vel dativam. h. §. noſtro. Cujus ratio hæc eſt; quia Legitima tutela jure agnationis defertur ex Lege XII Tabular. ut expoſitum eſt *ſupr. de Legit. agn. tut.* jus autem agnationis minima capitis deminutione tollitur.

§. fin. ſupra. d. t. Cæterum hodie ſublata agnationis & cognationis differentia nullam amplius tutelam minimâ capitis deminutione finiri aut tolli, certum eſt. Novell. 118. cap. 4.

§. Præterea. 5.

*Temporis adventus.* Sextus modus, quo tutela finitur eſt certi temporis adventus. Sicuti enim tutor ad certã conditionem teſtamento datus eventu conditionis appoſitæ tutor eſſe definit §. 2 ſupr. h. t. ita & tutor ad certum tempus, veluti ad annum, biennium &c. conſtitutus elapſo iſthoc tempore, deſinit eſſe tutor. h. §. ſi arrogati. 14 §. ſed etſi 3. ff. de tutel. L. tutor 8. §. 2. ff. de teſtam. tutel. Et ratio non obſcura eſt: quia ad tempus permiſſa, poſt illud elapſum cenſentur prohibita. L. ſi unus. 27 §. 1. ff. de pact. L. ſi ita. 21. ff. de Vulg. & Pupill. ſubſtit.

§. Deſinunt. 6. & ult.

*Remotio & Excuſatio.* Septimus & octavus tutelæ finiendæ modi hîc attinguntur, nempe remotio a tutela ob crimen ſuſpecti, de quo infr. tit. ult. de ſuſpect. tutor. & excuſatio; cùm quis ſe ob juſtam aliquam cauſam à tutela excuſat: quod quibus modis contingat, explicatur infr. tit. penult. de excuſation. tutor. vel Curat.

De

# De Curatoribus.
## Tit. XXIII.
### Ad Princip. Tit.

EXpoſitum eſt hactenus de iis, qui cùm ſui juris ſunt, quia adhuc impuberes, reguntur à tutoribus: jam porro alterum eorum genus, qui videlicet puberes exiſtunt, & uſque ad annum 25. curatoribus parent, ſubnectitur. Eſt autem cura ſeu curatio poteſtas in puberem, ad curandas res ipſius, qui quoquo modo iis ipſe ſupereſſe non poteſt. Dicitur in definitione poteſtas in puberem: quia eo potiſſimum cura differt à tutela, quòd hæc eſt pupillorum ſive impuberum: illa verò puberũ ſive adoleſcentum. *hoc princ. noſtro §. 1. & 3. ſupra de tutel.* L. 1. §. *ult. ff. de minor.* L. *orphanotrophos. 32. in fin.* C. *de Epiſc. & Cler.* *Cura definitio.* *Differentia à tutela.*

### §. Dantur autem. 1.

Tutor conſtitui ſolet, vel à teſtatore in teſtamento, vel à Lege, vel à Magiſtratu, ut explicatum *ſupr. in §. permiſſum 3. tit. de tutel.* Curator autem à ſolo Magiſtratu conſtituitur: illo nimirum cui permiſſum eſt tutores dare. *de quo ſupra tit. de Atil. tut. &c.* Quod ſi tamen curator in teſtamento a patre datus fuerit: non ſimpliciter *Curator à quo detur.*

judicium parentis negligitur : ſed curator datus, à Magiſtratu confirmatur, *h §.* & L.1.*§.ult.ff de confirm. tut. vel curat.* propterea quod parens ob paternam affectionem liberis ſuis quàm optimè conſulere ſemper præſumatur, per ea quæ annotavimus *in §. ult. ſupr. de tutel.*

*§. Item inviti, 2.*

*Dicitur Minoribus non Invitis.*

Quod initio hujus tituli dixit Imp. Juſtin. puberes uſque ad viceſimum quintum annum completum accipere curatores : id hoc loci ſic declarat, ut illi volentes tantùm accipiant curatores, non etiam inviti præterquam ad litem. Ratio cur adoleſcentibus invitis curatores non dentur, hæc redditur: quia curatores bonis principaliter dantur : adeoque illis quibus dantur curatores, adminiſtratio bonorum adimitur. *L. ſi curatorem. 3. C. de in Integr. reſt. minor.* Nemini autem invito bonorum ſuorum adminiſtratio facilè auferri debet : cùm quiſque rerum ſuarum moderator & arbiter cenſeatur. L. *in re mandata. 21. C. mandat.* L. *nemo exterus. 9. C. de Iud.* Enimverò litis ſuæ adminiſtratio adoleſcenti omnium rerum difficillima, maximeque ardua judicatur:

tur:

tur: ideoque niſi curatore authore litem nec intendere, nec pati poteſt. *L.2. C. qui legit. perſon. ſtand. in judic. hab.*

*§. Furioſi 3.*

Adultis tantùm iiſque volentibus dari curatores, modò dictum eſt: nunc *in hoc & ſeq. §.* ſubjicitur ab ea regula exceptio, quâ majoribus etiam 25. annis, tametſi nolentibus, curatores præficiuntur. Etenim furioſis & prodigis, quàmvis ſint majores 25. annis, tamen curatores dari ſolent: quia videlicet, quemadmodum minores, ita & hi lubrici ſunt & imbecilles, imò nullius judicii, ac ob id rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt. *L.1. in pr. verſ. ſed ſolent hodie. ff. de curat. furioſ. & aliis extr. minor. dand. L. in negotiis. 5. L. furioſi. 4. ff. de Reg. Iur.*

*Furioſis & prodigis.*

*§. Sed & mente captis. 4.*

Mente capti (qui & dementes, inſani & fatui dici ſolent.) diſtinguuntur à furioſis, *hîc & L. diem proferre. 27. §. coram. 5. ff. de recept. qui arbitr. recep. L.2. ff. de Inoff. teſtam. L. ſi furioſi 25. C. de nupt. L. tam dementis 28. C. de Epiſc. audient. & alibi.* Ac certè omnis furioſus eſt mente captus ſeu demens ſed non omnis mente captus ſeu demens eſt furioſus. Dementia ſiquidem eſt affectio quædam, lumi-

*Mente captis.*

lumine mentis carens, cùm non integra & ſana mens eſt: tuetur tamen medio- critatem officiorum & vitæ comunem cultum atq; uſitatum, *auctore Cicerone Lib 3. Tuſcul. quæſtion.* Indicat autem hic Juſtin. Imper. quòd non ſolùm men- te captis ſed et ſurdis & mutis, & perpe- tuo morbo laborantibus curatores dari debeant, propter eandem planè ratio- nem, quæ militat in furioſis & prodigis: quia ſcil. & ipſi rebus ſuis ſupereſſe non poſſint. *L nec manaante. 8. §. fin. & L. his qui. 12. ff. de tutor. & curat. dat. ab his qui jus dand. hab. L item quibus. 4. & L. ſequ. ff. de poſtul.*

*Surdis & mutis &c*

*§ Interdum autem. 5.*

Expeditum eſt curatores regulariter dari puberibus: Hic duo maximè pro- ponuntur caſus, quibus etiam impube- ribus ſive pupillis curatores præficiun- tur. Primo enim ſi tutor ſive teſtamen- tarius ſive Legitimus ſive dativus, non ſit ad gerendam tutelam idoneus: Hic quia ob id ſolùm removeri non poteſt ab officio tutelæ, quia ſcil. fraude caret: curator ei adjungi ſolet. *L. ſolet. 13. ff. de tutel. L pietati. 6 de ſuſpect. tutor.* Deinde curator pupillis conſtituitur, ſi tutor eo- rum ad tempus excuſetur: quod qui- bus caſibus accidat, explicabitur *infra tit.*

*Puberibus tutorem inidoneum habentibus.*

*vel ad tempus excuſatum.*

*tit. penult. hujus libri I.* Dixi ad tempus: quoniam in locum ejus, qui in perpetuũ excuſatur, alius tutor datur, non curator. *arg. §. ult. ſupr. tit. proxim.* Ratio porrò cur his & ſimilibus caſibus, qui paſſim in jure noſtro occurrunt, pupillo non alius tutor, ſed curator adjungatur, hæc eſt: quia habenti tutorem, tutor dari non poteſt, *hoc §. noſtro. & L. idem fiet. 27. ff. de teſtam. tut.* L. *tutor. 10. & L. ventri. 20. §. 1. ff. de tutor. & curat. dat. &c.* L. *pen.* C. *in quib. cauſ. tutor. habenti. &c.* Ratio hujus rationis eſt: quia tutor datur perſonæ, quæ eſt individua. L. *quia perſonæ. 14. ff. de teſtam. tut.* Cùm igitur tutor ita occupaverit perſonam pupilli ut nihil juris aut loci in ea relinquatur novo tutori: perſpicuum eſt, jam habenti tutorẽ alium dari non poſſe. Nec movet quicquam, quòd plures tutores ab initio pupillo dari poſſint. L. *ſimul plures. 23. ff. de tutor. & curator. dat. &c.* Nam iſti omnes pro uno habentur *notante Rittershuſio, p. 119.*

§. *Quod ſi tutor. 6. & ult.*

Tutor neceſſario impeditus, quo minus negotia pupilli adminiſtret, actorẽ ſive adminiſtratorem eligere & petere, dum tamen pupillus vel abſit vel inf. ns ſit, ſuo periculo poterit. L. *decreto.* *Actor à tutore datus.*

24. *ff. de adm. & per. tut.* Etenim ſi pupillus præſens eſſet & intellectum haberet, procuratorem auctore tutore conſtituere ipſe poſſet. L. *neq;* 11. *C. de procur.* Duplex autem inter actorem & curatorem notanda eſt differentia: Una eſt quòd actor eligitur à tutore; curator autem conſtituitur à Magiſtratu. Altera quod tutor actoris à ſe electi & à Magiſtratu conſtituti, periculum præſtat: curatoris verò ſibi adjuncti, non item. *h.* §. & L. *decreto.* 20. *ff. de admin. & peric. tut.*

*Differt à Curatore adjuncto.*

---

# De Satisdatione Tutorum, vel Curatorum.

## Tit. XXIV.

### *Ad Princip. Tit.*

HUc uſq; propria tutelæ atq; curæ ſigillatim ab Imp. Juſtin. ſunt explicata; deinceps utriuſq; muneris tria hæc communia tractabuntur, nimirum de ſatisdationibus, *hoc tit.* excuſationibus, *infr. tit. proxim.* & ſuſpicionibus, *infra tit. ult.* Tutores igitur & curatores, priuſquam ipſis adminiſtratio bonorum committatur, coguntur ſatisdare,

hoc

hoc eſt, fidejuſſoribus idoneis datis cavere, rem pupilli vel adulti ſalvam fore, *hoc princ.* L. 1. *ff. qui ſatisd. cog.* & L. 3. *ff. de fidej.* Hujusq; ratio hìc ab Imp. Juſtin. affertur: ne videlicet pupillorum & minorum negotia conſumantur, vel diminuantur: id eſt ut pupillis & minoribus de indemnitate omnibus modis proſpectum, & uſq; quaq; cautum ſit. *Satis dare quid?*

Non tamen omnes tutores ita ſatisdare compelluntur. Primò enim tutores teſtamento dati ſatisdationis onere non gravantur: idque propterea quod fides ipſorum & diligentia ſatis eſt approbata à teſtatore, parente ſcil. pupillorum, iſtiq; idonei judicati ſunt quibus pupillorum bona committantur. L. *teſtamento.* 17. *ff. de teſtam. tut.* L. [illegible] *vel* [illegible] *qui ſatis* [illegible] ſtatuendum eſt de Cur[illegible], quem pater filio furioſo in teſtam[illegible]nto dedit. L. *de curationibus.* 27. C. *de Epiſcop. audient.* L. *ult* §. *& ſiquidem.* 5. *C. de Curat. fur.* *Qui tutores non ſatisdent.*

Deinde non tenentur ſatisdare tutores & curatores à Magiſtratu dati ex inquiſitione: quoniam & illorum fides à Magiſtratu electa, & approbata, *ut hìc in fin. & L. ult.* §. *item reſcripſerunt.* 7. *ff. de adminiſt. rer. ad Civit. pertinent.* Et in illis ut eleganter ait Papinianus, fides in-

inquiſitionis pro vinculo cedit cautionis. L. *ſi impuberi.* 13. *in fin. ff. de tut. & Cur. dat. ab his &c.* Præter iſtos igitur alii tutores omnes, velut legitimi, itemque à Magiſtratu ſine inquiſitione dati, ad ſatisdationem compelluntur: alioquin ab adminiſtratione prohibentur: & quæ ab yis geſta ſunt, nullam firmitatem obtinent. L. 1. *L.* 3. & L. *ult. C. de tutor. vel curat. qui ſatis non ded.*

*§. Sed ſi ex teſtamento.* 1.

*Quis à pluribus tutoribus adminiſtret tutelam.*

Quia commodius eſt & utilius pupillo, ut tutela geratur per unum, quàm ſi per multos ſpargatur, L. *ſi plures* 3. *§. apparet.* 6. *ff. de admin. & peric. tut.* Ideo pluribus tutoribus aut curatoribus conſtitutis, uni illorum adminiſtratio committi poterit. Illi autem præ cæteris demandabitur adminiſtratio, qui contutoribus ſuis ſatisdationem rem pupilli ſalvam fore obtulerit. *h. §.* & l. *teſtamento* 17. *ff. de teſtam. tut. l. non omnium* 4. *C. de tut. vel Curat. qui ſatis non ded.* Quod ſi nemo tutorum ſatiſdationem offerat: tunc is adminiſtrabit, qui à teſtatore fuerit deſignatus & electus *ut hic in verſ. quod ſi nemo. &c. d. L. ſi plures.* 3. *§.* 1. *ff. de adminiſt. & per. tut.* Si nemo à teſtatore nominatus vel juſſus

ſit

ſit adminiſtrare: tunc ei committetur adminiſtratio, quem major pars collegarum ſeu tutorum elegerit. *arg. L. quod major.19. ff. ad municip.* & hic niverſ. quod ſi non fuerit. &c. Si verò tutores ſive collegæ circa eligendum adminiſtratorem diſſentiant: Prætor ſeu Magiſtratus ſuam auctoritatẽ interponet, ac definiet quis adminiſtrare debeat, h. §. noſtro prope finem. Si denique tutores Prætoris definitioni non acquieſcant, & malint ipſi univerſi adminiſtrare, quàm ſuccedanei eſſe alieni periculi: dicendum eſt, prætorem permittere eis omnibus gerere. *d. L. 3. §. pen. ff. de adminiſtr. & per. tut.*

§. *Sciendum.* 2.

Non ſolùm tutores & Curatores ex adminiſtratione obligantur, *hoc §. & L. 1. & tot. tit. ff. de tutel. & ration. diſtrah.* *Actio ſubſidiaria.* eorumq́; bona tum propter res geſtas, tam propter non geſtas tacitè pignoris titulo minoribus & pupillis obſtricta cenſentur. L. *pro officio. 20. C. de adminiſtr. tut. vel curat.* Sed etiam in Magiſtratus qui ſuum officium in exigenda ſatisdatione neglexerunt, ſubſidiaria actio competit. *h. §. & L. 1. cum ſeqq. ff. & C. de Magiſtratib.*

Digitized by Google

*tib. conveniend.* quæ actio ideo ſic appellatur: quia datur in ſubſidium & ultimum refugium: eſtque quaſi ſacra anchora, ad quam pupilli confugiant. Quamdiu enim alia ratione quis conſuli poteſt, ut ſi vel unus ex tutoribus ſit idoneus, ad Magiſtratus perveniri nequit. *d.* L 1. §. *uſque adeo.* 15. *ff. de tutel. & rat. diſtr.* Hic quippe ordo obſervandus eſt pupillo; ut primò conveniat ipſos tutores, eorumq; heredes; & ex his priore loco eos, qui geſſerunt, deinde utili actione tutelæ eos, qui non geſſerunt, puta honorarios, L. *ſi plures.* 3. § 2. *ff. de adminiſtr. & peric. tut* L. *non quaſi.* 4 §. *ſed enim* 3. *ff. rem pup. vel adol. ſalv. for.* Poſtea etiam contra fidejuſſores tutorum agere poteſt ex ſtipulatu, rem pupilli ſalvam fore. *d. l.* 4. §. 2. *ff eod. tit.* Poſtremò etſi à nemine horum indemnis præſtari, ſuumque conſequi potuerit: ad magiſtratus demum, eorumque heredes pervenitur. *h.* §. *noſtro in fin.* Hoc tamen inter Magiſtratum & heredem ipſius intereſt: quòd ille de dolo & lata culpa, ac etiam de levi teneatur: hic verò de dolo & lata culpa illius duntaxat. L. *non ſimiliter.* 4. & *l. quod ad heredem.* 6. *ff. de mag. ſtrat. conven.* L. 2. C. *eod.*

§. *Qui-*

Digitized by Google

§. *Quibus conſtitutionibus* 3.

Ait Imp. Juſtinian. remedium quo tutores & curatores ad ſatisdandum cogi poſſunt, eſſe pignoris captionem: ut videlicet juſſu Magiſtratus ex bonis illorum interim quid capiatur, donec ſatisdederint. Quin & tutores ſi ſecundum præſidis præceptum & juris formam non ſatisdent, removeri à tutela, ſine infamia, ſiquidem inopia hoc faciant; ſed ſi fraude, etiam cùm infamiâ notâ, Impp. Valerianus & Gallienus reſcripſerunt. L. 1. C. *de tut, vel curat. qui ſatis non ded.* *Pignoris captio.*

§. *Neque autem*. 4. *&* *ult.*

Quod ſupra *in* §. *ult.* dictum eſt, pupillis vel adultis ſubſidiariam actionem competere adverſus Magiſtratus, id hoc loco reſtringitur ad eos, qui ſatisdationem exigere ſolent, veluti ſun Magiſtratus municipales, Duumviri defenſores Civitatum, juridicus Alexandriæ & rel qui minores ejuſmodi Magiſtratus, qui non aliter tutores rectè dare poſſunt, quàm exactâ ſatisdatione Igitur in Majores Magiſtratus, id eſt, eos qui dant quidem tutores & curatores; veruntamen nulla iis impoſita eſt ſatisdatio- *Actio ſubſidiaria adverſus quos competat.*

Digitized by Google

dationis exigendæ neceſſitas, puta i
Præfectum urbi, Prætorem, Præſiden
&c. ſubſidiaria iſthæc actio non datu
*L. 1. §. 1. & paſſim. ff. de magiſtr. conven.*

---

# De Excuſationibus Tutorum vel Curatorum.

## Tit. XXV.

### *Ad princip. tit.*

*Excuſationum cauſam.* QUanquam nullus, quâlibet prærogativa fultus, à publicis muneribus habetur immunis. L. *vacuatis.* 19. & L. *nullus* 28. *C. de Decurion.* tamen cùm lex nō ignoret, graves & moleſtas eſſe tutelæ ac curæ ſolicitudines, præſertim iis, qui aliis etiam rebus ſunt onerati: igitur varias excuſationum à Tutela vel Cura commenta eſt cauſas, quæ hoc in titulo ordine exponuntur. *Multitudo liber.* Earum autem prima eſt multitudo liberorum, de qua *eſt l. 2. §. remittit 2. cum §§. ſeqq. ff. h. t. & proprius tit. in C. qui numero liberor. ſe excuſ.* Hujuſque ratio hæc reddi ſolet: tum ut præmio aliquo

quo afficiatur, qui Rempublicam ſobolis procreatione, & liberorum hominũ multitudine auxit. L. 1 *ff ſolut. matr.* L. *cum ratio.* 7 § *ſi plures.* 3. *ff de bonis damnat.* tum ne externis oneribus & officiis amplius gravetur, qui jam ante curis domeſticis, quas ſecum liberorum educatio trahit, eſt oneratus. *L. ſemper.* 5. §. 2 *ff. de jure Immun.* Romæ itaque numerus trium liberorum, in Italia quatuor, in provinciis quinque excuſat. Semper enim meliori jure, id eſt, majoribus privilegiis olim gaudebant urbis Romæ incolæ, quãltali & provinciales: & rurſus Itali majores habebant prærogativas quã provinciales. *L.* 1. *C. qui num. lib. ſe excuſ.* Hottomann. hîc enunciat.

2. Neq; tamẽ quivis liberi ad tutelæ curæq; excuſationẽ proſunt. Liberi namq; adoptivi, nõ adoptivis ſed tantũ naturalibus parentibus excuſationẽ præbent: ne fortaſſis quiſpiã occaſione adoptionis munera publica ſubterfugere queat. L. 2. § *adopt.* 2. *ff. de vac. & excuſ. mun.* C. *Tac. l.* 15. *Annal.* Non itẽ proſunt nepotes ex filia avo materno: quia non ſunt in ipſius poteſtate & familia: adeoq; cura & educatio illorũ ad ipſũ nõ pertinet: quamvis contrariâ ratione nepotes ex filio avum paternũ excuſent. *hoc princ. noſtro, v. item*

*nepotes. &c. §. fin. ſupr. de patr. pot. l. 2. §. non ſolùm 7. ff. h. t.* Præterea liberi adhuc in ventre exiſtentes non proſunt patri ad excuſationem *d. L. 2. §. qui autem in ventre 6 ff. eod.* Ut & liberi mortui (niſi forte in acie ſive prælio cæſi, ſicque immortales effecti) ad excuſationem nihil quicquam juvant. *hoc princip. in fin.* L. *bello amiſſi. 18. ff h. t. l. 2. §. qui ad munera. 3. & l. ult. ff. de Vacat. & excuſat. muner.*

§. *Item* Divus. 1.

*Adminiſtratio fiſci.* Secunda cauſa quæ excuſationem à tutela vel cura præſtat, eſt adminiſtratio rerum fiſci. Quamdiu enim eas aliquas adminiſtrat, à tutela & cura excuſatur. *hoc §. &* L. *in honoribus. 8. §. 1. ff. de vacat. & excuſ. mun.* L. *adminiſtrantes. 41. ff. h. t.* L. *exactores.* 10. *C. eod.* Ratio hujus cauſæ eſt favor & utilitas tam fiſci, qnàm pupilli & minoris. Nam quantum curæ & diligentiæ impenderetur alteri: tantum neceſſe eſt alteri decedere, *auctore hîc Rittershuſio pag.* 126.

§. *Item qui Reipublicæ.* 2.

*Abſentia Reipublicæ cauſa.* Tertia ſpecies excuſationis eſt abſentia Reipublicæ cauſa, non affectata; neque ſui commodi ſed neceſſitatis publicæ gratiâ facta. L. *non ſolùm.* 10. *in pr.*

*ff. h.*

*ff. h. t. l. item hi 4. cum L. ſeq. &* L. *Reipublicæ. 36. ff. ex quib. cauſ. maj. &c.* Ejusque ratio eſt; tum favor ejus qui Reipublicæ cauſa abeſt: tum favor Reipublicæ, cujus utilitates & commoda per tutelas impedirentur, & imminuerentur. Cæterùm hîc diligenter obſervandum: ſi quis poſt ſuſceptam tutelam Reipubl. cauſa abeſſe cæperit; in ipſius locum curatorem dari, eumque reverſum ſtatim recipere tutelam: ſi verò ante delatam tutelam abeſſe cæperit, reverſo dari vacationem anni continui: qui computatur ex eo tempore, quo quis rediit, vel redire debuit. *d.* L. *non ſolùm* 10. *in princ. &* §. 1. & *L. pen. ff. h. t. L. tempus 4. ff. de vacat. & excuſat. mun. L. 1. & 2. C. ſi tutor vel Curat. Reipubl. cauſ. abeſſe cæper.*

*§. Et qui poteſtatem. 3.*

Quarta excuſationis cauſa eſt Poteſtas. Poteſtas autem ſignificat Magiſtratum. L. *eum qui. 13. §. 1. ff. de jurisd.* Hujusq; tria perhibentur genera. Alii enim ſunt Magiſtratus urbani, qui propriè Magiſtratus appellitantur, inde ſic dicti, quòd veluti quidam populi ſunt magiſtri. L. *cui præcipua. 57. ff. de V. S.* Alii ſunt Magiſtratus Provinciales, qui propriè poteſtates nominantur. L. *fidejuſſor.*

*Poteſtas, ſeu Magiſtratus.*



Digitized by Google

*juſſor.* 26. *in pr. ff. de pignor.* L. *quid ſit fugitivus.* 17 §. *ran. ff. de ædilit. edict.* Alii denique ſunt Magiſtratus municipales. Quod igitur hoc loco Juſtinianus ait: poteſtatem ſive Magiſtratum præbere cauſam excuſationis: id accipiendum eſt non de urbanis & provincialibus, adeoque maioribus Magiſtratibus (hi namque tutores eſſe non poſſunt: ac proinde nec ulla excuſatione indigent. *L. prætor.* 4. *ff. de tutor. & Curat. dat. ab hiis &c.*) ſed de magiſtratibus municipalibus & minoribus: qui dari quidem poſſunt tutores; ſed excuſationem habent. *l. pen ff. qui pet. tut. &* L. *ſi duas.* 6. §. *remittuntur.* 16. *ff. h. t.* L. *ubi abſunt.* 19. §. 1. *ff. de tutor. & curat. dat. ab his. &c.* Sane futurus Magiſtratus à tutela ſe excuſare non poteſt. *L. propter magiſtratum.* 23. *ff. h. tit.* quemadmodum nec is magiſtratus, quem quis jam depoſuit. L. *ſpadonem.* 15. §. *ſi civitat. princeps* 9. *ff. eod.*

*§. Item propter litem.* 4.

*Lis de bonis pupilli cum tutore.* Quinta cauſa excuſationis eſt Lis, quã pupillus vel adultus habet cum tutore vel curatore: ſi Lis illa fuerit de omnibus pupilli bonis, aut maxima eorum parte vel hereditate. *hoc § noſtro.* L. *ſi pupillum* 20. *&* L. *ſeq. ff. h. t.* L. *ſi ut allegas,*

*legat.* 16. *C. eod.* Hæcq; excuſationis cauſa juſtiſſima cenſetur. Nam inimicus capitalis dicitur, qui controverſiã alicui de omnibus bonis aut majori eorum parte movet: cùm pecunia, vita & anima hominis atque alter ſanguis reputatur, *ſecundum Heſiodum & notata Tiraquelli in Tr. de nobilitate. c. 3. n.* 380. Hodiè certè *ex Novell.* 73. ob quamlibet litem etiã de una re excuſatur & repellitur tutor: excepta matre & avia, quæ ob præſumptam maternam affectionem creduntur nihilominus res pupilli fideliter adminiſtraturæ. *arg. L. penult. §. 1. ff. de rit. nupt. & auth. ad hæc, C. quand. mul. tutor. offic. fung. pot.* § *Item tria.* 5.

Sexta excuſationis cauſa eſt numerus tutelarum, vel curationum. Qui enim tres tutelas vel curas, etiam miſtas, non affectatas jam adminiſtrat, is excuſatur à quarta. L. 2. § *ult.* L. 3 *& ſeqq. ff h. t. L. un. C. qui num tut. &c. & hoc § noſtro.* Ratio eſt perſpicua; quia unus aliquis tot oneribus tutelarum vix ſufficere poterit: Æſtimantur autem tria tutelæ onera, non ex trium pupillorum, ſed ex trium diſtinctorum patrimoniorũ numero: ut una intelligatur tutela pluriũ etiam pupillorũ, qui unum patrimoniũ adhuc individuũ habent. *d. l. 3. ff h. t.* Inter-

*Numerus tutelarum.*



Digitized by Google

terdum tamen, vel una tutela aut cura ſufficit ad evitandam aliam; puta ſi illa tam diffuſa & negotioſa fuerit, ut pro pluribus cedat. L. *ſi is qui tres.* 31. §. *ult. ff. eod.*

§. *Sed & propter paupertatem.* 6.

*Paupertas Tutoris.* Septima cauſa poſita eſt in paupertate ſive mediocritate tutoris vel curatoris. Nam ſi datus tutor vel curator probet, ſe tantum paupertatis onus ſuſtinere, ut adminiſtrationi tutelæ curæve ſibi delatæ impar ſit, excuſationem meretur. L. *ſi duas.* 6. §. *fin. cum* L. *ſeq. & L. poſt ſuſceptam.* 40. §. 1. *ff. h. t.* In arbitrio autem judicis conſiſtit, quis pauper & quis dives dicatur: quod ex rerum & perſonæ qualitate ipſe dijudicabit: *Menoch. de arbitr. judic. Lib.* 2. *cent.* 1. *caſ.* 65. *n.* 7. *& ſeqq. Mynſing. cent.* 4. *Obſ.* 97. *in fin.*

§. *Item propter adverſam.* 7.

*Morbus.* Octava excuſationis cauſa eſt morbus ſive adverſa valetudo tutoris vel Curatoris. Qui enim adverſa valetudine ita laborat, ut ne ſuis quidem rebus & negotiis ſupereſſe poſſit, per excuſationem tutelâ vel curâ abdicare ſe poteſt. *hoc §. noſtro.* L. *non ſolum.* 10. §. *ult. cum duabus LL. ſeqq.* L. *poſt ſuſceptam.* 40. *ff. h. t.* L. *un.* C. *qui morb. Lib.*

5. L.

Digitized by Google

*5. L. 3. & tot. tit. C. qui morb. ſe excuſ. Lib.* 10. Cæterum judicis arbitrio relinquitur, utrum quis ægrotus ſive valetudinarius, nec ne, cenſeatur, per notata *Menochii Lib. 2. de arbitr. judic. quæſt. cent. 1. caſ. 60. n. 5.*

§. *Similiter eos.* 8.

*Imperitia literarũ.* Nona cauſa excuſandi à tutela vel cura conſiſtit in literarum inſcitia, ſive imperitia. Literarum autem imperitum Juſtinianus hoc loco propriè appellat eum, qui neq; legere, neque elementa pingere didicit. *arg. l. 3. §. 1. ff. de accuſat. L. ult. C. de teſtam. & L. diſcretus.* 10. *C. qui teſtam. fac. poſſ.* Ita demum tamen is excuſatur, ſi negotiorum administrandorum expers fuerit. Nam ſi ſua & aliena negotia nihilominus rectè adminiſtrare poſſit, propter literarum imperitiam neutiquam excuſabitur: cùm aliena opera in conſcribendis rationibus & annotandis rebus omnibus uti valeat. *L. ſi duas.* 6. §. *fin. ff. h. t.*

§. *Item ſi propter inimicitias.* 9.

*Inimicitiæ.* Decimam excuſationis cauſam inimicitiæ conſtituunt. Nam ſi propter inimicitias pater teſtamento aliquem tutorem dederit, ut ſcilicet oneribus ac negotiis tutelæ vexetur, atque implicetur: hoc utique caſu tutor excuſabi-

tur. *h. §.* L. *ſeveritas.* 14. *C. h. t.* L. *un. C. ſi propter inimicit. creat. fact. ſit.* Nulla autem excuſatione gaudet, qui patri pupillorum tutorem ſe futurum, promiſit; cùm ipſe omnem iſthac promiſſione ſibi excuſandi cauſam præciderit L. *Spadonem* 15. §. 1. *ff. h. t* & *hoc* § *noſtro in fin.* Nec enim debet quis promiſſum officium deſerere, fidemq; fallere & pupillum ac patrem ludificari. *arg.* L. 1. *in pr. ff. de pact.* L. 2. *in pr. ff. de jur. Immunitat.*

§. *Non eſſe autem.* 10.

Excuſare à tutela vel Cura ſe minimè poterit, qui hoc ſolùm prætendit, quòd ignotus ſit patri pupilli vel adulti. Cùm enim tutela munus ſit publicum: is qui eam ſuſcipit; non tam ignoto patri quàm Reipublicæ operam navare exiſtimatur. L. *Spadonem.* 15. §. *qui dixerit.* 14. *ff. h. t.*

§ *Inimicitia.* 11.

Hic §. ad decimam excuſationis cauſam *ſupra* §. 9 relatam pertinet. Etenim inimicitiæ, quas aliquis cum patre pupillorum vel adultorum habuit, ſi graviſſimæ & capitales fuerint, nec reconciliatio intervenerit, aut ante mortem patris illæ compoſitæ fuerint, à tutela vel cura meritò excuſant: ſiquidem

Digitized by Google

dem è re & commodo pupilli vel adulti non videtur eſſe, ut ille ſit tutor aut curator, qui cum parente ipſius inimicitias capitales aluit. L. *ſi duas* 6. §. *dat remiſſionem*. 17. *ff. h. t. Paulus* L. 2. *ſentent. tit.* 27. Quæ autem inimicitiæ capitales dicendæ ſint, judicis arbitrio æſtimandum relinquitur, *auctore Menochio, lib.* 2. *de arbitr. judic. quæſt. cent.* 2. *caſ.* 110. *num.* 3.

§. *Item is qui ſtatus*. 12.

Undecima excuſationis cauſa ſuperiori valde cognata, eſt controverſia ſtatus. Per ſtatum hoc loco intelligimus conditionem & qualitatē hominis, puta an quis ſit ſervus, vel liber. Unde ſtatus quæſtionem is movere dicitur, qui aliquem revocat in ſervitutem. Pati verò controverſiam ſtatus intelligitur, qui ex libertate in ſervitutem petitur. Si igitur is qui tutor datus eſt, à patre pupilli ſtatus controverſiam paſſus, hoc eſt, in ſervitutem petitus ſit: hoc caſu excuſare ſe licitè poteſt. *hoc* §. *&* L. *ſi duas*. 6 § *amplius*. 18. *ff. h. t.* Ratio manifeſta eſt, tum quia iniquum videtur, illum cogi onera tutelæ in ſe recipere, qui tam graviter à patre pupilli fuit offenſus: tum quia ipſi pupillo periculoſum eſt, *Controverſia ſtatus.*



Digitized by Google

eum habere tutorem, qui tam atrocem injuriam à patre illatam in ipſo pupillo vindicaturus, metuitur, *docente hic Hunnio.*

§. *Item major.* 13.

*Ætas.* Duodecima excuſationis cauſa eſt ſenectus ſeu ætas major 70. annis. L. 2. *ff. h. t.* Hanc enim ætatem magnis infirmitatibus ſubjectam eſſe conſtat, ita ut vix propriis rebus gerendis ſufficiat. Itaque majores ſeptuagenariis non tantum à tutela vel cura, ſed etiam à cæteris muneribus perſonalibus excuſantur. L. 3. §. *quamvis.* 6. & §. *cura* 12. *ff. de muner. & honor.* L. 2. §. 1. *ff. de vacat. & excuſ. mun.* adoleſcentes verò ſeu minores 25. annis non excuſantur, nec excuſatione opus habent, quia ne quidem ſi velint, tutores eſſe poſſunt, priusquam 25. annum compleverint. L. *ult. C. de legit. tutor.* Ratio ejus ab Imper. Juſtiniano *hîc in fine* aſſignatur: quia ſcilicet ipſi minores ſunt in curatione: adeoq; incivile eſt, ut alias regant, qui ſe ipſos regere nequeunt.

§. *Idem & in milite.* 14.

*Militia.* Quod de minoribus in præcedente §. dictum eſt, eos excuſatione non indigere; cùm ne volentes quidem ad tutelam admittantur: idem quoq; in militibus

tibus obtinet, ut non excuſentur à tutela: quia nec volentes ad tutelæ onus admittantur. *h. §.* & L. *militia.* 4. *C. qui dar. tutor. vel curat. poſſ.* cujus ratio eſt perſpicua: quod Reipublicæ interſit, ad militiam pro patria ſubeundam invitari potius homines; quàm onerosis muneribus avocari. Aliud tamen eſt in veteranis; qui impleto legitimo (viginti nimirum annorum) militiæ tempore miſſi ſunt. Hi enim cum valeant eſſe tutores, excuſare ſe poſſunt ac debent, tanquam emeriti: idque ideo, ut præmium aliquod militiæ peractæ ſentiant. L. *ſed & milites* 8. & 2. *ſeqq. ff. h. t,* & *tot. tit. C. de Excuſation. veteranor.*

§. *Item Roma.* 15.

Decima tertia excuſationis cauſa reſpicit artes quaſdam liberales, puta Grammaticam, Rhetoricam & Medicinam. Has etenim artes qui Romæ vel in patria ſua diligenter exercent ac profitentur, & intra numerum præſtitutum ſive definitum ſunt, qui hodie ordinarii dicuntur; non ſolùm à tutela & cura vacationem habent: ſed & à cæteris muneribus perſonalibus ſunt immunes. L. *ſi duas.* 6. §. 1. *ff. h. t.* L. *ult.* §. *ult. ff. de muner. & honor.* L. *medicos.* 6 & L. *fin. C. de Prof. & Medic.* Prædictis artibus,

*Profeſſio artium liberalium.*

tibus & Philoſophia additur *in d.* L. *ſi duas.* 6. §. *& Philoſophos.* 5. *ff. h. t.* L. *in honoribus.* 8 §. *Philoſophi.* 4. *ff. de vacat. & excuſat mun.* Ratio autem hujus excuſationis eſt præcipuè iſtarum artium favor & utilitas, quæ inde ad Rempublicam pervenit atque redundat. Præter haſce tredecim excuſationum cauſas, hactenus expoſitas, ſunt & aliæ, quæ peti poterant *ex L.* 1. § *Libertinis*, 4. L. *non tantùm* 17. §. *eos.* 2 *& §. ult.* L. *planè* 29. L. *cùm ex oratione*, 44. *& paſſim ff. h. t.*

§. *Qui autem vult.* 16.

*Excuſationes plures.*

Explicatis variis excuſationum ſpeciebus ſeu cauſis, ſubjicit modo Imper. Juſtinian. quaſdam doctrinas circa hanc excuſandi materiam obſervandas. Et quidem initiò ait: ſi quis plures excuſationes habuerit, & unam quam allegavit, probare non potuerit: tunc nihilominus cæteris intra conſtitutum tempus, eum uti poſſe. L. *propter litem.* 21. §. 1. *ff. h. t.* Sic & aliâs nemo pluribus defenſionibus ſive excuſationibus uti prohibetur. L. nemo. 8. ff. de Exceptionib. *L. nemo ex his.* 43. *ff. de Reg. Iur. c. nullus.* 20. *eod. tit. in* 6. Aliud obtinet in pluribus actionibus concurrentibus: quarum una duntaxat experiri quis poteſt.

teſt. *d. l. nemo* 43. *ff de R. Iur.* Ratio differentiæ hæc reddi ſolet: quia actiones pleræque à jure Civili ſunt introductæ lucri acquirendi cauſa: exceptiones autem omnes, ſicut & excuſationes, à naturali æquitate comparatæ ſunt ad vitandum damnum, *arg. princip. tit. infra de Except. L. Marcellus.* 66. *ff. de R. I.* ſemper autem jura magis ſavent ei, qui ſolicitus eſt de damno vitando, quam ei qui certat de lucro captando. L. *Proculus* 26. *ff. de dam. n. inf. L. ſi is cui* 71. *in fin. ff de furt.* L. *juris ignorantia.* 7. *ff. de I. & F. ignor.* L. *etſi quis.* 14 §. 1. *in fin. ff. de religioſ. & ſumpt. fun.* L. *fin.* §. *ſin verò creditores.* 5. *in fin. C. de Iur. delib.* Adde quod faciliores & proniores eſſe debemus ad liberandum quàm obligandum. L. *Arrianus.* 47. *ff. de obligat. & Action.* item quòd exceptiones ſunt favorabiliores. L. *favorabiliores.* 125. *ff. de Reg. jur.* favores autem ampliandi ſunt. *c. odia* 15 *eod. in* 6. Deinde oſtendit Juſtinianus hoc loco; quomodo ſive quâ forma proponi excuſatio debeat: & inquit, tutorem vel curatorem non appellare: hoc eſt, non neceſſe habere appellare: ſed ſufficere nudam excuſationem apud competentẽ *Modus excuſandi.*

judicem, ſine appellatione. *L. ſcire oportet.* 13. *in pr.* L. *Caius* 16. *l. quinquaginta.* 38. *ff. h. t. l. tutores* 18. C. *eod.* Proindè cum Ulpianus *L.* 1. §. 1. *ff. quand. appell. ſit*, ſcribit, non oportet eum provocare: non hoc ſignificat, quod jus & facultatem provocandi omninò non habeat: ſed quod neceſſe non habeat provocare, id eſt, appellare. Item cùm idem Ulpianus dicit, ante fruſtra appellatur: hoc dicit, quòd ante non neceſſariò appellatur. Atque in eo differt tutela & cura à cæteris muneribus civilibus: ad quæ vocatus non aliter poteſt excuſationibus ſuis uti, quàm ſi appellationem interpoſuerit. *d.* L. 1. §. *alia cauſa.* 2. *ff. quand. appell. ſit.* L. *ſi ad ſcribatum.* 4. *L. hi qui.* 7. *& L. Cives.* 11. C. *de appellat. Cujac.* Lib. 9. *Obſervat. c.* 35.

*Tutores excuſandi.* Præterea indicat hîc Juſtinianus: omnis generis tutores, id eſt, quocunq; modo datos ſive à teſtatore in teſtamento, ſive à Lege, ſive à Magiſtratu, ſe excuſare poſſe. Quamvis enim alias dati tutores propriè ac in ſpecie illi dicantur, qui à Magiſtratu ſunt conſtituti: attamen cùm hoc in § prius dixerit Imper. Juſtinian. tutores cujuſcunque generis ſint, ſe excuſare poſſe: palam eſt, eum verbum

bum *dati* generalius hoc loco uſurpaſſe, adeoque de omnibus omninò tutoribus etiam legitimis ſenſiſſe. Et quidem de Legitimis tutoribus, eos quoque à tutela ſe excuſare poſſe, ſunt textus expreſſi *in L.* 1. & 4. *C. de Legit. tutel.* L. *libertos.* 5. & L. *frater.* 9. *C. h. t. Novell.* 118. *c.* 5. *verſ. hoc autem diximus, &c.* Denique tempus hoc loci deſignat Imper. intra quod proponi excuſatio debeat: & inquit, tutores, ſi intra centeſimum lapidem, id eſt, intra centeſimum miliare (ſolebant enim veteres miliaria lapidibus ſignare ac diſtinguere.) habitent; poſſe intra quinquaginta dies continuos excuſationem ſuam proponere. Quod ſi ultra centeſimum lapidem habitent ab eo loco, in quo tutores creati ſunt: tunc præter triginta dies conceduntur illis ad ſingula viginti milliaria (ſcilicet Italica) ſinguli dies: qui tamen ita ſunt computandi, ut connumeratis triginta illis diebus non ſint pauciores, quàm quinquaginta. Nam perabſurdum & iniquum eſſet; illi qui intra centeſimum lapidem habitat, longius tempus concedi, quàm ei qui habitat ultra centeſimum lapidem. *d.* L. *ſcire oportet.* 13. §. 1. & §. *ſeq.* L. *quinqua-*

*Tempus excuſandi.*

*quaginta.* 58. *ff. h. t.* & *L. quinquaginta.* 6. *C. eod.*

§. *Datus autem tutor.* 17.

*Excuſatio pro parte bonorum.*

Ne iſte §. plane alienus ab hoc excuſationis tractatu videatur: veri ſimiliter hoc indicat, excuſationem tutelæ pro parte bonorum haud eſſe admittendam. Hujuſque exceptio proponitur *in L. propter* Litem. 21. §. Licet. 2. *ff. h. t.* ut ſcilicet tutor etiam quoad partem patrimonii ultra centeſimum lapidem in alienâ provincia ſitam ſe excuſare poſſit. Idem de curatoribus diſpoſitum eſt, *in* L. 2. *C. eod.*

§. *Qui tutelam.* 18.

*Excuſatio à curatione poſt tutelam.*

In hoc §. oſtenditur, quòd tutela pupilli geſta juſtam ab ejuſdem adulti curatione excuſationem præbeat. *L. curator.* 20. *C. h. t.* Excipitur libertus, qui poſtquam liberorum patroni tutor fuit, etiam eorundem curator eſſe cogitur: idque ob ſummum acceptæ libertatis beneficium. L. *Libertos.* 5. *C. eod tit.*

§. *Idem*

§. *Idem reſcripſerunt.* 19.

Ait Juſtinianus Imperator quòd maritus excuſetur, etiam à cura uxoris ſuæ ſuſcepta. Idque præcipuo quodam jure contra communem æquitatem illi conceditur. Nam qui cum excúſationem haberet, tutelam curationemve ſibi delatam amplexus eſt, excuſari poſtea minime poteſt L. *non tantum* 17. §. *ſanè* 5. *ff. h. t. l.* 2. C. *ſi tut. vel curat. falſis allegation. &c.* *Excuſatio Mariti à Cura uxoris.*

§. *Si quis autem.* 20.

Ea hoc §. apparet: eum qui ex falſis allegationibus impetravit excuſationem à tutela, ſi poſtea de hoc conſtiterit non liberari à tutela. L. 1. & *tot. tit. C. ſi tut. vel curat. falſ. allegat. uſ ſit.* Ejusque ratio non obſcura eſt: quia nemini dolus & mendacium ſuum prodeſſe debet. L. 1. in pr ff. de dol. mal. L. *ita demum.* 31. *ff. de Recept. arbitr.* L. *itaq;* 12. §. 1. L. *eum qui.* 14. §. *is autem.* 3. *ff. de furt. & ſimilibus.* *Excuſatio doloſe impetrata.*

De

Digitized by Google

# De ſuſpectis Tutoribus vel Curatoribus.

## Tit. XXVI. & ult.

### *Ad princip. Tit.*

MErito poſteriore hoc titulo de ſuſpectis tutoribus vel curatoribus agitur: quia ſuſpecti poſtulantur ii plerumque, qui jam adminiſtrare cœperunt: ſed excuſatio eſt eorum qui tutelam vel curam nondum ſuſceperunt. Si quis enim ſemel tutela vel curæ adminiſtrationem ſuſceperit ejus excuſatio non amplius admittitur. L. *non tantum* 17. §. *ſanè notum*. 5. *ff. d. Excuſat.* L. 2. C. *ſi tutor vel curat. falſ. allegat. uſus ſit.* Ait autem in hoc principio Juſtinianus: Suſpecti crimen hoc eſt, Criminationem, judicium ſive accuſationem ſuſpecti, originem ſuam ex Lege 12. tabul. habere. L. 1. § *ſciendum* 2. *ff. h. t.* Quæ Lex cujuſmodi fuerit declarat Pomponius *in* L. 2. §. *poſtea*. 4. *ff.*

*Suſpecti judicium.*

*ff. de orig. Iur.* Propterea verò judicium illud conſtitutum eſt : ut qui vel non bona fide vel non diligenter agere tutelam deprehenditur, priusquam diutius malum ſerpat, conſtituto judicio tutelâ removeatur & ilicò tutelæ cum eo agi poſſit, *docente Hottomanno his enunciat. I.*

§. *Datum eſt.* x.

Quemadmodum non quibusvis Magiſtratibus conceſſum eſt, tutores & Curatores dare, ſed certis duntaxat, *initiò tit. ſupr. de Attil. Tut.* ita etiam non quibusvis datur jus ac poteſtas removendi à tutela ſuſpectos tutores : ſed illud conceditur in urbe quidem Roma Prætori : in provinciis autem Præſidi provinciarum & Legato Proconſulis. *hoc §. & L. 1. §. demus. 3. & §. ſeq. ff. h. t. L. cognitio. 4. ff. de off. ej. cui mandat. eſt Iuriſd.* Neque obſtat L. 1. §. *ſuſpecti. 11. ff. ad SC. Turpill:* ubi dicitur, ſuſpecti tutoris accuſationem pro tribunali tantū examinari poſſe : Legatum autem non habere tribunal, certum eſt ; Etenim ob favorem & utilitatem pupillorum ſingulariter receptum eſt, ut aliis quoque hæc ſuſpecti cognitio mandari & delegari poſſit. L. 4. *ff. de off. ejus cui mandat. eſt Iuriſd.*

*Ius removendi ſuſpectos cui competat.*

§. *Oſten-*

§. *Oſtendimus.* 2.

*Qui tutores ſuſpecti removeri poſſint.*

Ait Imper. Juſtinianus: omnes tutores cujuſcunque ſint generis, ſive ſint teſtamentarii, ſive dativi, ſive legitimi, tanquam ſuſpectos removeri poſſe. *L.* 1. §. *oſtendimus.* 5. *ff. h. t. L. etiam teſtamento.* 4. *C. eod.* Etſi enim tutorum teſtamentariorum fides ſit approbata à teſtatore ipſo, & eorũ qui ex inquiſitione Magiſtratu dantur, fidẽ magiſtratus approbarit: hoc tamen catenus tantum valet, ut ſcilicet pro idoneis & fidelibus habeantur, quatenus contrarium non apparuerit. Ubi tamen meminiſſe debemus, non tam facile accuſandos eſſe legitimos tutores, propter neceſſitudinem & honorem ſanguinis, quàm alios: ac potius, ſi opus ſit, curatorem iis adjungendum: & ſi quando omninò removendi ſint, illorum famæ & exiſtimationi parcendum eſſe: ut licet doloſè ac fraudulenter in tutela verſati ſint, tamen integra exiſtimatione, adeoque ſine ignominiæ nota à tutela abeant. L. *ſi tutor.* 9 *ff h. t.* Siquidem & aliàs contra patronos & parentes famoſas inſtituere actiones haud licet. L. *non debet.* 11. *ff. de dol. mal.* L *parens.* 5. §. 1 *ff. de obſequ. parent. & patron. præſtand.* & in locum famoſarum actionum dantur

tur adverſus ejuſcemodi perſonas actiones in factum ſive utiles. *d. L. non debet. 11. ff. de dol. mal.* L. *ſi tamen* 11. §. 1. *ff. de accuſat.* Hucque pertinet, quod Ulpianus reſpondit: Liberto & filio ſemper honeſtam & ſanctam perſonam patris ac patroni videri debere. L. *liberto. 9. ff. de obſequ. parent. & patr. praeſt.*

*§. Conſequens. 3.*

*Qui poſſint ſuſpectos accuſare.*

Hoc ex §. manifeſtum eſt, quod omnes è populo tutorem ſuſpectum accuſare poſſint. L. 1. §. *conſequens. 6. ff. h. t.* propterea quod totius Reipublicæ, adeoque omnium ac ſingulorum civium interſit, non negligi aut perfidè geri curam pupillorum. Idque adeo procedit, ut etiam mulieres, quæ regulariter ob verecundiam ſexus ab aliis publicis accuſationibus removentur, L. 1. & L. *qui accuſare.* 8. *ff. de accuſat.* ad accuſandum tutorem ſuſpectum admittantur: dummodo non ex odio privato erga illum tutorem, neque aliâ etiam ex cauſa, ſed propriâ pietate erga pupillum, non ſuſtinentes injuriam pupillis illa-

Digitized by Google

illatam, ad accuſandum procedant *hoc § noſtro. d. l. 1. §. conſequens. 6 ff. h. t.* L. 1. *L. pietatis 6. &* L *ſeq. C. eod.*

*§. Impuberes. 4.*

Impuberes ad hanc ſuſpecti accuſationem jure non admittuntur. h. §. L. *impuberibus. 7. in pr. ff. h. t.* L. *pietatis. 6. circa fin. C. eod.* Tum quia judicium illorum admodum lubricum eſt ac infirmum. L. *ult. ff. de manum. vind. §. impuberes. 6. ſupr. de Attil. Tut.* Accuſare autem tutorem tanquam ſuſpectum res ardua & magni momenti cenſetur. Tum quia legitimam perſonam ſtandi in judicio non habent. *tot. tit. C. qui legit. perſ. ſtand. in judic. hab.* Tum denique quia pupilli cum tutore agere non poſſunt ante finitam tutelam. *§. ult. ſupr. de Attilian. tut.* L. 1. *in fin. &* L. *niſi finita. 4. ff. de tutel. & rat. diſtr.* Puberes tamen curatores ſuos quaſi ſuſpectos accuſare poſſunt: verùm non aliter quàm conſilio neceſſariorum ſive conſanguineorum. *hoc §. & d.* L. *impuberibus. 7. ff. h. t. d.* L. *pietatis. 6. in fin. C. eod.* Hujusque ratio eſt: quia illorum maturius jam eſt judicium, & ſiquid ei adhuc deſit, hoc conſilio cognatorum ſuppletur.

§. *Su-*

Digitized by Google

§. *Suſpectus autem eſt.* 5.

Ut intelligatur, contra quem actio ſive accuſatio ſuſpecti inſtit uri poſſit; ſciendum & cognoſcendum eſt, quisnam ſuſpectus dicatur. Suſpectus igitur tutor vel Curator ille eſt, qui non fideliter tutelam curamve adminiſtrat: ſed res pupilli vel adulti fraudulenter diminuit, aut conſumit, quantumvis dives & ſolvendo ſit, adeoque habeat, unde damnum pupillo vel adulto reſarciatur *hoc §. noſtro & §. ult. infr. h. t.* L. 3. *§. cùm videamus.* 5. *&* L. *ſuſpectum.* 8. *ff. h. t. L. in poſtulandis.* 5. *C. eod. L. ſi creditores.* 31. *§* 1. *ff. de reb. auctor. jud. poſſid.* Quin & non ſolum ſuſpectus eſt, & tanquam ſuſpectus accuſatur, qui jam tum perfidè tutelam adminiſtrat: ſed etiam ut ſuſpectus removeri poteſt tutor, priusquam ſuſceperit tutelam: ubi de malis ipſius moribus conſtiterit. *h. §. &* L. *hæc enim cauſa.* 4. *§ ult. ff. h. t. L.* 2. *&* 3. *C. eod.* Siquidem ex ante actâ vitâ conjectura ſumitur, qualis quisque ſit impoſterum futurus: & præſtat ab initio rem ſuam ſalvam pupillo conſervari quàm poſt vulnus remedium quærere. *arg.* L *ult. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. neceſſ. non eſt. &* L. 1. *verſ. melius enim eſt. C. quand. lic. unicuiq; ſin. judic. ſe vind. &c.*

*Suſpectus quis?*

§. Su-

§. *Suſpectus autem remotus. 6.*

*Suſpecti pœna.* Quæ pœna ſit ſuſpecti tutoris, ex plicatur hic & *in §. ſi quis tutor. 9. & ſeq. infr. h. t.* Et ſi quidem ob dolum commiſſum remotus fuerit tutor, no tatur infamiá: non verò ſi ob culpam *L. tutor quoq; §. ult. ff. h. t. & L. ult. C eod.* Quod tam de lata quàm levi & le viſſima culpa accipiendum eſt. Etenim non ſolùm Imper. Juſtinianus hîc i genere ac ſimpliciter de omni culpa; ve rùm etiam Impp. Diocletianus & Ma ximinianus *in d. L. ult.* de omni negli gentia, ſive ea ſit lata, ſive levis, ſive le viſſima abſolutè & indiſtinctè loquun tur, & negant, ob eam remotum fier infamem. Eſt autem hoc tralatitium ubi Lex non diſtinguit, ibi nec nos di ſtinguere debere. *L. de pretio. 8 ff. d public. in rem act. L. 1. § generaliter. ff. d Legat. præſt. Sed hac de re explanatiùs hi in publicis noſtris commentariis, diſſe ruimus.*

§. *Si quis autem. 7.*

Pendente cognitione de Crimine ſu ſpecti, interdicitur tutori ſive curator adminiſtratio, ejuſque in locum alius interea ſubſtituitur. L. *quod ſi forte, 14. §. 1. ff. de ſolutionib.* L. *eum quem. 7. C. h. t.* Quod ſpecialiter ob favorem pupill

rece

receptum videtur. Nam aliàs, qui criminis alicujus ſuſpecti poſtulantur, ante condemnationem adminiſtratione bonorum ſuorum non privantur. L. *auferentur.* 46. §. *in reatu.* 6. *ff. de jur. fiſc.*

§. *Sed ſi ſuſpecti.* 8.

*Extinguitur morte.*

Suſpecti cognitio jam ſuſcepta finitur & extinguitur morte tutoris vel Curatoris ſubſecuta. L. 1. *C. h. t.* Ratio in promptu eſt, quia omnia Crimina morte reorum extingui & aboleri ſolent. L. 2. §. 3. *C. ſi reus vel accuſat. mort. ſit.* excepto crimine Majeſtatis, aliisque nonnullis, *de quibus in* §. *per contrarium* 5. *infra de hered. quæ ab inteſt. defer. &* §. *publica autem judicia.* 5. *infr. de publ. judic.*

§. *Si quis tutor.* 9.

*Pœna tutoris latitantis.*

Si tutor latitet, ſuique copiam ſive præſentiam non faciat, ut pupillo alimenta decernantur, non ſolum cum infamia, ut ſuſpectus removetur, *de quo ſupr. in* §. 6. ſed etiam pupillus in poſſeſſionem bonorum ipſius mittitur, eiq; curator datur, cujus auctoritate ex bonis tutoris latentis ea diſtrahat, quæ ſervari nequeunt. *h.* § *noſtro* L. *tutor quoque* 3 §. *tutor.* 14. L. *impuberibus* 7. §. *præterea* 2 *ff h. t.*

§. *Sed ſi quis præſens.* 10.

*Mentien-tis bona pupillo alendo eſſe inſufficien-tia.*

Si tutor non quidem latitet, cùm d[illegible] alimentis pupillo conſtituendis agitur ſed copiam ſui faciat: verùm per men dacium neget, bona pupilli ſufficere a[illegible] eum alendum, non tantùm ut ſuſpectu[illegible] à tutela repellitur & infamia notatur ſed etiam corporalem ſuſtinere pœnam cogitur, quæ ipſi à præfecto urbi infli gitur: perinde ſicut is puniri ſolet, qu[illegible] pecunia tutelam redemit. *L. tutor. §. ſe[illegible] ſi non latitet.* 15. *ff. h. t. L.* 1. §. *ſolent* 7 *ff. de offic. præf.* Urb.

*Tutelam rediment-tis.*

§. *Libertus.* 11.

*Suſpecti Liberti tutoris.*

Quæ de tutore puniendo dicta ſun[illegible] *in §§. præcedentibus.* etiam in liberto, [illegible] non ex fide adminiſtret tutelam libero-rum ſui patroni, procedunt. Nam & i[illegible] non modo, ut ſuſpectus, cum infamiæ macula removetur: ſed etiam ad præ-fectum urbi corporali pœna afficien-dus remittitur. *L. 2. ff. h. t.* L. *niſi eam.* 4. & L. *ſi liberti.* 10. C. *de adminiſtr. tut. vel curat.* Et meritò ſanè: quoniam hîc unà cum perfidiæ crimine concurri[illegible] quoque ſumma ingratitudo erga illos, quibus Libertus ob immenſum liberta-tis beneficium, omnem fidem, pietatem reverentiam, honorem, obſequium, obſervantiam, & gratitudinem, imò

vitam

vitam ipſam debet. *tot. tit. ff. & C. de obſequ. parent. & patr. praſtand.*

§. *Noviſſimè*, 12. *& ult.*

Additur hoc loco quædam amplificatio ad univerſum hunc titulum. Adeo namque tutor fraudulenter tutelam adminiſtrans, tanquam ſuſpectus à tutela removetur: ut etiamſi jam ſatisdederit, vel adhuc ſatisdare paratus ſit, tamen propter fidem ſemel fractam non ſit audiendus, per rationem *hîc in textu* expreſſam & *in* L. *ſuſpectus* 5. *&* L. *ſeq. ff. h. t.* Porro in fine hujus §. dicitur; tutorem vel curatorem propter paupertatem non eſſe removendum, quaſi ſuſpectum: modo cum paupertate conjunctam habeat fidem & diligentiam. L. *ſuſpectum*. 8. *ff. eod.* Mores enim potius, quàm patrimonii vires hîc ſpectantur. L. *in poſtulandis*. 5. *C. eod. tit.* Et plerumque idonei non tam patrimonio quàm fide quoque æſtimantur. L. *ſi ... poſtulatus*. 112. *in fin. ff. de Verb. ... blig.*

*Tutor ſemel ſuſpectus.*

*Pauper & fidelis.*

# Finis Libri I. Inſtitutionum Imperialium.

§. *Sed ſi quis præſens.* 10.

*Mentientis bona pupillo alendo eſſe inſufficientia.*

Si tutor non quidem latitet, cùm de alimentis pupillo conſtituendis agitur, ſed copiam ſui faciat: verùm per mendacium neget, bona pupilli ſufficere ad eum alendum, non tantùm ut ſuſpectus à tutela repellitur & infamia notatur: ſed etiam corporalem ſuſtinere pœnam cogitur, quæ ipſi à præfecto urbi infligitur: perinde ſicut is puniri ſolet, qui pecunia tutelam redemit. *L. tutor.* §. *ſed ſi non latitet.* 15. *ff. h. t. L.* 1. §. *ſolent.* 7 *ff. de offic. præf.* Urb.

*Tutelam redimentis.*

§. *Libertus.* 11.

*Suſpecti* Liberti *tutoris.*

Quæ de tutore puniendo dicta ſunt *in* §§. *præcedentibus.* etiam in liberto, ſi non ex fide adminiſtret tutelam liberorum ſui patroni, procedunt. Nam & is non modo, ut ſuſpectus, cum infamiæ macula removetur: ſed etiam ad præfectum urbi corporali pœna afficiendus remittitur. *L.* 2. *ff. h. t.* L. *niſi eam.* 4. *&* L. *ſi liberti.* 10. C. *de adminiſtr. tut. vel curat.* Et meritò ſanè: quoniam hîc unà cum perfidiæ crimine concurrit quoque ſumma ingratitudo erga illos, quibus Libertus ob immenſum libertatis beneficium, omnem fidem, pietatem reverentiam, honorem, obſequium, obſervantiam, & gratitudinem, imò vitam

Digitized by Google

vitam ipſam debet. *tot. tit. ff. & C. de obſequ. parent. & patr. praſtand.*

*§. Noviſſimè,* 12. *& ult.*

Additur hoc loco quædam amplificatio ad univerſum hunc titulum. Adeo namque tutor fraudulenter tutelam adminiſtrans, tanquam ſuſpectus à tutela removetur: ut etiamſi jam ſatisdederit, vel adhuc ſatisdare paratus ſit, tamen propter fidem ſemel fractam non ſit audiendus, per rationem *hîc in textu* expreſſam *& in* L. *ſuſpectus* 5. *&* L. *ſeq. ff. h t.* Porro in fine hujus §. dicitur; tutorem vel curatorem propter paupertatem non eſſe removendum, quaſi ſuſpectum: modo cum paupertate conjunctam habeat fidem & diligentiam. *L ſuſpectum.* 8. *ff. eod.* Mores enim potius, quàm patrimonii vires hîc ſpectantur. L. *in poſtulandis.* 5. *C. eod. tit.* Et plerumque idonei non tam patrimonio quàm fide quoque æſtimantur. L. *ſi quis poſtulatus.* 112. *in fin. ff. de Verb. oblig.*

*Tutor ſemel ſuſpectus.*

*Pauper & fidelis.*

# Finis Libri I. Inſtitutionum Imperialium.



Digitized by Google

# Inſtitutionum ſeu Elementorum Divi Juſtiniani ſacratiſſimi Principis.

## Liber II.

## De Rerum Diviſione & Adquirendo ipſarum Dominio.

### Tit. I.

### *Ad princip. Tit.*

RAtio ordinis ex principio hujus tituli primi evidens eſt Etenim univerſum jus ad hæc tria pertinet: Perſonas, res & actiones. *§. fin. ſupra de I. N. G. & C. L. 1. ff. de ſtat. hom.* De perſonis dictum eſt *Lib.* 1. de rebus agitur *hoc Lib. 2. 3. & 4. uſq; ad tit. de Actionib.* In rebus autem duo præcipuè ſpectantur & velut familiam ducunt; Dominium & obligatio: & illud in

in acquirendo, hæc in permutando con-
ſiſtere videtur. Dominium non malè definitur jus, re corporali & utendi & abutendi, eamq́; alienandi & vindicandi, quatenus jure permittitur. Tale enim jus nemo in rem habet, ſive ſit fructuarius, ſive emphyteuta, ſive colonus ſive ſuperficiarius, ſive creditor pigneratitius, ſive Vaſallus ſive bonæ fidei Poſſeſſor, vel quisquis ille ſit, præter dominum. Diviſio Dominii varia fingitur: ſed hæc in ſcholis foroque receptior eſt: quâ aliud dicitur directum, aliud utile. Quæ diviſio licet forſan docendi gratiâ retineri poſſit; legibus tamen non uſquequaque eſt approbata: quia iſtis nominibus actiones ita dividi ſolent. Ac ſanè ſi natura dominii conſideretur penſiculatius: uniusmodi tantum & ſimplex eſſe apparet; quanquam uſusfructus & proprietas illius partes dici queant. Cæterum acquiritur dominium vel jure naturali ſeu gentium, vel jure Civili. §. *Singulorum.* 11. *infr. h. t.* L. 1. *ff. de acqu. rer dom.* Jure gentium, *ut ab hoc tit. uſq; ad tit. de Uſucapion.* Jure Civili, *ut à tit. de Uſucapion. uſq; ad tit. de obligation.* Porrò hic titulus bimembris eſt, ſive duas partes (prout arguit inſcriptio) complectitur.

*Dominii definitio.*

*Diviſio in directum & utile.*

*Dominii acquiſitio.*

Quarum prior de rerum diviſione, poſterior de acquirendo illarum dominio tractat. Ad priorem partem quod attinet: omnium rerum ſumma diviſio hæc eſt: quòd aliæ ſint in noſtro patrimonio, ſive in noſtris bonis & dominio ut ſanè res ſingulorum: aliæ extra patrimonium noſtrum, hoc eſt, extra bona & dominium noſtrum habentur: veluti ſunt res communes, publicæ, Univerſitatis, & nullius: *de quibus ordine explicabitur.*

*Rerum diviſio.*

§. *Et quidem naturali.* 1.

*Res communes.*

Jure Naturali Communes illæ dicuntur, quæ quoad proprietatem quidem ac dominium, nullius ſunt hominis: quoad uſum verò ad omnes homines ſive gentes pertinent. Atq; harum rerum comunium exempla quatuor tantum hîc afferuntur: aër, aqua profluens, mare & littus maris: quàmvis plures ſint; ut inſula in mari nata, alveus maris, gemmæ, lapilli, aliaq; quæ in littore ac mari reperiuntur: item aves, piſces, & feræ beſtiæ. §. *littorum.* 5. *verſ. proprietas autem.* § *feræ igitur beſtiæ.* 12 §. *item lapilli.* 18. §. *inſula.* 22. *infr. h. t.* L. 1. L. 3. *L. quod in littore.* 14. *ff. de A. R. D.* L. 2, 3. & 4. *ff. de diviſ. rer.* L. *littora.* 51. *ff. de*

Digitized by Google

*ff. de contrah. empt.* L. 3. §. 1. *ff. ne quid in loc. publ. &c.* Cæterum aqua profluens dicitur, ea quæ eſt maris & fluminum, ad differentiam aquæ, quæ eſt in ſtagnis aut lacu, vel quæ ex fonte fluit in ſolo privato. Nam hæc aqua non eſt communis ſed privatorum propria. L. *aquam* 4. *& L. preſes. 6 C. de ſervitut. L. injuriarum.* 13. *in fin. ff. de injur.* Permittitur igitur unicuique ad littus maris accedere, naves illuc appellere, funes ibi religare, in mari navigare, piſcari, lapillos & gemmas quærere, partem aliquam littoris pro ſua commoditate occupare, & ibidem ædificium, vel villam vel caſam extrere. *h. §. riparum.* 4. *infr. h. t. L. in littore.* 4. *ff. ne quid in loc. publ. &c.* Et ſanè quòd ædificium quiſpiam in littore extruxerit, ipſius efficitur: in tantum, ut & ſoli dominus ille, quamdiu ædificium manet, conſtituatur: collapſo quippe ædificio, quaſi jure poſtliminii revertitur locus in priſtinã cauſam, adeoque rurſus fit communis; ac proinde ſi alius eodem in loco ædificaverit, ejus fiet. *L. in tantum. 6. in fin. ff. de diviſ. rer. d. L. quod in litore.* 14. *&* L. *quamvis* 50. *ff. de Acqu. rer. dom.* *Aqua profluens.*



Digitized by Google

§. *Flumina.* 2.

*Res publica.* Publicæ res hîc dicuntur, quæ non ſunt in uſu omnium hominum, nec etiam alicujus tantùm Univerſitatis: ſed quæ ad certum aliquem populum puta Romanum, pertinent, deſtinatæ publicis ipſius uſibus. L. *bona Civitatis.* 15. *& duab. ſeqq. ff. de Verb. ſignif.* L. 2. §. *ad ea igitur.* 5. *ibi, quæ publico uſui deſtinata. ff. ne quid in loc. publ. vel itin. fiat.* veluti flumina perennia, & portus. *h. §. noſtro.* L. *nemo.* 4. *in fin. ff. de R. D.* L. 1. § *fluminum* 3. *ff. de flumin.* itemque riparum uſus. § *riparum.* 4. *infr. h. t.* L. *Riparū.* 5. *in pr. ff. de diviſ. rer.* tum etiam alveus fluminis. § *quod ſi naturali.* 23. *infr. h. t.* L. 1. §. *ſimili modo.* 7. *ff. de flum &c.* ſed & littus maris verè & propriè publicum eſſe poteſt: ut ſi populus Romanus de litore maris quid occuparit, & publicis uſibus deſtinarit. L. *litora.* 3 *in pr. ff ne quid in loc. publ.*

§. *Eſt autem litus.* 3.

*Litus maris.* Litus vel à litando (quòd navigantes eundo ac redeundo in litore litabant & ſacrificabant) vel à Græco λιτὸς (quòd litus ſit terra tenuis) deductum hic definitur, quatenus hybernus fluctus maximus excurrit. Vocula (*hybernus*) ideo hoc loco additur, quod hyeme maximi

aſtus

Digitized by Google

æſtus fiant, dum vis ventorum idcirco magna eſt, quia ſol qui procul abeſt minus habet virium; ut ſcribit Ariſtoteles multis locis, eumq; laudans Hottomannus *hîc enunciat.* 7. Porro iiſdem ferè verbis definit Litus Celſus *in* L *litus.* 96 & Javolenus, *in* L. *litus.* 112. *ff. de Verb. ſignif.*

§. *Riparum* 4.

Ripa dicitur illa pars terræ ab utraq; parte fluminis, quæ ipſum flumen continet, cùm illud ad ſummam altitudinem, naturalem tamen, pervenit. *arg.* L 1. §. *ripa.* 5. & *l.* 3. §. 1. *ff. de flumin.* &c. Eſtque ripa, quoad uſum publica; unde cuilibet populo permiſſum eſt, naves ad eam adpellere & quæcunque alia in eadem facere, quæ tamen non noceant illis, quæ in ripa nata vel ædificata ſunt. Cæterùm quoad proprietatem, ipſa eſt illorum, quorum prædiis hæret, id eſt, qui habent agros vicinos & confines. *h.* § *noſtro.* Ratio cur proprietas riparum non ſit publica, ſed privatorum, hæc redditur: quia ripæ ſunt quaſi partes agrorum ſeu prædiorum, quibus adhærent; unde a flumine, quod privatorum agros occupavit, detractæ cenſentur: quandoquidem haud raro flumina alveos ſuos mutare & vicina *Ripa.*

Prædia ripas facere ſolent. §. *Quod ſi naturali.* 23. *infr. hoc tit.*

§. *Litorum.* 5.

Litora com̃unia ſunt. §. 1. *h. t.* uſus verò litorum publicus eſt. *h.* §. *noſtro.* ac proinde Litora ipſa nunquam publica vocantur. *L. quod in litore* 14. *in pr. L. quamvis.* 50. & *L. pen.* §. 1. *ff. de acqu. Rer. dom.* & populi Romani eſſe dicuntur. *L. litora.* 3. *ff. ne quid in loc. publ. vel itin. fiat.* Etſi autem proprietas litorum nullius eſſe intelligitur. *hoc* §. *noſtro. v. proprietas.* &c. acquiri tamen ab occupante poterit. L. *in tantum* 6. *in pr. ff de diviſ. rer.* & *d.* L. *quod in litore.* 14 *ff. de A. R. D.*

§. *Univerſitatis.* 6.

*Res Univerſitatis* Univerſitatis res ſunt, quæ in univerſum ad certam aliquam Civitatem pertinent, non pro parte ad ſingulos cives: ita tamen ut ſingulorum uſibus inſerviant. Cujuſmodi ſunt theatra, ſtadia, forum, fana, viæ, Curia, Scholæ, balnea publica & ſimilia. *hoc* §. & *L. in tantum* 6. §. 1. *ff de diviſ. rer.* Quamobrem ſi quis me in publico balneo lavare, vel in cavea publica ſedere, vel in alio loco verſari non patiatur, eo nomine tenebitur mihi actione injuriarum. *L. injuriarum.* 13. §. *ult. ff. de injur.*

§. *Nul-*

§. *Nullius autem.* 7.

Res nullius propriè dicuntur, quæ non humani ſed divini juris ſunt. *hoc* §. *& L.* 1. *in pr. ff. de diviſ. rer.* Atque hæ res ita nullius ſunt, ut nec ullius fieri poſſint. Res autem profanæ, quæ nullius cenſentur, alicujus fieri poſſunt, ſin minus proprietate, ſaltem uſu. Porro harum rerum, quæ propriè nullius ſunt, tres ſpecies hic recenſentur; Sacræ, Religioſæ & Sanctæ: *de quibus ordine dicetur in* §§. *ſeqq.* *Res nullius.*

§. *Sacræ res.* 8.

Res ſacræ ſunt, quæ Deo ritè & publicè ſunt conſecratæ. *L. in tantum.* 6. §. *ſacra autem.* 3. *& L. ſacra.* 9. *in pr. ff. de Div. Rer.* Quæ conſecratio olim fiebat vel per ſolos pontifices, vel per Imperatores. *d. l. ſacra.* 9. §. 1. *ff. eod.* hodie autem fit per Epiſcopos cujuſque loci. *Nov.* 67. *c.* 1. *& Nov.* 131. *c.* 7. Rerum autem ſacrarum ea conditio eſt, ut extra caſum pietatis, neceſſitatis & evidentis utilitatis, alienari minime poſſint. *hoc* §. *noſtro. & L. ſancimus.* 21. *junctâ authent. præterea. C. de SS. Eccleſ.* Adeo porro locus, in quo ædes extructæ ſunt, ſacer efficitur: ut etiam *Res ſacræ.*

diruto vel collapſo vel combuſto ædificio, ipſe locus ſive area & ſolũ non fiat profanum ſed ſacrum maneat, *h. §. & d. l. in tantum. 6. § ſacra. 3. verſ. ſemel a item ff. de Rer. diviſ. L. ædeſacra. 73. ff. de contr. empt.* Etenim dedicatio & conſecratio ædium ſacrarum ipſam quoque aream ita affecit atque occupavit, ut qualitas iſta etiam poſtea ipſis inhæreat, *docente Ritterſhuſio hi. pag.* 145.

§. *Religioſum.* 9.

**Res Religioſa.** Religioſæ res dicuntur, ſepulchra humani corporis *arg. h. §. & L. in tantum. 6. §. religioſum. 4. ff. de Rer. div.* Idcirco autẽ ſepulchra olim religioſa cenſebantur, quia credebant Ethnici, defunctorum animas corpore ſolutas, ad Deos rectà evolare, ac inter divos haberi. Hodie verò noſtra religione ſepulchra Chriſtianorum ideo habentur religioſa, quod in illis recondantur corpora ſanctorum, quæ templa fuerunt Spiritus Sancti, *teſte Apoſtolo Paulo* 1. *ad Corinth.* 3. *v.* 16. **Differentia eorundem à ſacris.** Cæterum ex h. § primò notandum, rem religioſam non eſſe quamlibet rem, ſed tantùm locum, id eſt, rem immobilem. In quo differt à re ſacra: quæ poteſt eſſe tam mobilis, ut donaria, veſtes & alia, quàm immobilis, ut ædes ſacræ ſive templa, *de quibus ſupra §. præced.*

Digitized by Google

*ced. h. 1.* Deinde ſciendum, quòd res religioſa fit non per conſecrationem ſeu dedicationem, ut ſacra: ſed per illationem ſive ſepulturam ſeu humationem mortui vel reliquiarum. L *ſi ſponſus.* 5. §. *conceſſa.* 8. *cum ſeqq. ff. de donat. int. V. & U.* Præterea res religioſa conſtituitur propriâ authoritate ſive unius cujuſque voluntate, qui mortuum intulit: at res ſacra fit publicè, Pontificum vel principis autoritate, *ut in §. præcedente dictum.* Porro ita demum locum quis religioſum illatione mortui facit, cùm vel in locum ſuum & proprium, cujus plenam habet proprietatem; aut in ſepulchrum quod habet cum aliis commune, mortuum infert: alioqui in locũ purum (hoc eſt, qui neque ſacer, neque ſanctus, neq; religioſus eſt: ſed ab omnibus hujuſmodi nominibus vacare videtur. L. 2. §. *purus autem.* 4. *ff. de relig. & ſumpt. fun.*) cōmunem invito ſocio, aut in locum plane alienum, vel in quo ipſe uſum fructum, alius proprietatem, aut vice verſa obtinet, ſine permiſſu Domini proprietarii vel uſufructuarii, mortuum inferre haud poteſt: & ſi intulerit, locum religioſum non facit *hoc § & L. 2. § . & 2. §. ſi uſum fructum 7. L. 3. & L. ſunt perſonæ. 43. ff. de relig. & ſumptib.* *Locus purus.*

*ſun.* Hujuſque ratio hæc aſſignatur: quia nemo debet aut poteſt ſuo facto conditionem ac jus alterius reddere deterius. L. *ſi cujus.* 13. §. *fructuarius.* 4. *ff. de Uſufr.* L. *id quod noſtrum.* 11. & L. *non debet.* 74. *ff. de R. Iur.* Id quod hic accideret, dum locus factus religioſus commercio & uſu promiſcuo domini prioris aut uſufructuarii eximeretur. Quod ſi tamen dominus loci aut uſufructuarius ſemel conſenſerit, ejuſque voluntate mortuus fuerit illatus: quamvis poſtea pœnitere ac voluntatem mutare velit: tamen nihilominus locus religioſus manet. Tum quia quod ſemel placuit, id amplius diſplicere non poteſt. L. *ſicut.* 5. C. *de obligat. & action. c. quod ſemel.* 21. *de R. I. in* 6. tum quia nemo poteſt mutare conſilium ſuum in alterius injuriam. L. *nemo.* 75. *ff. de R. I. c. mutare.* 33. *eod. in* 6.

§. *Sanctæ.* 10.

*Res ſanctæ.* Res ſanctæ hoc loco dicuntur illæ, quæ legislatione pœnali adverſus hominum injurias firmatæ, ſubnixæ atque munitæ ſunt: ut muri & portæ omnium civitatum, adeoq; etiam municipalium: item Leges atque Legati. *hoc* §. *noſtro.* L. *ſanctum* 8. L. *ſacra* 9 §. *propriè.* 3. *cum* §. *ſeq.* L. *ult. ff. de diviſ. rer.* & L. *ult. ff. de Legat.*

*Legat.* Etſi autem res iſtæ ſanctæ neq; ad cultum divinum pertinent, uti ſacræ; neque ad religionem, ut religioſæ: tamen divini juris appellari poterunt, propter ſimilitudinem, quam cum rebus ſacris & religioſis habent. Unde etiam non abſolutè dicuntur divini juris, ſed quodam modo, *hic & in* L. 1. *in princ. ff. de Rer. diviſ.* Sicut enim res ſacræ & religioſæ nullius ſunt in bonis, tam quoad proprietatem, quàm quoad promiſcuum uſum; adeoque uſibus hominum penitus exemptæ ſunt: ita etiã res ſanctæ. *d. L. 1. in pr. verſ quod autem. & d. L. ſacra. 9. §. 3. ff. d. tit.*

*§. Singulorum,* 11.

Dictum eſt hactenus de prima hujus tituli parte, nempe de rerum diviſione: hic de altera, puta de acquirendo rerũ dominio, tractatio inſtituitur. Omniũ autem rerum dominium dupliciter nobis acquiritur, vel jure naturali ſive gentium, vel jure Civili *hoc §. noſtro. & monitum ſupra ad princip. h. t.* Quia verò vetuſtius eſt & cognitu facilius jus naturale quàm Civile: idcirco de naturalibus acquirendi Dominii modis tanquam antiquioribus prius & quidem hoc in titulo uſque ad finem, *Modi acquirendi Dominii naturales.*

Impe-

Imperator Juſtinian. agit: de Civilibus: ſuo loco & ordine dicturus.

§. *Feræ.* 12.

*Occupatio animantium ferarum.* Primus modus, quo rerum Dominiū jure naturali ſive gentium acquiritur eſt *Occupatio*. Quæ licèt generalis ſit, & latè pateat ( nam & ea quæ ex hoſtibus capiuntur, & agri vacui & quæ in mari vel litore inveniuntur, occupari dicuntur) hîc tamen de animantium ferarum duntaxat occupatione ſeu captura tractatur: deque ex hac regula proponitur: Quod nullius eſt, id naturali ratione occupanti conceditur. L. *quod enim 3. in pr. ff. de A. R. D.* Nihil autem intereſt, ubinam locorum quis feras ſive volucres ceperit, utrum in ſuo an in alieno fundo. Siquidem feræ & aves quocunque in loco ſint, dum naturali libertate & laxitate fruuntur, patent omnibus & occupanti cedunt: nec fundi ſunt animalia, quæ in fundo ſunt: *arg. L. cives 15 & leg. ſeq. ff. de act. empt.* Unde emptor & poſſeſſor fundi ſive ſylvæ, non etiam feras omnes poſſidet. L. 3 §. *item feras. 14. in fin ff. de Acqu. vel am. poſſ.* Neque movet, quòd alienum fundum ſine permiſſu domini ingredi non liceat. Etenim actus ingreſſionis, ab actu occupationis diverſus eſt, atq; diſtin-

ſtinctus. Ille domino repugnante prohibitus eſt: adeo ut ſi quis contra domini prohibitionem fundum fuerit ingreſſus, eo nomine domino fundi actione injuriarum teneatur. *L. injuriarum. 13. §. ult ff. de Injur.* Hic verò (ſcilicet actus occupationis) eſt licitus: ita ut quicquid captum fuerit in alieno, id capienti cedat. Porro id quod ſemel occupatione ſive captura alicujus effectũ eſt, tamdiu ejus manet, quamdiu cuſtodia ejuſdem coercetur, nec illud in libertatem naturalem ſe vindicavit. Cæterùm cuſtodia alicujus non amplius coerceri, ſed in naturalem libertatem ſe vindicaſſe ſive recepiſſe dicitur, cùm vel oculos ipſius effugerit; vel cùm eſt quidem in conſpectu ipſius, ſed ita, ut difficilis, hoc eſt, impoſſibilis illius ſit perſecutio, ideoque quicunque illud tum interceperit, is ſuum facit: cùm non amplius in alicujus bonis eſſe intelligatur. *h. c §. noſtro circa fin. d. L. 3. §. ult ff. de A. R. D.*

*§. Illud quæſitum 13*

*Fera vulnerata cui cedat?*

De illo, qui in venatu feram beſtiam ita vulneravit, ut haud difficulter capi poſſit, veteres inter Juriſconſultos magna fuit contentio: utrum is vulneratã feram ſtatim ipſa vulneratione ſuam fecerit:

cerit: an verò nihilominus ab alio aliquo capi, ejuſque fieri poſſit? ſed hanc controverſiam Imper. Juſtinianus ſua conſtitutione diremit, feramque vulneratam at nondum omninò captam ſeu occupatam, non vulneranti, ſed aliicuivis eam intercipienti, adjudicavit, per rationem in fine hujus §. expreſſam. Cui & alia ratio addi poterit: quòd ſcilicet feræ beſtiæ non niſi occupatione, hoc eſt apprehenſione, alicujus fiant. *L. 3. in pr. ff. de acquir. rer. domin. & l. 1 §. 1. ibi, ex naturali poſſeſſione. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.*

§. *Apium.* 14.

Quanquam apes neque feræ neque manſuetæ naturæ eſſe tradit Plinius L. 11. *hiſtor. natur. cap.* 5. tamen Juriſconſulti apium feram eſſe naturam; ac proinde eas occupantibus cedere affirmant. *L. naturalem.* 5. §. *apium.* 2. *ff. de A. R. D.* L. *ſi apes.* 26. *in pr. ff. de furt. & hoc §. noſtro.* Quod ſi verò apes ab aliquo jam ante alveo incluſæ fuerint, ſicq; quandam abeundi redeundiq ue conſuetudinem induerint: non poſſunt ab alio occupari, antequam illam conſuetudinem abjecerint. §. *Pavonum.* 15. *verſ. nam & apes. &c. infr. h. t.* Quin imò apes quæ ex alveis noſtris evolant, & ſecundùm

con-

conſuetudinem revolant, à nobis poſſidentur. L. 3. §. *quidam rectè putant*. 16. *ff. de acquir. vel. amitt. poſſeſſ.* ac ea propter qui eas apprehendunt ſive intercipiunt, furti tenentur. L. *Pomponius*. 8. §. 1. *ff famil. erciſc.* Sed & examen (quod pro nova apium ſobole hic accipitur) quod ex alveo noſtro evolaverit, noſtrum eſſe cenſetur, donec in conſpectu noſtro eſt, nec difficilis ejus eſt aut deplorata perſecutio: alioquin occupantis fit. *d.* L. *naturalem*. 5. §. *examen*. 4. *ff. de acquir. rer. Domin. & hoc* §. *noſtro in fin.*

§. *Pavonum*. 15.

De animalibus natura quidem feris, ſed arte & induſtria hominum ad eundum & redeundum aſſuefactis (cujuſmodi ſunt pavones, columbæ, apes, cervi, &c.) hæc regula generalis obſervanda eſt: ea tamdiu noſtra eſſe, donec animum redeundi retineant: deſinere noſtra eſſe cum revertendi animũ deſeruerint. *hoc* §. *noſtro*. L. *naturalem*. 5. §. *pavonum*. 5. *ff. de A. R. D.* L. *Pomponius* 8 §. 1. *ff. famil. erciſc.* L. 3. §. *quidam*. 16. *ff de acquir. vel amitt poſſ.* Cæterùm quot vices ad hoc requirantur, ut ejuſmodi animalia revertendi conſuetudinẽ deſe-

deſeruiſſe dicantur, regulâ aliquâ certâ definiri nequit: ſed relinquendum eſt arbitrio judicis, qui illud ex certis ſignis & circumſtantiis æſtimabit *arg.* L. 1. §. *ult. ff. de jure delib. &* L. 1. § 1. *ff. de effractor.*

§ *Gallinarum.* 16.

De animalibus naturâ ſuâ manſuetis & cicuribus, ut gallinis, anſeribus, pecudibus & ſimilibus, hæc notanda eſt regula: Ea noſtra eſſe & manere, ubicunque locorum ſint; etiam ſi amplius in conſpectu noſtro non ſint, nec animum ad nos redeundi habeant: uſque adeo ut ſi quis ejuſmodi animalia occupatit ac detinuerit, lucri faciendi cauſâ, furtum committat, *hoc* § *noſtro. L. Naturalem.* § §. *gallinarum.* 6 *ff de A. R. D.* L. *ſi pavonem.* 37. *ff. de furt.*

§ *Item ea quæ ex hoſtibus.* 17.

*Prædatio bellica.*

Secundus modus acquirendi dominium jure naturali & gentium eſt *prædatio bellica*, ſeu ſpolia hoſtibus detracta. Quicquid enim in bello juſto, & legitimo capitur, id omne cujuſcunque tandem ſit generis, ſive ſacrum ſive profanum, & ſive privatum, ſive publicum, acquiritur jure gentium capientibus: in tantum, ut etiam liberi homines in capientium poteſtatem redigantur, *hoc* §. *noſtro*

*noſtro.* L. *cum loca.* 36. *ff. de relig. & ſumpt. fun.* L. *naturalem.* 5. *in fin.* & L. *adeo.* 7. *in pr. ff. de A. R. D.* Qui tamen ſi ex hoſtium captivitate ad ſuos reverſi ſint, priſtinum ſtatum, id eſt, libertatem & Civitatem & omnia priſtina jura, quæ ante captivitatem habuerunt, recipiunt, *hoc §. noſtro in fin.* idque jure poſtliminii introductum eſt. *de quo in §. Si ab hoſtibus.* 5. *ſupr. quib. mod. jus patr. pot. ſolv.*

§. *Item lapilli.* 18.

Tertius modus acquirendi dominii jure naturali eſt *Inventio* gemmarum & lapillorum in litore maris. Hæ enim res cùm nullius in bonis ſint meritò ſtatim inventori cedunt. *h.* §. & L. 3. *ff. de R. Div.* L. 1. §. 1. *ff. de acqu. vel amitt. poſſeſſ.* Per Inventionem autem hoc loco non nudum rei conſpectum intelligimus, ſed talem conſpectum, quem ipſius rei apprehenſio ſequatur. *d.* L 1. §. 1. *ff. d. t.* Cæterum quomodo gemmæ diſtinguantur à lapillis, traditur *in* L. *cùm aurum.* 19 §. *gemmæ* 17. *ff. de aur. & arg. leg.* *Inventio.*

§. *Item ea quæ ex animalibus.* 19.

Quartus adquirendi dominii modus eſt *Nativitas* ſeu fætura animalium. Nam quæcunque ex animalibus dominio noſtro ſubjectis naſcuntur, jure naturæ *Nativitas animalium.*

tura-

turali ſive gentium nobis acquiruntur *L. itemqua. 6. ff. de A. R. D. & h. §. noſtro.* Hujusq; ratio eſt perſpicua: quia fætus eſt quaſi pars ventris, eumq; tanquam acceſſio ſequitur extra legitimas nuptias L. 1. §. 1. *ff. de inſpic. ventr.* L *partem* 7. C. *de Rei vindic. l. ult. C. de liber. cauſ.* adeo quidem ut etiam non attendatur, unde ſit ſemen: quoniam omnes fructus non jure ſeminis ſed rei ex qua naſcuntur, acquiri ſolent. L. *qui ſcit.* 25. *in pr. ff de uſur.* Et ideo ſi equus alterius equam prægnantem fecerit, non ejus erit pullus inde natus, cujus eſt equus; ſed cujus eſt equa, id eſt; venter. L. *item Pomponius.* 5. §. 2. *ff. de Rei vindic.* Quamvis ille qui equum vel aſinum alienum, invito domino, in equas ſuas immiſerit, in factum actione ipſi teneatur. *L. ſi quis uxori.* 52. §. *ſi quis aſinum,* 2 ). *in fin. ff. de furt.*

§. *Præterea quod.* 20.

*Alluvio.* Quintus modus acquirendi dominium jure gentium, eſt *alluvio.* Quicquid enim motu fluminis paulatim de alterius agro adjicitur noſtro, ut intelligi non poſſit, aut oculis diſcerni, quantum unoquoque temporis momento adjiciatur; id agro noſtro acceſſiſſe

ſiſſe nobiſque acquiſitum eſſe cenſetur. L *adeo*.7. §. 1. *ff. de acquir. rer. domin.* L. 1. C. *de alluvion.* Quid alluvio ſit, ſatis apertè hîc in textu exponitur. Ratio autem hujus acquiſitionis facilis eſt: quia ſcilicet acceſſio principali cedit: §. *ſi tamen*. 26. *infr. h. t.* L. *cum principalis*, 178 *ff. de Reg. Iur.*

§. *Quod ſi vis fluminis*. 21.

Si flumen majori quadam vi, ex una prædii parte terras abſtrahat, & in contrariam vicini partem transferat, eas terras in dominio prioris Domini manere, conſtat *ex hoc* §. *noſtro.* & L. *adeo*. 7. §. 2. *ff. de acq. rer. dom.* Itaque dominus abſtractam terræ partem vindicare poterit: dummodo vicino caveat de damno infecto. *L. hoc amplius*. 9. §. *Alſenus*. 2. *ff. de damno inf.* Quod ſi tamen pars detracta, tamdiu agro vicini cohæſerit, donec arbores, quæ unà eò delatæ fuerunt, in agrum iſtum vicini radices egerint, & cum eo coaluerint: tunc Dominium mutatum, ſicque pars detracta ſimul cum arboribus vicino acquiſita intelligitur: ac proinde vindicari amplius nequit. *d.* §. *Alſenus.* & *hoc* §. *noſtro, in fine.*

§. *In-*

Digitized by Google

§. *Inſula.* 22.

Inſula. Sextus modus, quo jure naturali ſive gentium nobis rerum dominium acquiritur, eſt *Inſula.* Quæ nihil aliud eſt, quàm terra aquis circumflua, ob ſpiritum eò loci erumpere non valentem, enata, *auctore Plinio* Lib. 2. c. 85. ſic dicta ab eo, quòd ſit in ſalo, hoc eſt, in mari, *tradente Sexto Feſto Pompejo lib.* 9. Enimverò non ſolùm in mari ſed & in flumine inſula enaſci ſolet. Inſula in mari nata fit occupantis, quia nullius eſſe creditur, *hoc § noſtro.* L. *adeo.* 7. §. *inſula.* 3. *ff de acqu. rer. dom.* Aſt inſula in flumine fit tribus modis. Uno, cùm agrum, qui alvei non fuit, amnis circumfluit: & tunc cauſa proprietatis non mutatur: ac proinde ager iſte ejus permanet, cujus fuit, *hoc* §. *noſtro, in fin.* L. *ergo.* 30. §. 2. *in fin. ff. de acqu. rer. dom.* Altero, cùm locum qui alvei eſſet, ſiccum relinquit & circumfluere incipit. Tertio, cùm paulatim colluendo locum eminentem ſupra alveum facit, & eum alluendo auget. Atque duobus hiſce poſterioribus modis inſula vel fit ejus, cujus agro eſt proprior; vel ſi mediam partem fluminis tenet, communis eſt eorum, qui propè ripam prædia poſſident, *hoc* §. *& d. l. ergo,* 30. §. 2. *ff. h. t.*

Exci-

Excipitur inſula mobilis, quæ non ipſi alveo fluminis cohæret: ſed in flumine innatat, virgultis aut aliâ quâvis levi materiâ ſuſtentata. Hæc enim inſula publica atque ipſius fluminis eſſe cenſetur, L. *pen.* §. 2. & §. *ult ff. de acqu. rer. dom.*

§. *Quodſi naturali.* 23.

Quo jure inſula, in flumine publico nata, illorum eſſe intelligitur, qui prope ripam prædia poſſident: eodem etiam jure alveus (qui hoc loco denotat foſſam, per quam flumen labitur) à flumine derelictus iiſdem acquiritur, nempe jure acceſſionis. Etenim alveus jam olim priuſquam à flumine occuparetur, fuit pars vicinorum prædiorum, quibus poſtea per flumen fuit detractus. Ideoque poſtquam iterum derelictus eſt à flumine; ad priſtinum jus & naturam ſuam revertitur, atque ad prædia vicina accedit, eorumque pars rurſus efficitur: & conſequenter iiſdem, quorum ſunt prædia, acquiritur. Cæterùm novus alveus incipit eſſe publicus: quia & ipſum flumen eſt publicum, *hoc* §. & L. *adeò.* 7. §. *quodſi totos ff. de acqu. rer. domin.* Quod ſi verò flumen receſſerit & ad priorem alveum reverſum fuerit,

*Alvei mutatio.*

I rurſum

rurſum novus alveus eorum eſſe incipit, qui vicinos agros poſſident: non autem redditur illis, quorum agros abſumpſerat *hoc §. noſtro in fin.* Neq; enim dominium mutatione alvei ſemel amiſſum reſtituitur. *L. Attius, 38. ff. de A. R. D.*

§. *Alia ſanè.* 24.

*Inundatio.* Inundationis haud idem jus eſt, quod alvei. Ager namque à flumine in alveum converſus noſter eſſe deſinit & fit publicus: & ſi rurſus à flumine delinquatur, vicinorum efficitur, *ut ſupra §. proximo dictum.* Ager verò inundatione occupatus, ſi flumen recedat, non fit vicinorum, ſed prioris domini remanet. Ratio differentiæ ſatis perſpicuè hîc à Juſtiniano exprimitur: quòd inundatio, utpote ſubita & exigui temporis, non æquè atque alveus, qui diuturnus eſſe ſolet, mutat ſpeciem & formam ſive ſubſtantiam agri: ac proinde nec jus ejus priſtinum. Tametſi & inundatio nonnunquam ſit perpetua, adeoq; rei formam immutet. *L. quod tamen.* 10. §. *agri.* 2. *ff. quib. mod. uſusfr. amittit.*

§. *Cùm ex aliena,* 25.

*Specificatio.* Septimus acquirendi dominii jure naturali modus vulgò dicitur *ſpecificatio.* Eſt autem ſpecificatio, quando nova ſpe-

ſpecies bona fide formatur, & ex aliena materia conficitur, arg. hujus §. & L. adeò. 7. §. cum quis 7 ff. de acqu. rer. dom. Si quis igitur ex aliena materia ſpeciem novam ſuo nomine fecerit: diſpiciendum eſt, utrum ea ſpecies ad eandem materiam reduci poſſit, nec ne. Et priore quidem caſu ſpecies nova ad dominum materiæ pertinet: poſteriore verò ad auctorem, id eſt, eum, qui ſpeciem fecit, *hoc §. noſtro verſ. & poſt multam. & d. l. adeò, 7. §. cum quis. 7. verſ. eſt tamen &c. ff. eod.* Ratio differentiæ manifeſta eſt: quia cùm ſpecies ad materiam facile revocari poteſt, materia ipſi formæ prævalere videtur. At cùm ita extincta eſt & mutata materia prior, ut reduci nequeat, jam formam & ſpeciem materiæ prædominari palam eſt. *L. quæſitum* 78. *§. illud.* 4. *ff. de legat.* 3. Porrò ſi ſpecies partim ex aliena materia, partim ex propria ſit facta, tunc ſpecies ſine dubio ipſi ſpecificanti acquiritur. Cujus rationem Juſtinian. Imperator hîc in fine ſubiicit: quòd hoc caſu qui ſpeciem fecit, præter illam ſpeciem, materiæ quoque partem contulerit.

*§. Si tamen alienam. 26.*

Ait Juſtin. Imper. eum qui purpu-

ram alienam ſuo veſtimento intexuit, fieri dominum purpuræ. Ratio dubitandi conſiſtit in purpuræ pretio, quod ſummum olim fuiſſe ex Plinio aliiſque auctoribus conſtat. Ratio autem decidendi eſt: quia non attenditur hic, utra res ſit precioſior, ſed utra alterius ſit acceſſio. Atqui regula utroque in jure recepta eſt: Acceſſionem cedere principali. L. *cum autem*. 19. §. *perveniamus* 13. *ff. de aur. & arg. legat. L. ſed ſi meis*. 20. §. 1. *ff. de acqu. rer. dom. L. in rem*. 23. §. *ſi quis rei*. 2, *cum aliquot* §§. *ſeqq. ff. de Rei vindic. c. acceſſorium*, 42. *de reg. jur. in* 6. Interim tamen domino purpuræ datur actio furti & condictio furtiva adverſus eum qui purpuram furtim ſurripuit, non obſtante eo quòd purpura veſtimento alieno intexta, videatur extincta. Siquidem res extinctæ licèt non poſſint vindicari: eò quòd olim neceſſe erat, res illas, quæ vindicantur, exhiberi & demonſtrari in judicio: attamen poſſunt condici, hoc eſt, actione in perſonam peti, ut in qua ejuſmodi rei, quæ petitur, exhibitio non deſideretur: cùm illa non in rem immediatè & principaliter, ſed in perſonam nobis obligatam dirigatur. §. 1. & §. *appellamus*. 15. *infra de action.*

*Intextura.*

§. Si

*§. Si duorum materia.* 27.

Octavus acquirendi dominii jure gentium modus, eſt *Confuſio & Commixtio.* De illa hic agitur; de hac verò *in §. ſeq.* Confuſio nihil aliud eſt, quam duarum materiarum liquidarum invicem permixtio: nec refert, eædem materiæ ſint an diverſæ. L. *adeo.* 7. §. *voluntas.* 8. *& §. ſeq. ff. de acqu. rer. dom.* Cùm autem duorum materiæ confuſæ ſunt ſive voluntate dominorum ſive caſu fortuito, quicquid ex iſthac confuſione oritur, illud commune eſt inter ipſos pro indiviſo, & quidem pro rata quantitate, quam quiſque contulit, *hoc §. d. l. adeo.* 7 §. *voluntas.* 8. *&* L. *quicquid.* 27. *in fin ff. de acqu. rer. dom.* L. 5. *§ ult. & l. ſeq. ff. de rei vindic.* Sane quibus caſibus res liquidæ confuſæ ab artificibus iterum deduci ac ſeparari poſſunt. ſiquidem caſu fortuito ſit facta confuſio; corpus inde conflatum non fit commune duorum dominorum; ſed ſeparatione factâ, ſuum cuique reſtituitur. L. *idem Pomponius.* 5. §. 1. *verſ. ſed ſi pluribus. ff de Rei. Vind.* L. *laus.* 12. §. 1. *ff. de acqu. rer. dom.*

Confuſio.

*§. Quod ſi frumentum.* 28.

De Confuſione breviter dictum eſt: nunc de Commixtione tractat. Eſt au-

*Commixtio.*



Digitized by Google

tem commixtio, cùm corpora quæ miſcentur, diſcreta manent. Hujusque paulò eſt alia quàm confuſionis ratio. Si enim res voluntate utriuſque domini fuerint commixtæ: totum id corpus, quod ex commixtione iſta fit, utriuſque commune eſt, quemadmodum etiam de rebus confuſis *dictum in princip. §. præcedentis*: ſin caſu fortuito res commixtæ fuerint, tunc corpus illud nequaquam eſt commune, ſed ſingulæ res priſtinorum dominorum manent, ſecus atque in confuſione. Ratio diverſitatis hæc redditur: quia res illæ, quæ commiſcentur, ſic adſe invicem accedunt, ut ſimul quidem exiſtant, ſed ita tamen ut ſingulæ interim ſuam ſpeciem diſcretam retineant, ſingulaque corpora in ſua ſubſtantia perdurent, auctore hìc Juſtiniano. Cæterum res illæ, quæ confunduntur, ita coeunt, ut una res alteram ingrediatur, & viciſſim alterius partem in ſe recipiat, adeoque ex illa coitione unum corpus fiat. Quamobrem in rebus caſu confuſis nulla fit ſeparatio, cùm natura harum rerum ſeparationem fieri non patiatur. In rebus verò commixtis fit ſeparatio: ac ea propter, ſi alter totum illud corpus mixtum poſſideat, alter partem ſuam vindicare poterit.

rit. Quo facto judex, ſi quidem frumentum commixtum fuerit, non ſingula quidem grana diſcernet, & ſua cuique reſtituet: cùm id fieri plane nequeat: ſed frumentum cuivis jubebit reſtitui, quantum antea cujuſque fuit; ita tamen ut ſi alterius frumentum melius ſive pretioſius fuerit, rationẽ iſtius bonitatis habeat, atque huic plus quàm alteri reſtitui jubeat. *hoc §. in fin.* L. *idem Pomponius.* 5. *in princ. ff de Rei Vind.*

§. *Cùm in ſuo ſolo.* 29.

Nonus modus acquirendi dominium eſt *ædificatio*. Ædificat autem quiſpiam vel ex aliena materia in ſuo ſolo: vel ex ſua materia in ſolo alieno. Prior caſus hic explicatur: alter *infra §. proximo.* Si quis igitur ex aliena materia ſuo in loco ædificaverit, ædificium ſolo cedit, ſicq; ipſe, qui ædificavit, dominus ædificii intelligitur. Ratio manifeſta eſt: quia acceſſorium ſequitur jus & naturam ſui principalis, cui accedit. *c. acceſſorium.* 42. *de Reg. jur. in* 6. L. 2. *ff. de ſuperficieb.* Atqui ædificium eſſe acceſſorium, ſolum principale, cùm illud ſine hoc eſſe nequeat, in confeſſo eſt. L. *qui domum.* 50. *ff. ad L. Aquil.* *Ædificatio.*

L. *qui res ſuas.* 98 §. *ult. verſ.* non eſt hic ſimilis. ff. de ſolution. Etſi verò ædificium, quod ſuo quis in ſolo ex aliena materia extruxit, fit ædificantis, qui & ſoli eſt dominus; materia tamen ipſius non fit, ſed manet prioris domini, cujus & ante ædificationem fuit: ita tamen ut interim, quamdiu conſtat ædificium, ipſe materiam ſuam vindicare non poſſit nec ad exhibendum de ea re agere. *h.* §. & *L. adeo.* 7. §. *cum in ſuo.* 10. *ff. de acqu. rer. domin.* Idque ſpecialiter & contra communem regulam, quâ dominus rem ſuam ab alio detentam vindicare permittitur, L. *in rem.* 23. *in princ. ff. de rei vind.* receptũ eſt lege XII. tabul. quæ vetat materiam alienam ſive tignum ædibus junctum eximere. Ratio ſpecialitatis eſt favor Reipublicæ ac civitatis: ne videlicet ædificia diruantur, & ruinis civitas deformetur. *h.* §. *noſtro. verſ. quod ideò proviſum.* &c. L. 1. *ff. de tign. junct.* L. 2. *C. de ædific. privat.* L. *præſcriptio.* 6. *C. de oper. public.* Sanè eandem Lex XII. Tab. domino materiæ actionem conceſſit de tigno juncto, qua à domino ædificii duplum ſuæ materiæ conſequi potuit. *hoc* §. *noſtro* & *d. l. adeò.* 7. §. *cùm in ſuo.* 10. *ff. de A. R. D.* Cur duplum dominus materiæ conſequatur.

*Actio tigni juncti.*

tur, hæc videtur eſſe ratio: quia ſine ſuo facto carere materiâ ſuâ cogitur. Porrò quod dictum eſt, materiæ dominum non poſſe materiam ſuam vindicare, id verum eſt, quamdiu ædificium conſtat. Si enim id dirutum aut collapſum fuerit, atque ille nondum fuerit duplum actione de tigno juncto conſecutus: materiam vindicare non prohibetur: ceſſante nimirum lege XII. Tabul. ejuſque ratione, quæ antea vindicationem adimebat. *hoc §. noſtro. in fin. d. l. in rem. 23. §. ult. ff. de rei vindic.*

*§. Ex diverſo. 30.*

Expoſitum modò eſt ſupra, quid juris obtineat, ſi quis ex aliena materia ſuo in ſolo ædificarit: hîc alter affertur caſus quo quis ex ſua materia ædificat in ſolo alieno. Atque hic caſus in eo quidem ſuperiori ſimilis eſt, quòd utrobiq; ædificium ſive ſuperficies cedit ſolo: ſed in eo differunt, quod in illo priori caſu manet materia prioris domini, licet conſtante ædificio propter legis XII. Tab. prohibitionem vindicari nequeat: in hoc verò poſteriori caſu materia prioris domini non manet: quoniam voluntate ejus alienata intelligitur. *arg. L. cujus. 53. ff. de reg. jur.* verùm diſtin-

guendum eſt inter eum, qui mala fide atque ſciens ſolum alienum eſſe, ædificavit: & inter eum, qui bona fide ædificavit, ignorans ſcilicet ſolum eſſe alienum: ut ille quidem materiæ æſtimationem, ſicut etiam mercedes fabrorum, non recipiat: hic verò recipiat eas atque exceptione doli mali obtineat. Nam ſi in poſſeſſione adhuc ſit ædificii, & dominus ſoli ab eo ædificium ſibi, tanquam domino cedi petat, opponere domino poterit exceptionem doli mali, dicendo: Tu dolo malo facis, quod ædificium à me petis, nec tamen æſtimationem ac mercedem fabrorum offerre paratus es: *h. §.* & L. *adeo.* 7. *§ ex diverſo.* 12. *ff. de acqu. rer. Domin.* adeoque locupletari deſideras cum meo incommodo & jacturâ, contra æquitatem naturalem. L. *nam hoc natura.* 14. *ff. de Condict. indeb.* L. *jure naturæ.* 246. *ff. de reg. Iur.*

**Exceptio doli mali.**

*§. Si Titius alienam. 31.*

**Plantatio.**

Planta in ſolo alieno poſita, ad inſtar ædificii, de quo ſupra dictum, illius eſt, cujus eſt ſolum: ſi modo coaluerit, & in id radices egerit. *h. §. noſtro.* & L. *adeò.* 7. *§. ult.* L. *ſed ſi meis.* 26. *§. arbor.* 2. *ff. de A. R. D.* & L. *idem Pomponius.* 5.

§. de

*§. de arbore. 3. ff. de rei vindic.* Hujuſque acquiſitionis ratio eſt, quòd credibile ſit, alio terræ alimento aliam factam fuiſſe arborem, vel quam aliam plantam: *d. l. ſed ſi meis. 26. §. 2. ff. de acqu. rer. dom.* Quia verò ejus eſt planta & arbor, cujus in fundum radices egit; inde conſequens eſt, arborem in confinio, ſive (quod idem eſt) prope confinium poſitam vicinorum eſſe communem, ſi in utriuſque vicini fundum radices egerit, *hoc §. noſtro. in fin. d. l. adeo. 7. §. fin. &* L. *ſeq. ff. de acqu. rer. dom.* & l. ult. ff. quod vi aut clam. At ſi arbor vel alia planta non ſit in confinio poſita, licet utrinque radices egerit: non tamen eſt communis, ſed ejus tantum, in cujus fundo illius origo fuerit. L. *ſi plures. 6. ff. arbor. furt. caſar.*

*§. Qua ratione. 32.*

Quod de planta dictum eſt, idem & in ſatione obtinet. Frumenta ſiquidem, quæ ſata ſunt, domino ſoli cedunt, eâdemque ratione, qua ædificium ſolo & plantam terræ cedere, *ſupra §. proximo oſtenſum eſt, hoc §. noſtro. &* L. *qua ratione. 9. in princ. ff. de acq. rer. dom.* De impenſis quoq; factis ab eo qui alienum agrum bonâ fide *Satio.*

atque ignorans conſevit, idem jus eſt, ut ſcilicet per exceptionem doli eas ſervare poſſit: ne videlicet alter cum detrimento alterius locupletetur. Quod ſi verò malâ fide & ſciens alienum quis fundum coluerit ac conſeverit, hæc exceptio ei haud proderit: cùm ſibi imputare debeat, quod frumentum ſuum in alieno fundo ſevêrit, L. *ſin autem.* 27. §. *in rem.* 5. *&* L. *ſumptus.* 48. *ff. de Rei Vindic.* adeoque damnum, quod ſuâ culpâ ſentit, ſentire non intelligatur. *L. quod quis* 203 *ff. de reg. jur.*

§. *Literæ quoq;.* 33.

*Scriptura.* Quemadmodum ædificium ſolo, planta terræ, & frumentum agro cedunt: ita & literæ, quantumvis precioſiores, chartæ, tanquam acceſſio principali, cedere dicuntur, *hoc* §. *&* L. *qua ratione.* 9. §. 1. *ff. de acquir. rer. dom.* L. 3. §. *pen. ff ad exhib.* L. *in rem.* 23. §. *Sed & id.* 3. *ff. de rei vindic.* Quod tamen & ipſum cum hoc moderamine accipi debet, ut bonæ fidei ſcriptor & poſſeſſor impenſas ſcripturæ exceptione doli mali conſequatur, *Iuribus modò allegatis.*

§. *Si quis in aliena.* 34.

*Pictura.* De acquiſitione tabulæ pictæ hic traditur, eam cedere picturæ. L. *qua ratione,* 9. §. *ſed non uti literæ.* 2. *ff. de acqu.* rer.

*rer. dom.* ob eam rationem, quòd ridiculum ſit, elegantiſſimam præſtantiſſimamq; imaginem ſive picturam cedere viliſſimæ tabulæ, cùm plerumque plus ſit in manus pretio, ſive artificio, quàm in re ipſa. L. *mulieris*. 13. §. 1. *ff. de Verb. ſignif.* Ex qua ratione perſpicitur; hoc in pictura (propter inſignem ſcilicet artem pictoriam, quæ olim in ſummo pretio habebatur) ſpecialiter eſſe receptum contra regulam juris communis, quâ acceſſorium principali cedit. L. *in rem*. 23. §. *ſed & id*. 3. *ff. de Rei Vind. c. acceſſorium*. 42. *de Reg. jur. in 6.* Ubi tamen obſervandum eſt: quòd ſi dominus tabulæ eum poſſideat, pictor eandem tabulam vindicare queat, ſi modò pretium tabulæ ſolvere ſit paratus: alioqui per exceptionem doli mali ſubmovebitur. Quod ſi pictor tabulam poſſideat: dominus tabulæ utilem vindicationem habet adverſus pictorem, impenſamque picturæ ſolvere cogitur. At ſi dominus pretium picturæ non offerat, exceptione doli mali repelletur à pictore, dummodo is bona fide, hoc eſt, ignorans alienam eſſe tabulam, pinxerit. Quòd ſi furto tabula ſurrepta fuerit: habebit dominus tabulæ inſuper

atque ignorans conſevit, idem jus eſt, ut ſcilicet per exceptionem doli eas ſervare poſſit: ne videlicet alter cum detrimento alterius locupletetur. Quod ſi verò malâ fide & ſciens alienum quis fundum coluerit ac conſeverit, hæc exceptio ei haud proderit: cùm ſibi imputare debeat, quod frumentum ſuum in alieno fundo ſevèrit, L. *ſin autem*. 27. §. *in rem*. 5. & L. *ſumptus*. 48. *ff. de Rei Vindic.* adeoque damnum, quod ſuâ culpâ ſentit, ſentire non intelligatur. *L. quod quis* 203 *ff. de reg. jur.*

§. *Literæ quoq;*. 33.

*Scriptura.* Quemadmodum ædificium ſolo, planta terræ, & frumentum agro cedunt: ita & literæ, quantumvis precioſiores, chartæ, tanquam acceſſio principali, cedere dicuntur, *hoc* §. & L. *qua ratione*. 9. §. 1. *ff. de acquir. rer. dom.* L. 3. §. *pen. ff. ad exhib.* L. *in rem*. 23. §. *Sed & id*. 3. *ff. de rei vindic.* Quod tamen & ipſum cum hoc moderamine accipi debet, ut bonæ fidei ſcriptor & poſſeſſor impenſas ſcripturæ exceptione doli mali conſequatur, *Iuribus modò allegatis*.

§. *Si quis in aliena*. 34.

*Pictura.* De acquiſitione tabulæ pictæ hic traditur, eam cedere picturæ. L. *qua ratione*. 9. §. *ſed non uti literæ*. 2. *ff. de acqu. rer.*

*ter. dom.* ob eam rationem, quòd ridiculum ſit, elegantiſſimam præſtantiſſimamq́; imaginem ſive picturam cedere viliſſimæ tabulæ, cùm plerumque plus ſit in manus pretio, ſive artificio, quàm in re ipſa. L. *mulieris.* 13. §. 1. *ff. de Verb. ſignif.* Ex qua ratione perſpicitur; hoc in pictura (propter inſignem ſcilicet artem pictoriam, quæ olim in ſummo pretio habebatur) ſpecialiter eſſe receptum contra regulam juris communis, quâ acceſſorium principali cedit. L. *in rem.* 23. §. *ſed & id.* 3. *ff. de Rei Vind. c. acceſſorium.* 42. *de Reg. jur. in 6.* Ubi tamen obſervandum eſt: quòd ſi dominus tabulæ eum poſſideat, pictor eandem tabulam vindicare queat, ſi modò pretium tabulæ ſolvere ſit paratus: alioqui per exceptionem doli mali ſubmovebitur. Quod ſi pictor tabulam poſſideat: dominus tabulæ utilem vindicationem habet adverſus pictorem, impenſamq́ue picturæ ſolvere cogitur. At ſi dominus pretium picturæ non offerat, exceptione doli mali repelletur à pictore, dummodo is bona fide, hoc eſt, ignorans alienam eſſe tabulam, pinxerit. Quòd ſi furto tabula ſurrepta fuerit: habebit dominus tabulæ inſuper

atque ignorans conſevit, idem jus eſt, ut ſcilicet per exceptionem doli eas ſervare poſſit: ne videlicet alter cum detrimento alterius locupletetur. Quod ſi verò malâ fide & ſciens alienum quis fundum coluerit ac conſeverit, hæc exceptio ei haud proderit: cùm ſibi imputare debeat, quod frumentum ſuum in alieno fundo ſevĕrit, L. *ſin autem.* 27. §. *in rem.* 5. *&* L. *ſumptus.* 48. *ff. de Rei Vindic.* adeoque damnum, quod ſuâ culpâ ſentit, ſentire non intelligatur. *L. quod quis* 203 *ff. de reg. jur.*

§. *Literæ quoq;.* 33.

*Scriptura.* Quemadmodum ædificium ſolo, planta terræ, & frumentum agro cedunt: ita & literæ, quantumvis precioſiores, chartæ, tanquam acceſſio principali, cedere dicuntur, *hoc* §. *&* L. *qua ratione.* 9. §. 1. *ff. de acquir. rer. dom.* L. 3. §. *pen. ff ad exhib.* L. *in rem.* 23. §. *Sed & id.* 3. *ff. de rei vindic.* Quod tamen & ipſum cum hoc moderamine accipi debet, ut bonæ fidei ſcriptor & poſſeſſor impenſas ſcripturæ exceptione doli mali conſequatur, *Iuribus modò allegatis.*

§. *Si quis in aliena.* 34.

*Pictura.* De acquiſitione tabulæ pictæ hic traditur, eam cedere picturæ. L. *qua ratione.* 9. §. *ſed non uti literæ.* 2. *ff. de acqu. rer.*

*tur. dom.* ob eam rationem, quòd ridiculum ſit, elegantiſſimam præſtantiſſimamq; imaginem ſive picturam cedere viliſſimæ tabulæ, cùm plerumque plus ſit in manus pretio, ſive artificio, quàm in re ipſa. L. *mulieris*. 13. §. 1. *ff. de Verb. ſignif.* Ex qua ratione perſpicitur; hoc in pictura (propter inſignem ſcilicet artem pictoriam, quæ olim in ſummo pretio habebatur) ſpecialiter eſſe receptum contra regulam juris communis, quâ acceſſorium principali cedit. L. *in rem*. 23. §. *ſed & id.* 3. *ff. de Rei Vind. c. acceſſorium*. 42. *de Reg. jur. in* 6. Ubi tamen obſervandum eſt: quòd ſi dominus tabulæ eum poſſideat, pictor eandem tabulam vindicare queat, ſi modò pretium tabulæ ſolvere ſit paratus: alioqui per exceptionem doli mali ſubmovebitur. Quod ſi pictor tabulam poſſideat: dominus tabulæ utilem vindicationem habet adverſus pictorem, impenſamq́ue picturæ ſolvere cogitur. At ſi dominus pretium picturæ non offerat, exceptione doli mali repelletur à pictore, dummodo is bona fide, hoc eſt, ignorans alienam eſſe tabulam, pinxerit. Quòd ſi furto tabula ſurrepta fuerit: habebit dominus tabulæ inſuper

atque ignorans conſevit, idem jus eſt, ut ſcilicet per exceptionem doli eas ſervare poſſit: ne videlicet alter cum detrimento alterius locupletetur. Quod ſi verò malâ fide & ſciens alienum quis fundum coluerit ac conſeverit, hæc exceptio ei haud proderit: cùm ſibi imputare debeat, quod frumentum ſuum in alieno fundo ſevêrit, L. *ſin autem.* 27. §. *in rem.* 5. *&* L. *ſumptus.* 48. *ff. de Rei Vindic.* adeoque damnum, quod ſuâ culpâ ſentit, ſentire non intelligatur. *L. quod quis* 203. *ff. de reg. jur.*

§. *Literæ quoq;.* 33.

*Scriptura.* Quemadmodum ædificium ſolo, planta terræ, & frumentum agro cedunt: ita & literæ, quantumvis precioſiores, chartæ, tanquam acceſſio principali, cedere dicuntur, *hoc* §. *&* L. *qua ratione.* 9. §. 1. *ff. de acquir. rer. dom.* L. 3. §. *pen. ff ad exhib.* L. *in rem.* 23. §. *Sed & id.* 3. *ff. de rei vindic.* Quod tamen & ipſum cum hoc moderamine accipi debet, ut bonæ fidei ſcriptor & poſſeſſor impenſas ſcripturæ exceptione doli mali conſequatur, *Iuribus modò allegatis.*

§. *Si quis in aliena.* 34.

*Pictura.* De acquiſitione tabulæ pictæ hic traditur, eam cedere picturæ. L. *qua ratione.* 9. §. *ſed non uti literæ.* 2. *ff. de acqu.*

*rer.*

Digitized by Google

*rer. dom.* ob eam rationem, quòd ridiculum ſit, elegantiſſimam præſtantiſſimamq; imaginem ſive picturam cedere viliſſimæ tabulæ, cùm plerumque plus ſit in manus pretio, ſive artificio, quàm in re ipſa. L. *mulieris.* 13. §. 1. *ff. de Verb. ſignif.* Ex qua ratione perſpicitur; hoc in pictura (propter inſignem ſcilicet artem pictoriam, quæ olim in ſummo pretio habebatur) ſpecialiter eſſe receptum contra regulam juris communis, quâ acceſſorium principali cedit. L. *in rem.* 23. §. *ſed & id.* 3. *ff. de Rei Vind. c. acceſſorium.* 42. *de Reg. jur. in* 6. Ubi tamen obſervandum eſt: quòd ſi dominus tabulæ eum poſſideat, pictor eandem tabulam vindicare queat, ſi modò pretium tabulæ ſolvere ſit paratus: alioqui per exceptionem doli mali ſubmovebitur. Quod ſi pictor tabulam poſſideat: dominus tabulæ utilem vindicationem habet adverſus pictorem, impenſamq́ue picturæ ſolvere cogitur. At ſi dominus pretium picturæ non offerat, exceptione doli mali repelletur à pictore, dummodo is bona fide, hoc eſt, ignorans alienam eſſe tabulam, pinxerit. Quòd ſi furto tabula ſurrepta fuerit: habebit dominus tabulæ inſuper



Digitized by Google

*ter. dom.* ob eam rationem, quòd ridiculum ſit, elegantiſſimam præſtantiſſimamq; imaginem ſive picturam cedere viliſſimæ tabulæ, cùm plerumque plus ſit in manus pretio, ſive artificio, quàm in re ipſa. L. *mulieris.* 13. §. 1. *ff. de Verb. ſignif.* Ex qua ratione perſpicitur; hoc in pictura (propter inſignem ſcilicet artem pictoriam, quæ olim in ſummo pretio habebatur) ſpecialiter eſſe receptum contra regulam juris communis, quâ acceſſorium principali cedit. L. *in rem.* 23. §. *ſed & id.* 3. *ff. de Rei Vind. c. acceſſorium.* 42. *de Reg. jur. in 6.* Ubi tamen obſervandum eſt: quòd ſi dominus tabulæ eum poſſideat, pictor eandem tabulam vindicare queat, ſi modò pretium tabulæ ſolvere ſit paratus: alioqui per exceptionem doli mali ſubmovebitur. Quod ſi pictor tabulam poſſideat: dominus tabulæ utilem vindicationem habet adverſus pictorem, impenſamq́ue picturæ ſolvere cogitur. At ſi dominus pretium picturæ non offerat, exceptione doli mali repelletur à pictore, dummodo is bona fide, hoc eſt, ignorans alienam eſſe tabulam, pinxerit. Quòd ſi furto tabula ſurrepta fuerit: habebit dominus tabulæ inſuper

actionem furti adverſus eum, qui ſurripuit, ſive is ſit ipſe pictor, ſive alius. *h. §. noſtro in fin.*

*§. Si quis à non domino. 35.*

*Fructuũ perceptio.* Decimus modus acquirendi dominium jure gentium, eſt *perceptio fructuum* à bonæ fidei poſſeſſore facta. *L. bonæ fidei. 48. ff. de acqu. rer. dom. L. qui ſcit. 25. §. 1. & L. in pecudum. 28. ff. de uſur.*

*Bonæ fidei poſſeſſor.* Eſt autem bonæ fidei poſſeſſor, qui rem quidem poſſidet à non domino, quem dominum eſſe, aut jus rem diſtrahendi habere, exiſtimavit, ex juſta cauſa accepit. *hoc §. & L. bona fidei. 109. ff. de V. Signif.*

*Malæ fidei poſſeſſor.* Contrà malæ fidei poſſeſſor dicitur, qui novit eum à quo rem accepit, non fuiſſe dominum, nec jus diſtrahendi habuiſſe: adeoque nec ſe illius rei, quam detinet, dominum eſſe. *arg. §. de iis. 4. verſ. deinde quia ſcit. infr. per quas perſon. cuiq; adquir. L. ſi ab eo. 12. L. non ſolùm. 33. §. 1. ff. de uſurpat. & uſucap. L. qui fundum. 7. §. qui ſciens. 5. ff. pro empt. cum ſimilibus.*

*Fructus naturales & induſtriales.* Et quidem bonæ fidei poſſeſſor fructus perceptos omnes ſuos facit: adeoq; nullos, neq; naturales (qui ſua ſponte ſine facto hominis proveniunt) neque induſtriales (qui curam & culturam hominis requirunt),

runt) domino rei reſtituere tenetur. *d.l. bonæfidei.* 48 *ff. de A. R. D. d. l. qui ſcit.* 25. §. 1. *L. in pecudum.* 38. *ff. de uſur.* Nec obſtat hic §. noſter, ubi Imperator Juſtinianus ait, bonæ fidei poſſorem fructus ſuos facere pro cultura & cura. Nam & naturales fructus dicuntur curari, licèt minus principaliter id fiat. *L. fructus.* 7. §. *non ſolùm.* 9. *ff. ſolut. matrim.* Deinde exempli duntaxat gratia hoc loco fit fructuum induſtrialium mentio: propter quam generalis regula, quâ bonæ fidei poſſeſſor fructus perceptos facit ſuos, non eſt arctanda, ſed potiùs ejus interpretatio ex aliis locis petenda: ut ex *d. l. bonæ fidei.* 48. *ff. de acqu. rer. dom. d.* L. *qui ſcit.* 25. §. 1. *ff. de* U*ſur.* & concordantibus. Cæterum malæ fidei poſſeſſor nullos omninò fructus ſuos facit, ſed eos omnes, cujuſcunque ſint generis, domino reſtituere cogitur. *h.* §. *noſtro, in fin.* L. *fructus.* 33. *L. ſi navis.* 62. §. *ult. ff. de rei vind. L. domum.* 5. & L. *certum.* 22. *C. d. tit.* & *multis ſimilibus.* Ratio expedita eſt, quia iniquum eſſet, malitiam atque fraudem malæ fidei poſſeſſori lucroſam eſſe, eumque locupletari cum alterius jactura. L. *nam hoc natura.* 14. *ff. de Condict.*

*indeb.*

*indeb.* L. *plane.* 38. *ff. de hered. petit.* L. *jure naturæ.* 246. *ff. de Reg. jur.*

§ *Is verò apud quem.* 36.

*Differentia inter b. f. poſſeſſorem & uſufructuarium.*

Quamvis in fructibus percipiendis magna ſit bonæ fidei poſſeſſoris & uſufructuarii convenientia ac ſimilitudo: in eo tamen maximè differunt; quòd bonæ fidei poſſeſſor fructus faciat ſuos, non ſolùm ſi ipſe eos perceperit; verùm etiam ſi alius; hoc eſt, quoquo modo illi à ſolo ſive fundo ſeparati fuerint: fructuarius autem fructus ſuos non faciat, antequam ipſe eos perceperit, hoc eſt, per ſe vel per alium ſuo nomine à ſolo aut arbore ſeparaverit. *hoc* §. L. *qui ſcit.* 25. §. 1. *verſ. præterea. ff. de Uſur.* L. *bonæ fidei.* 48. *in pr. verſ. deniq; ff. de acquir. rer. dom* L. *arboribus.* 12. §. *Julianus.* 5. *ff. de Uſufruct.* L. *fructuarius.* 13. *ff. quib. mod. uſusfr. amitt. l. ſi ejus fundi.* 78. *ff. de Rei Vind.* Unde ſi fructuarius moriatur, fructibus adhuc pendentibus ſive ſtantibus, quantumvis ſint maturi, eos ad heredes non tranſmittit: ſed manent apud dominum proprietatis, ad eumque pertinent, hoc §. noſtro. At bonæ fidei poſſeſſor, eos ad heredes tranſmittit. *d.* L. *qui ſcit.* 25. §. 1. *ff de Uſur. d.* L. *bonæ fidei.* 48. *in pr. ff. de acquir. rer. domin.* Cujus diverſitatis hæc eſt

eſt ratio: quia uſusfructus eſt jus perſonale, & cum perſona extinguitur. *§. finitur. 3. infr. de Uſufr.* ac proinde ad heredes uſufructuarii non tranſmittitur. Bonæ fidei autem poſſeſſio eſt jus in rem, ſicut ipſum dominium: ideoq; ad heredes tranſit. *arg.* L. *nihil eſt aliud. 24. ff. de* V. *Signif. & L. hereditas. 62. ff. de Reg. jur.* Porro quod de uſufructuario diximus; idem ferè de colono (qui ſcilicet prædium publicum colendum conduxit) dicendum eſſe, Imper Juſtin. *hic in fine* adſtruit. Rectè autem addit Imp. reſtrictivam particulam ferè; eo quòd non per omnia & in omnibus, fructuum nomine colonus & fructuarius comparantur. Morte ſiquidem fructuarii finitur uſus fructus *d. §. finitur. 3. infr. de Uſufr.* proindeque fructus pendentes ad heredes ejus nō pertinent; morte verò coloni jus conductionis non finitur, ſed ad heredem ejus tranſit: qui tempus conductionis abſolvet & fructus percipiet. *§. ult. infr. de* Locat. *& Cond.* L. *viam veritatis.* 10. L. *cùm conductorem.* 29. *& L. conductores.* 34. C. *de* Locat. *Conduct.*

*Colonus.*

*Differentia inter eum & fructuarium.*

*§. In pecudum.* 37.

Explicat hoc loco Juſtinianus Imper. quid fructuum nomine contineatur, & quid

quid non: ut cognoſcamus quid ad fructuarium pertineat, & quid ad dominum nudæ proprietatis. Nam quicquid in fructu non numeratur, id non ad fructuarium, ſed ad proprietarium pertinere conſtat. Ait autem Imper. in fructu eſſe tum fætum pecudum, tum lac, pilos & lanam: in hominis verò fructu partum non eſſe: & ideo nec ei, qui uſumfructum ancillæ habet, eam ve bonâ fide poſſidet, acquiri ſed domino proprietatis cedere. L. *in pecudum*. 28. *ff. de Uſur. L. vetus fuit quæſtio*. 68 *ff. de Uſufr.* Ratio cur partus non ſit in fructu ancillæ, hæc eſt: Tum quòd abſurdum ſit, hominem in fructu eſſe, cujus gratiâ natura rerum omnes fructus comparaverit, *hoc §. noſtro in fin.* Tum quòd non temere ancillæ ejus rei causâ comparentur, ut pariant, ſed ut operas nobis præſtent. L. *ancillarum*. 27. *in pr. ff. de hered. petit.*

***In fructu quæ ſint.***

*§. Sed ſi gregis.* 38.

Ad officium ejus qui gregis & vinearum vel arborum uſumfructum habet, ſpectat, ut in locum demortuorum capitum, id eſt, ovium, boum, caprarum, porcorum, &c. alia novella ſummittat; itemque in locum demortuarum ſeu arefactarum arborum vel vitium, alias ſub-

***Subſtitutio in locum demortuorum capitum.***

ſubſtituat. L. *agri.* 18. L. *vetus.* 68. § *ult.* & LL. *ſeqq. ff. de uſufr.* L. *plerumque* 10. §. *ſed fatus.* 3. *ff. de jur. dot.* Cujus ratio eſt perſpicua: quia uſufructuarius in illa re, cujus habet uſum fructũ, ea facere tenetur, quæ ſunt boni patris familias, quæque ad conſervationem proprietatis finito uſufructu domino reſtituendæ, pertinent. *hoc §. noſtro in fin. L. ſi cujus.* 13. §. *fructuarius.* 4. *ff. de uſufr.*

§. *Theſauros.* 39.

Undecimus acquirendi dominii jure naturali, eſt I*nventio theſauri.* Eſt autem theſaurus, vetus quædam pecuniæ depoſitio, cujus non extat memoria, ut jam dominum non habeat. L. *nunquam.* 31. §. 1. *ff de acqu. rer. dom.* L. *un. C. de theſaur. lib.* X. Non eſt igitur propriè theſaurus illa pecunia, quam quis vel lucri vel metus vel cuſtodiæ cauſa condidit ſub terra, & à quo & quando ſit condita non ignoratur. *d. l. nunquam.* 31. §. 1. *ff. de acqu. rer. dom.* L *à tutore.* 67. *ff. de rei vindic.* L. *peregrè* 44. *in pr ff. de acqu. vel amit. poſſ.* Quod verò ad theſauri inventionem attinet; permultum intereſt, quo in loco ille ſit inven- *Theſauri inventio.*



Digitized by Google

ventus. Nam in loco proprio inventus, ex aſſe ipſius inventoris eſt, ſive fortuitò ſive datâ operâ inventus ſit: ſine tamen magicis artibus. *hoc §. noſtro. & d. L. un. C. de theſaur.* Quod ſi in loco ſacro aut religioſo, eoque privato & proprio fuerit theſaurus inventus, ita diſtinguitur, ut ſi caſu fortuito inventus ſit, in ſolidum inventori acquiratur: ſin datâ operâ, non in ſolidum inventori, ſed fiſco acquiratur: ne videlicet occaſio hoc ipſo præbeatur hominibus avaris effodiendi & violandi ſive profanandi loca ſacra aut religioſa. Cæterùm ſi in loco alieno inveniatur theſaurus, rurſus diſtinguitur: ut ſi fortuito caſu ſit inventus, dimidium domino fundi & dimidium inventori cedat: ſin datâ operâ, non inventori ſed domino fundi in totum acquiratur. Denique ſi theſaurus in loco fiſcali aut Cæſaris aut publico inveniatur, ſi caſu fortuito, ex ſemiſſe inventoris eſt, ex altero ſemiſſe fiſci aut Cæſaris: ſin datâ operâ, ex aſſe ſive totus Cæſaris vel fiſci erit. *hoc §. noſtro. d. l. un. C. de theſaur. & cap. un. in fin. tit. quæ ſint regal.* 56. *Lib. 2. Feud.*

§. *Per traditionem.* 40.

Duodecimus & ultimus modus acqui-

quirendi dominii jure gentium eſt *traditio.* Quæ nihil aliud eſt, quàm poſſeſſionis legitima translatio. *arg.* L. 3. *ff. de action. empt. &* L. *ſi rem tradi.* 28. *ff. de V. oblig.* Ejusque ſpecies duæ ſunt: Vera ſive propria traditio & quaſi ſive ficta vel impropria. L. *qui ſaxum.* 6. *ibi quaſi traditio. ff. de donat.* de hac *in §. interdum.* 44. *infr. h. t.* de illa *hoc agitur loco.* Propria igitur & vera traditio eſt, quæ in re mobili quidem fit de manu in manum datione: in re verò ſoli, in poſſeſſionem inductione. Hæc autem ut valeat, dominiumque transferat, ſequentia ſex requiruntur. I. ut res ſit, quæ tradi & poſſideri poſſit, id eſt, res corporalis. Res enim incorporalis ut tangi & poſſideri non poteſt, ita neque tradi. L. *ſervus.* 43. §. 1. *ff. de acqu. rer. dom.* L. *ſervitutes. pr.* 14. *ff de ſervitut. l.* 3. *ff. de acquir. vel amit poſſ.* II. ut fiat poſſeſſionis translatio & apprehenſio. Namque ex poſſeſſione dominium oritur. L. 1 §. 1. *ff. d. t.* ut etiam jus. L *ſi ex plagis.* 52. §. *in clivo.* 2. *ff. ad* L. *Aquil.* III. requiritur ut tradens ſit dominus, ut *hic in verb. voluntatem domini.* item *& à domino tradita. &c.* Si enim dominus non ſit, dominium in accipientem non transfert. Siquidem nemo plus juris in aliũ transferre

*Traditio.*

*Vera & propria.*

*Ejus requiſita.*

ferre poteſt, quàm ipſe habet. *L. traditio. 20. in pr. ff. de acqu. rer. dom.* L. *ſi noxale. 27. §. & his. 1. verſ. quia nullum. ff. de noxal. act.* L. *nemo plus juris. 54. 84.* L *nemo plus commodi. 120 & L. aliud. 160. in fin. ff. de. reg. jur.* IV. requiritur, ut dominus tradat eâ mente ac intentione, quòd velit dominium transferre in accipientem. *L. in omnibus. 55. ff. de oblig. & act.* Nam ut maximè dominus rem ſuam alteri tradat, ſi tamen animum transferendi dominii non habeat, vel ſi in tradendo erret: dominium in accipientem non tranſit: propterea quòd nemo errans rem ſuam amittit. L. *ſi procurator. 35. ff. de acqu. rer. domin.* V. requiritur ut dominus ſit is, qui liberam habeat rerum adminiſtrationem. Hæc quippe ſi cui interdicta ſit, ut pupillo, furioſis, prodigis, dominium non transfertur. *§. nunc admonendi. 2. infr. quib. alien. lic. vel non. L. obligari. 9. §. pupillus. 2. ff. de author. & Conſenſ. tut. cum ſimilibus* VI. & ultimò requiritur ut res ſit tradita ex juſta aliqua cauſa ſive titulo; velut ex cauſa donationis, dotis, emptionis, venditionis, Legati &c. Horum titulorum aliquis niſi ad traditionem acceſſerit, nuda ſolummo-

do

do dicitur traditio, quæ nunquam transfert dominium L. *nunquam.* 31. *ff. de acquir. rer. domin.* Porro res corporales cujuſcunque generis, id eſt, tam mobiles, quàm immobiles, tam prædia ſtipendiaria quàm tributaria; in provinciis poſita, quàm prædia Italica per traditionem alienari & transferri poſſunt. Sublata enim eſt hodie ea quæ inter illa olim erat, differentia. *hoc §. noſtro. L. un. C. de uſucap. transform.*

§. *Venditæ.* 41.

Res ex titulo Venditionis tradita, à rebus ex alia cauſa traditis in eo differt: quòd res ex aliis cauſis traditæ ſtatim fiunt accipientis: ex venditionis verò cauſa ſive titulo res tradita non ſtatim fit emptoris, ſed ſoluto demum venditori pretio, aut alio modo ei ſatiſfacto, velut ex promiſſore, id eſt, fidejuſſore vel pignore dato, vel fide de pretio habitâ, *hoc §. noſtro.* L. *quod vendidi.* 19. L. *ut res emptoris.* 53. *ff. de contrah. empt.* L. *procuratoris.* 5. §. *penult. ff. de tributor. action.* L. *arboribus* 12. *in fin. L. ſed etſi quid.* 25. §. 1. *ff. de Uſufr.* Cujus hæc eſt ratio: quòd, cùm in emptione hoc agatur, ut venditor pro

*Venditionis ab aliis traditionis titulis differentia.*

re

re precium accipiat, non præſumatur venditor prius rei ſuæ dominium in emptorem voluiſſe transferre, quàm aut pretium ipſi ſit ſolutum, aut alia ratione ejus nomine cautum vel ſatisfactum. Nemo enim ſuum jactare cenſetur. *L. cum de Indebito. 25. in pr. verſ. qui enim ſolvit. ff. de probat.*

### §. *Nihil autem intereſt. 42. cum §. ſequ. 43.*

Quod ſupra dictum eſt inter cætera ad validam traditionem neceſſarium eſſe, ut is qui tradit, ſit dominus rei, id hoc loco docet Imp. Juſtinianus, ita intelligendum eſſe, ut etiam ab alio voluntate & permiſſu domini res tradita alienari poſſit: puta à ſervo, à filio familias, ab amico, à procuratore cui libera univerſorum negotiorum adminiſtratio eſt conceſſa. L. *qua ratione. 9. §. nihil. 4 ff. de acquir. rer. domin.* L. *procurator, cui generaliter. 58. cum* L. *ſeq. ff. de procurator.* Ejuſque ratio in promptu eſt: quia quod quis per alium facit, ipſe facere videtur. *c. qui facit. 72. de Reg. jur. in 6.* L. *quod juſſu. 180. ff. eod.* L. *qui mandat. 56. ff. de ſolut.*

§. In.

§. *Interdum etiam.* 44.

De vera ſive propria traditione hactenus: ſequitur quaſi ſive ficta, quæ tantum valet, quantum vera traditio. Si enim rem meam, quam aliquis jam tum ex alia cauſa penes ſe habet, patior illius eſſe: tunc hæc patientia eſt vice traditionis, ita ut aliâ traditione ad ejus dominium transferendum opus non ſit. Exempli gratia: Commodavi tibi Codicem meum, vel meum librum: poſtea dominium illius forſan ex cauſa donationis in te transferre volo: quia Codicem vel librum iſtum jam tum apud te habes: non neceſſe eſt, ut tu mihi librum reſtituas, & ego eundem tibi ex cauſa donationis tradam, ſed ſufficit ad dominium transferendum, ut patiar illum librum te habere, tanquam dominum. L. *qua ratione.* 9. §. *Interdum.* 5. *ff. de acqu. rer. dom.* L. 1. §. *ſi juſſerim.* 21. *verſ. nam pro traditis. ff. de acqu. vel am. poſſ.* L. *certi.* 9. §. *ult. ff. de reb. cred. ſi cert. pet.*

*Quaſi traditio ſeu ficta.*

§. *Item ſi quis merces.* 45.

Proponitur hic aliud fictæ ſive imaginariæ traditionis exemplum. Etenim cum claves repræſentent ipſas merces, in horreo reconditas: traditis clavibus apud horreum vel in conſpectu horrei,

*Clavium traditio.*

ipſæ merces emptori traditæ, earumq; proprietas ac poſſeſſio translata videntur, etiamſi nondum emptor horreum aperuerit, mercesque apprehenderit. L. *clavibus*. 74. *ff. de contrah. empt. L. qua ratione*. 9. §. *item ſi merces*. 6. *ff. de A. R. D.* Sic & vina tradita videntur, cùm claves cellæ vinariæ emptori apud eandem cellam traditæ fuerint. L. 1. §. *pen. ff. de acqu. vel am. poſſ.*

§. *Hoc amplius*. 46.

Quemadmodum aliquando dominium ſine verâ traditione ſive nudâ voluntate transfertur in perſonam certam ut conſtat *ex §§. præcedentibus*: ita etiã interdum dominium transfertur, quàmvis dominus voluntatem transferendi rem ſuam in perſonam certam non contulerit: ut cùm Prætores & Conſules olim primo & ultimo die Magiſtratus ſui, hodieque Imperatores & Reges die Coronationis, Miſſilia ſeu pecuniam jactant ſparguntque in vulgus: etſi ignorent, quantum quisque ex ea pecunia ſit excepturus: quia tamen volunt, quod quisque acceperit, ejùs eſſe, ſtatim illi qui pecuniam apprehendit, dominium acquiritur: ſicq; iſthæc

*Iactatio miſſilium*

Digitized by Google

iſthæc ſparſio & jactatio miſſilium ſive pecuniæ, loco traditionis habetur. *hoc §. noſtro & L. quaratione §. hoc amplius. 7. ff. de acqu. rer. dom.*

§. *Quaratione.* 47.

Cum miſſilium jactatione & ſparſione haud inconvenienter comparantur res pro derelicto habitæ. *hoc § & L. ſi id quod. 5. §. 1. ff. pro derelicto.* Ut enim illic is, qui ſpargit, ita & hîc is, qui derelinquit, eo animo rem abjicit, ut nolit amplius eſſe ejus dominus: & uterqꝫ ſtatim poſt abjectionem illius dominus eſſe deſinit, etiamſi antequam alius rem occupaverit. *L. 2. in fin. ff. d. t.* L. *falſus. 43 §. quod ſi dominus. 5. ff. de furt.* Deinde hi duo in eo quoque ſunt ſimiles: quòd ignorant, quis rem abjectam ſit occupaturus; præterea quemadmodum ille, qui ex miſſilibus aliquid excipit, ita & ille, quia rem ab alio derelictam occupat, continuò ejus dominus efficitur. *h. §. noſtro.* L. 1. *& d. l. ſi id quod 5. § 1. ff. pro derelict.*

*Res pro derelicto habitæ.*

§. *Alia ſanè.* 48. *ſive finali.*

Inter res pro derelicto habitas, non referendæ ſunt res, quæ in tempeſtate naufragii metu in mare projiciuntur.

*Res naufragorũ.*

 Hæ

Hæ enim pro derelictis non habentur, nec occupantibus acquiruntur: ſiquidem haud eo animo ejiciuntur, quòd nolit quis eas amplius in numero rerum ſuarum habere: ſed potius quòd faciliùs una cum navi periculum maris ac tempeſtatis ſalvus & incolumis effugere queat. *hoc §. noſtro. L. qua ratione. 4. §. ult. L. quacunq; 58. ff. de acquir. rer. dom. L. 2. §. ult. & L. qui levandæ. 8. ff. ad L. Rhod. de jact.* Si quis ergo res iſtas fluctibus maris expulſas exceperit, & lucrandi animo detinuerit, furtum committit. *hoc §. noſtro. verſ. qua de cauſa. & L. falſus. §. ſi jactum. 11. ff. de furt.* Idemque obtinet in iis rebus, quæ in via de rheda currente non animadverſæ excidunt. hoc §. noſtro, in fin. Nam & has qui ſuſtulit, ſuas non facit; ſed ſi quidem lucrandi animo ſuſtulit, furti obſtringitur. Idque ut evitetur, debet publicè ſignificare ſe inveniſſe. *L. 3. in pr. ff. de incend. ruin. naufrag. d. L. falſus. 43. §. proinde. 8. ff. de furt.*

*De Rheda decidentes.*

De

# De Rebus Corporalibus & Incorporalibus.

## Tit. II.

### *Ad princip. Tit.*

DE Acquiſitione rerum corporaliũ & quidem ex jure naturali ſeu gentium huc uſque explicatum eſt. Nunc priuſquam de rerum incorporalium acquiſitione, deque modis juris Civilis tractetur, nova rerum diviſio, quâ tractatio iſthæc fiat dilucidior, hîc interjicitur. Res igitur omnes aut corporales ſunt, aut incorporales. *L.* 1. *§.* 1. *ff. de Rer. diviſ. §. tam autem corporales.* 21. *infra. de* Legat. Corporales res dicuntur, quæ ſub ſenſus exteriores cadunt, ſive quæ cerni oculis & tangi manibus poſſunt: taleſque ſunt res ſingulæ tam ſoli ſive immobiles, quàm mobiles; quarum exempla enumerantur *hic in §.* 1. *& d. L.* 1. *§.* 1. *ff. de Rer. diviſ.* Incorporales verò ſunt, quæ tangi demon-

*Rerum diviſio in Corporales & incorporales*



Digitized by Google

monſtrarive non poſſunt: cerni tamen animo atque intelligi queunt: taleſque ſunt res, quæ in jure conſiſtunt, ſive quæ ſine ullo corpore juris intellectum habent, id eſt, omnia jura: qualia ſunt hereditas, uſusfructus, uſus & obligationes quoquo modo contractæ. §. 2. *h. d. t.* L. 1. § 1. *ff. d. t.* L. *hereditas.* 50. *in pr. ff. de petit. hered.* Nec obſtat, quòd res quæ ſunt in hereditate ſint corporales, ut & fructus, qui ex fundo ratione uſusfructus percipiuntur, itemque res quæ ex obligatione debentur. Aliud enim eſt hereditas, & aliud res hereditaria: aliud item eſt uſusfructus, & aliud fructus qui per Uſumfructum ex fundo percipiuntur: aliud denique eſt obligatio ipſa & aliud res ex obligatione debita. Hereditas quippe ipſa jus eſt, L. *nihil eſt aliud.* 24. *ff. de V. Sign.* & L. *hereditas.* 62. *ff. de R. Iur.* ut & uſusfructus. *initiò tit. infr. de Uſufr.* & L. 1. *ff. eod.* & obligatio *per princ. tit. infr. de obligat.* ac proinde res Incorporalis. At res quæ ſunt in hereditate, & fructus qui ratione uſusfructus percipiuntur, & res quæ ex obligatione debentur, corporales ſunt, auctore Juſtiniano, *in d.* §. 2. *h. t.* Præterea ad res Incorporales quo-

quoque pertinent Servitutes urbanæ & ruſticæ, §. ult. h. t. quæ & ipſa jura ſunt, atque in mero jure conſiſtunt: de quibus in titulis proximè ſequentibus dicetur copioſiùs.

---

# De Servitutibus Ruſticorum & Urbanorum prædiorum.

## Tit. III.

### *Ad princip. Tit.*

EXpoſitâ rerum Corporalium & incorporalium diviſione, pergit porrò Imper. Juſtinianus tractare de ſervitutibus, utpote quas rerum Incorporalium numero cenſeri, ad finem præcedentis tituli dixerat. Cæterùm longe alia eſt ſervitutum in hoc quàm in ſuperiore libro, ſignificatio. Ibi enim ſervitus ſtatum hominum ſignificat, cùm quis alieno dominio contra naturam ſubjicitur, *§. 2. & 3. ſupr. tit. de jure perſon.* hîc verò reſpectu rei dicitur, & nihil aliud, quàm qualitas prædii eſſe videtur, cujus *Servitus prædiorum quid.*



Digitized by Google

poteſtate prædium prædio vel homini ſervit: indeque ſervitus alia perſonarum, alia rerum, ſive prædiorum vocatur. *L. 1. ff. de ſervitut.* Hæcque ruiſus vel ruſtica perhibetur vel urbana. Ruſtica ſervitus eſt quæ ab alieno prædio debetur prædio noſtro ruſtico. Hujuſque ſpecies maximè uſitatæ quatuor hoc in principio referuntur: iter nimirum, actus, via, aquæductus. Iter ab eundo dictum, eſt jus per prædium ſeu agrum alienum eundi, ambulandi hominis, non etiam jumentum agendi vel vehiculum, *hic &* L. 1. *in pr. ff. de ſervit. præd. ruſtic.* Etenim alienum fundum ſine permiſſu domini ingredi non licet, *§. feræ igitur. 12. verſ. planè & §. apium. 14. ſupr. de rer. diviſ.* Si igitur aliquis facultatem dederit domino vicini prædii, ut is ad ſuum prædium poſſit per ipſius ire, ambulare: dicitur vicino ſervitutem itineris conſtituiſſe, prædioque ſuo ſervitutem hanc, quam vicino prædio præſtet, impoſuiſſe. Ire autem non tantum ille cenſetur, qui pedibus it; ſed etiam qui ſellâ, lecticâ aut equo incedit, vel navi ad fundum portatur. *L. qui ſellâ. 7. L. inter actum. 12 L. via. 23. §. 1. ff. de Servit. præd. ruſt.* L. 1. *§. hæc interdicta. 7. ff. de aqu. quotid. & æſtiv.*

*Ejus diviſio in Ruſticum & Urbanum.*

*Iter*

Illa

Illa porrò verba (*non etiam jumentum agendi vel vehiculum*) ita definitioni adduntur, ut hæc ſervitus itineris diſcernatur à ſervitute actus, quâ & ipſa hoc quidem continetur, ut cui conſtituta eſt, ei liceat ire, ambulare per alterius fundum: verùm hoc non ſolùm, ſed præterea etiam jumentum agere vel vehiculum. Ideoq́ue in continenti hoc loco ſubjicitur; Actum eſſe jus, id eſt, potеſtatem agendi jumentum vel vehiculum: ſubintellige per prædium alienum ad ſuum vicinum prædium. Hincq; apparet, actus pleniorem eſſe ſervitutem, quàm itineris, & actum in ſe continere iter. Cui enim conceditur id, quod majus eſt, eidem utiq; conceditur etiam illud quod minus eſt. *L. non debet.* 21. *ff. de reg. jur. c. cui licet.* 53. *eod. tit. in* 6. Via, à vehendo dicta, eſt jus eundi & agendi & ambulandi. *hoc princ. & d. L.* 1. *verſ. via ff. de Servit. præd. ruſtic.* principaliter ſcilicet ac nominatim conceſſum. Cujac. *Lib.* 22. *Obſervat. c.* 35. Duaren. *Lib.* 1. *Diſputat. anniverſ. c.* 31. Unde ſequitur, viam in ſe continere & actum & iter, auctore hîc Juſtiniano & Ulpiano *in d. l.* 1. *in princ. verſ. via. ff. de S. P. R.* Aquæductus denique eſt jus aquæ ducendæ per

*Actus.* *Via.* *Aquæductus.*



Digitized by Google

fundum alienum. *hoc princ. in fin. & d. l. 1. in fin. princ. ff. d. t.* ſcilicet ad certum fundi dominantis uſum, quæ pertineat, non etiam quæ aliò ducatur. L. *ergo.* 5. *in fin. ff. eod. tit.* L. 1. §. *præterea.* 12. *ff. de aqu. quotid. & æſtiv.* Cæterum ſi non deſtinata ſit pars, per quam ducatur aqua: totum fundum ſervire, Paulus reſpondit, L. *ſi mihi.* 21. *ff. de S. P. R.*

## §. *Prædiorum Urbanorum,* 1.

Urbana ſervitus eſt, quæ ædificiis inhæret & habitationi inſervit, *hoc §. noſtro & tot. tit. ff. de Servit. præd. Urban.* Ejuſmodi ſervitus eſt ſervitus oneris ferendi, ſervitus fluminis, ſervitus altius tollendi, & ſervitus non officiendi luminibus. *hoc §. noſtro. verſ. item Urbanorum.* L. 1. & 2. *ff. de S. P. U.* Servitus oneris ferendi eſt jus quo onera vicini alicujus columna vel paries ferre & ſuſtinere cogitur. Hujuſque ſervitutis proprium eſt; quod is qui eam debet, columnam vel parietem ſuum reficere tenetur. L. *eum debere.* 33 *ff. d. t.* L. *etſi forte.* 6. §. 2. *ff. ſi ſervit. vindic.* Servitus tigni immittendi eſt jus, quo vicinus tignum ſive trabem aliquam

*Servitus oneris ferendi.*

*Tigni immittendi.*

ex ædibus ſuis in vicini ædes immittere, hoc eſt, porrigere poteſt. L. *hoc quod dictum*. 25 *ff. de* S. P. U. L. *ſicut*. 8. §. 1. *ff. ſi ſervit. vindic.* Servitus ſtillicidii eſt duplex, avertendi & non avertendi. Servitus ſtillicidii avertendi eſt jus, quo vicinus aquam quæ de cœlo in tectum ſuum cadit, in ædes vel aream vel cloacam vicini avertere & derivare poteſt, ita ut vicinus illam recipere cogatur, *hoc* §. *noſtro. verſ. item Urbanorum.* & L. 2. *ff. de ſervit. præd. urban.* Servitus ſtillicidii non avertendi eſt jus quo vicinus ſtillicidium ſuum in ædes vel aream vel cloacam vicini avertere prohibetur: cùm fortè ex lege vel conſuetudine loci, vel contractu aliquo vicinus ſtillicidium vicini recipere teneretur, *hoc* §. *noſtro, ibi, vel non recipiat,* & *d.* L. 2. *ibi, aut non avertendi ff. d. t.* *Donell.* Lib. 11. *Comment. de jur. Civil. c.* 5. *pag.* 572. Servitus fluminis itidem duplex eſt; fluminis ſcilicet avertendi & non avertendi. Servitus fluminis avertendi eſt jus, quo vicinus pati cogitur, ut aqua pluvia in canalem

*Stillicidii avertendi.*

*Stillicidii non avertendi.*

*Fluminis avertendi.*

vel alveum vicini plumbeum ſeu ligneū recepta in ſuas ædes, aream, vel cloaeam cum impetu feratur, *arg. L. ſervitutes. 20. §. ſtillicidium. 5. ibi. pro ſtillicidio flumen, ff. de Serv. Præd. urban.* Servitus fluminis non avertendi eſt jus quo vicinus flumen, id eſt, aquam collectam per canales in noſtram aream vel cloacam contra legem aut conſuetudinem loci avertere prohibetur. *h. §. verſ. item Urbanorum. ibiq; Theophilus & Hottomannus.* Servitus altius tollendi etjam perhibetur duplex; altius nimirùm tollendi, & altiùs non tollendi. Servitus altiùs tollendi eſt jus, quo vicino, contra uſitatum altitudinis modum & formam lege civitatis definitam, ædes ſuas altius tollere permittitur. *§. aquè. 2. ibi, jus ſibi eſſe altius ædes ſuas tollendi infr. de action. L. qui Luminibus, 11. pr. ff. de Servit. præd. Urban. L. 1. C. de ædific. privat.* Servitus altiùs non tollendi eſt jus, quo vicinus ultra præſcriptum certumque altitudinis modum, ædes ſuas tollere prohibetur. *hoc §. noſtro. circ. fin. L. ſi domus. 21. L. cujus. 24 ff. de S. P. U. L. altius. 8. & L. ſeq. C. de ſervit. & aqu.* Servitus denique non officiendi Luminibus, eſt jus quo vicinus lumen, de cœlo veniens, vicino adi-

*Fluminis non avertendi.*

*Servitus altiùs tollendi.*

*Altius non tollendi.*

*Servitus non officiendi luminibus.*

adimere & obſcurius facere prohibetur. *L. inter ſervitutes* 15. *&* L.L. *ſeqq. ff. de S. P. U.* Eſtque hæc ſervitus a priori omninò diſtincta: quia Luminibus officitur non ſolùm ædificando, ſed arborem etiam è regione feneſtræ ponendo: nec ſolùm altiùs extollendo ædes officitur luminibus, ſed etiam illas deprimendo. L. *ſi arborem.* 17. *in pr. &* §. 2. *ff. eod. tit.*

*§. Inter ruſticorum.* 2.

Redit Imper. Juſtinianus hoc loci ad ſervitutem ruſticam, & quinque alias ejus ſpecies enumerat, nempe aquæ hauſtum, pecoris ad aquam appulſum, jus paſcendi, calcis coquendæ, & arenæ fodiendæ. Aquæ hauſtus eſt jus aquæ hauriendæ ex flumine, fonte, aut vivo puteo alieno privato, ad ipſius fundi, cui iſtud jus debetur, uſum. *L. ergo.* 5. *in fin. &* L. *ſeq. ff. de ſervit præd. ruſtic.* Pecoris ad aquam appulſus eſt jus pecoris, quod ſcilicet prædio meo vel ſtercorando vel colendo inſervit, ad aquam prædii vicini appellendi. L *pecoris.* 4. *&* L. *ſeq. d. t.* L. 1. §. *Trebatius*, 18. *ff. de aqu. quotid. & æſtiv.* Servitus paſcendi pecoris

*Aquæ hauſtus.*

*Pecoris ad aquam appulſus.*

*Paſcendi pecoris.*



Digitized by Google

pecoris eſt jus paſcendi pecora in agro vicino noſtro agro inſervientia. *L. 3. in princ. d. l. 4. & L. veluti 6. in fin. ff. de ſervit. P. R.* Servitus coquendæ calcis eſt jus coquendi ac parandi calcem in prædio alieno ad uſum prædii noſtri, *d.* L. *ergò.* 5. §. 1. & L. *ſeq.* §. 1. *ff. eod.*

*Calcis coquendæ.*

Servitus arenæ fodiendæ eſt jus arenam effodiendi in prædio alieno, ad prædii noſtri uſum & utilitatem. *d.* L. *veluti.* 6. §. 1. *ff. d. t. Capoll. in tract. de ſervit. R. P. cap.* 10.

*Arenæ fodiendæ.*

§. *Ideò autem.* 3.

*Servitutes prædiales cur ita dicantur.*

Servitutes, de quibus hactenus dictum, ideò appellantur prædiales: quia non poſſunt conſtitui, niſi inter eos, qui prædia poſſident. Cùm enim & actione & paſſione conſtent: & prædium eſſe, quod ſerviat, & prædium cui ſerviat, neceſſe eſt. *L.* 1. §. 1. *ff. commun. præd. &c.* Illud tamen exploratum eſt, quòd & futuro ædificio, quod nondum eſt, ſervitus vel imponatur vel acquiratur: modò certa ſpes concipiatur non à fortuna vel dubio futuri temporis eventu: ſed à ſumma liberaque contrahentis poteſtate, ædificium conſtru-

ctum

ctum iri. L. *ſi ſervitus* 23. §. *fin. ff. de ſervit. præd. urb.*

§. *Si quis velit.* 4. *& ult.*

Duobus potiſſimum modis ſervitutes conſtituuntur: Contractibus inter vivos & teſtamentis. Contractibus, ut ſi ſtipulatione, emptione, venditione, donatione ſervitus alicui promittatur. hoc §. noſtro. L. ult. ff. de ſervitut. L. 3. §. *ſi iter.* 2. *ff. de action. empt.* L. 3. L. *in tradendis.* 7. L. *quidquid.* 10. L. *venditor.* 13. *ff. commun. præd.* L. *ſi à te emero.* 16. *ff. ſi ſervit. vindic.* L. *qui uſumfructum.* 58. *ff. de Verb. oblig.* Teſtamentis, veluti ſi teſtator dicat: Titius heres meus damnas eſto ædes ſuas altius non tollere; luminibus vel proſpectui vicini non officere; pati ut vicinus tignum immiſſum habeat, vel per fundum eat, agat, aquamve ex eo ducat, &c. *h.* §. & L. *ſi teſtamento.* 31. *ff. de S. P. U.* L. *poteſt.* 16. *ff. commun. præd. tot. tit. ff. de ſervit. legat.*

*Modi ſervitutes conſtituendi.*

De

Digitized by Google

# De Uſufructu.

## Tit. IV.

### *Ad princip. Tit.*

SErvitutibus rerum ſeu prædiorum explanatis: ſuccedunt ſervitutes perſonarum, quæ à re aliena perſonæ debentur. L. *dominus.* 57. *in pr. ff. h. t.* L. 3. §. *fin. ff. quib. mod. uſusfr. amitt.* L. *Mela ait.* 4. §. *ult. ff. de aliment. & cibar. legat.* Harumque ſpecies tres, *hoc & ſeq. titulo* adferuntur, Uſusfructus, uſus & habitatio. Uſusfructus eſt jus alienis rebus utendi fruendi, ſalvâ rerum ſubſtantiâ. L 1. *ff. h. t.* Generis loco ponitur *jus*: quia & uſusfructus eſt de genere earum rerum, quæ in jure conſiſtunt §. *Incorporales.* 2. *ſupr. de reb. Corpor. & Incorp.* L. 1. §. 1. *ff. de rer. diviſ.* Dicitur *alienis rebus*: proprietatem enim qui habet, jus utendi fruendi ſeparatum habere nequit: cùm nemini res ſua ſervire poſſit. L. *uti frui.* 5. *ff. ſi ſervit. petet.* L. *in re communi.* 26. *ff. de ſervit.*

*Uſusfructus definitio.*

*vit.præd. urban. L fundus 32. in fin. ff. de S. P. R.* Additur, *utendi fruendi*: quia regulariter fructus ſine uſu eſſe non poteſt. L. *per ſervum.* 14 §. 1. *ff. de Uſu & habit.* Et *fruendi* verbo omnia omnino emolumenta, quæcunq; ex re aliena vel ejus occaſione percipiuntur, veniunt, non modò naturalia. L. *item ſi fundi.* 9. *ff. h. t.* ſed etiam Civilia, ut penſiones, uſuræ, aliæque obventiones. *L. uſufructu.* 7. *ff eod* L. *uſuræ.* 34. *ff. de Uſuris.* Denique ſubjicitur, *ſalvâ rerum ſubſtantiâ*: Quibus verbis primùm officii ſui admonetur uſufructuarius, de modo ſcilicet utendi fruendi. Non enim debet re abuti, eamque perdere & conſumere, aut cauſam proprietarii deteriorem facere: ſed uti re fructuariá debet arbitratu boni viri & diligentis patrisfamilias. *L. item ſi fundi.* 9. §. 2. L. *ſi cujus.* 13. *in princ. & § fructuarius.* 65. *ff. h. t.* L. 1. *& paſſim. ff. uſufr. quemad. cav.* §. *Sed ſi gregis. ſupr. de rer. diviſ.* Deinde iſtis verbis indicatur; uſum fructum in illis rebus conſiſtere, quarum manet ſalva ſubſtantia, etiamſi iiſdem utaris, ſive quæ uſu non conſumuntur. Siquidem rebus illis ſublatis & ipſum uſumfructum tolli neceſſe eſt, *auctore hic Juſtiniano & Celſo in* L. 2. *ff. h. t.*

§. *Uſus.*

Digitized by Google

*Modi uſū fructum conſtituendi.*

§. *Uſusfructus à proprietate.* 1.

Quibus modis uſusfructus à proprietate ſeparationem recipiat, id eſt, quibus modis uſusfructus conſtituatur, *in hoc* §. explicatur. Iſti autem modi ad duo capita revocari poterunt. Nam vel teſtamento uſusfructus relinquitur, vel inter vivos cedi poteſt. L. 3. *in pr. L. uſusfructus.* 6. *cum l. ſeq.* L. *item ſi fundi.* 9. *ff. h. t.* In teſtamento conſtituitur per legatū: idq; tribus modis 1. Si teſtator ita dicat: Sempronius heres meus, fundi mei Corneliani uſumfructum dato Titio. Hoc caſu Titius legatarius erit uſufructuarius: hæres verò Sempronius erit nudæ proprietatis dominus, *ut hîc in verſ. ut ecce ſi quis. &c.* 2. Si teſtator ſic dicat: Heres meus Sempronius Titio fundum meum Cornelianum dare damnas eſtó, deducto ſibi retentoque uſufructu. Hac ſpecie heres erit fructuarius: legatarius verò erit proprietarius, *ut hîc in verſ. & contra. &c.* 3. Si ita diſponat teſtator: Titio fundi mei Corneliani uſumfructum do, lego: Cajo eundem fundum do lego. Hoc caſu unus legatarius Titius erit fructuarius: alter legatarius, Cajus nudam habebit proprietatem, *de quo hic*

*in*

*in verſ. item alii uſum fructum. &c.* Inter vivos conſtituitur uſusfructus vel Contractibus. *h. §. verſ. ſine teſtamento. &c. l. quuquis.* 28. *C. de donat.* vel in judiciis, ut familiæ erciſcundæ & communi dividundo, per adjudicationem, *d. l. uſusfructus. 6. §. 1. ff. h. t.* L. *& puto,* 16. *§. 1. ff. fam. erciſc.*

*§. Conſtituitur. 2.*

Quibus in rebus conſtituatur uſusfructus, in præſenti §. Juſtinianus Imper exponit atque oſtendit, uſumfructum in omnibus omnino rebus tam mobilibus quam immobilibus conſtitui poſſe: illis exceptis, quarum uſus in abuſu & conſumptione conſiſtit; ut ſunt vinum, frumentum, oleum, panis, veſtimenta &c. In his quippe rebus uſusfructus conſtitui nequit, prohibente & civili & naturali ratione. Naturali quidem: quia uſusfructus eſt jus utendi fruendi ſalvâ rerum ſubſtantiâ, *per princ. h. t.* At rebus illis uti frui non poſſumus ita, ut poſt uſum ſalva ſit illarum ſubſtantia. Civili verò, quia hoc jure ita comparatum eſt, ut in re propria uſusfructus non conſiſtat, cùm res ſua nemini ſerviat. L. *uti frui. 5. in princ. ff. ſi Uſusfr. pet.* Res autẽ uſu conſumptibiles.

*Uſusfructus quibus in rebus conſtituatur.*

biles, quoties utendæ traduntur, ſemper ita traduntur, ut propriæ accipientis fiant. Adde quòd uſufructuarius cavere cogitur de eadem re, finito uſufructu, reſtituenda. L. 1. *ff. uſufruct. quem. cav.* Atqui res conſumpta reſtitui non poteſt. Enimverò licèt ob haſce cauſas in rebus conſumptibilibus verus & proprius uſusfructus conſiſtere haud poſſit; Senatusconſulto tamen utilitatis cauſa effectum eſt, ut omnium rerum quæ in bonis ſunt, adeoque etiam illarum rerum, non quidem verus ac proprius, ſed quaſi Uſusfructus remedio cautionis conſtituatur. *hoc §. verſ. ſed utilitatis cauſa. &c.* L. 1. & 2. *ff. de uſufr. ear. rer. quæ uſu conſum.*

## §. *Finitur.* 3.

*Modi uſumfructum finiendi.*

Dictum eſt, quibus modis, quibuſq; in rebus uſusfructus conſtituatur; hoc loco Imper. Juſtinianus ſex ſubjicit modos, quibus uſusfructus iterum tollatur & finiatur. Quorum primus eſt mors Uſufructuarii. L. 3. §. *ult ff. quib. mod. uſusfr. amitt.* L. *uſumfructum.* 5. *ff. de uſu & uſufr. legat.* L. 3. *l ſi domina.* 10. L. *ambiguitatem.* 12. & L. *corruptionem.* 16. C.

*Mors uſufructuarii.*

*16. C. h. t.* Ratio cur morte uſufructuarii finiatur uſusfructus, manifeſta eſt: quia uſusfructus eſt jus fruendi, cohærens perſonæ. *d.* L. 3. §. *ult. ff. quib. mod. uſusfr. amitt.* Perſonalia autem cum perſona extinguuntur. L. 1. *in fin. ff. de conſtitut. princ.* L. *in omnibus.* 68. & L. *privilegia.* 196. *ff. de R. jur.* Secundò finitur uſusfructus maxima & media capitis deminutione, hoc eſt, ſervitute & deportatione uſufructuarii. L. *penult. C. h. t. & hoc §. noſtro.* Ejuſque ratio in promptu eſt; quia qui hujuſcemodi capitis deminutionem patiuntur, civiliter mortui dicuntur, & in omnibus actibus Civilibus pro mortuis habentur: cùm è numero civium Romanorum non aliter eximantur, atque illi qui naturali morte ſunt extincti. §. *cùm autem.* 1. *ſupra quib. mod. jus patr. poteſtat. ſolvit.* L. *verum eſt.* 63. §. *ult. ff pro ſoc.* L. *ſed ſi alia.* 5. *in princ. ibi, quaſi mortua ſit. ff. de bonis damnat.* L. *intercidit.* 59 *in fin. ff. de Condit. & demonſtr.* L. 1. §. *pen ff. de bonor. poſſ. contr. tab.* Tertiò uſusfructus amittitur non utendo re fructuaria per modum, à proprietario præſcriptum, aut per tempus legitimum: quod hodie ex conſtitutione Juſtiniani eſt in uſufru-

*Ejus capitis diminutio m. & m.*

*Non uſus per modũ aut tempus.*

fructu quidem rei mobilis, triennium, immobilis verò inter præſentes decennium, inter abſentes vicennium. *L. pen. C. de ſervit. & aq.* L. *un. C. de uſucapion. transform. initiò tit. infr. de uſucap.*

*Ceſſio in proprietarium.* Quartò extinguitur uſusfructus ceſſione à fructuario factâ ipſi proprietario, non autem extraneo. Nam cedendo extraneo nihil agitur, *hoc. §. noſtro.* Ratio, cur uſusfructus extraneo non poſſit cedi ita, ut novus uſusfructus fiat in perſona extranea, hæc reddi poteſt: quia ſi hoc permitteretur fructuario, nunquam rediret uſusfructus ad proprietatem, eaque hoc pacto futura eſſet perpetuo inutilis, contra *§. 1. verſ. ne tamen in univerſum, ſupr. h. t.*

*Conſolidatio.* Quinto perit uſusfructus conſolidatione, ſi uſufructuarius proprietatem rei ſibi comparaverit, *h. §. verſ. vel ex contrario. &c.* Hujusque ratio eſt perſpicua: quia nemini res ſua ſervire poteſt. L. *uti frui. 5. in pr. ff. ſi uſusfr. pet.*

*Mutatio rei.* Poſtremò rei mutatione interire uſumfructum placet. *h. §. noſtro. verſ. eò amplius. L. repeti. 5. §. 2. & 3. L. quid tamen. 10. ff. quib. mod. uſusfr. amitt.* Cujus hæc eſt ratio: quia cùm accidentia ſine ſubjectis eſſe nequeant, *arg. L. ſi ſer-*

*ſervum. 4. in pr. ff. de action. empt.* ſublato corpore & ipſum uſum fructum tolli neceſſe eſt, *per princip. h. t. &* L. 2. *ff. eod.* in tantum ut ædibus collapſis vel exuſtis, ne areæ quidem uſusfructus debeatur; eò quòd non areæ uſusfructus ſed ædium fuerit conſtitutus. *h. §. noſtro in fin. d.* L. *repeti. 5. §. pen. ff. quib. mod. uſusfr. amitt.*

*§. Cùm autem. 4. & ult.*

Uſufructu illis modis, quos *in præced. §.* recenſuimus, extincto: reddit is ad dominum proprietatis, qui jam plenam ac ſolidam in ſe proprietatem habere incipit, ut *hic in fine* dicitur. Excipitur ille caſus, quo duobus vel pluribus conjunctim legatus eſt uſusfructus. Tunc enim in perſona unius extinctus; haud revertitur ad proprietarium, ſed reliquis collegatariis accreſcit. *L. 1. & tot. tit. ff. de Uſufr. accreſc.*

*Ius accreſcendi.*

De

# De Uſu & Habitatione.

## Tit. V.

### Ad princip. Tit.

*Uſus definitio.*

EXpoſito uſufructu, ſuperſunt duæ ſervitutis perſonalis ſpecies explicandæ, uſus nempe & habitatio. Uſus eſt jus alienis rebus utendi tantùm ad neceſſitatem, non etiam ad compendium, ſalvâ rerum ſubſtantiâ. Convenit autem uſus cum uſufructu, tam in cauſis conſtituentibus, quàm in cauſis diſſolventibus, ita ut iiſdem planè modis uſus conſtituatur & finiatur, quibus *ſupra tit. proximo.* Uſumfructum conſtitui atque finiri dictum eſt. L. 1. §. 1. *ff. h. t. L.* 3. *in fin. ff. de* Uſufr.

§. *Minus autem*. 1.

*Differentia ejus ab Uſufructu.*

Quid interſit inter uſumfructum & uſum Juſtin. Imperator *in hoc & tribus ſeqq.* §§§. declarat, propoſitis exemplis. Primum exemplum eſt in fundo, cujus

jus uſum qui habet, fructus ad neceſſitatem ſolummodo & ad quotidianum uſum percipit, atque ex illis tantum duntaxat, quantum pro ſe & familia ſua ad victum & ad quotidianum uſum opus habet, acquirit: uſufructuarius verò omnes omninò fructus, quos fundus parit, eosque non ſolùm ad neceſſitatem, ac quantum opus habet pro ſe & familia ſua percipit, ſed etiam ad lucrũ & compendium: ut videlicet perceptionem ſeu commoditatem fructuum alii vendere, locare, donare ſive gratis concedere poſſit. *hoc §. & L. arboribus.* 12 *§. 2. ff. de uſufr.* L. *ſed neq; locabunt.* 8 *in pr.* L. *inq; eo.* 11. & L. *plenum.* 12. *§. ult verſ. operas. ff. h. t.* *Quoad uſum fundi.*

### *§. Item is qui ædium.* 2.

Secundum exemplum pertinet ad uſum ædium, qui in ſola habitatione conſiſtit. Nam fructuarius non tantum in ædibus habitare; ſed etiam quoslibet ad ſe recipere, ædesq; alteri locare poteſt. L. *arboribus.* 12. *§ uſufructuarius.* 2. *ff de Uſufr.* Uſuarius autem cum uxore duntaxat, familia & libertis ſerviſq; domo uti & aliquando hoſpitem quoque & inquilinum recipere poteſt: dummodo ipſemet uſuarius in domo uſuaria habitet, aliosque ad ſe recipiat. *Ædium.*

L Ideo-

Ideoq; & mulier, ſi nudum ædium habeat uſum, poſteaque nubat, maritum in eaſdem ædes recipere non prohibetur. Alioquin enim niſi hoc illi concederetur, aut matrimonio ipſi carendum eſſet, dum uti vellet domo, aut ædibus, ſi conjugem ſequeretur. L. 2. §. 1. *l. cæterum.* 4. *& aliquot* LL. *ſeqq. ff. h. t.*

*§. Item is ad quem. 3.*

*Servi & jumentorum.* Tertium exemplum concernit ſervi uſum, qui poſitus eſt in operis vel miniſterio ejus, hoc eſt, ut vel opus nobis faciat, vel negotium aliquod gerat. Solus autem uſuarius ſervi operis uti ad ſuum miniſterium poteſt: eas verò alteri locare aut concedere non poteſt. *h. §. noſtro. &* L. *plenum.* 12. § *ult. &* L. *per ſervum,* 14. *in pr. ff. h. t.* Diverſum obtinet in fructuario. L. *arboribus.* 12. §. 2. *ff. de uſufr.* Porrò *in fine h. §.* jumenta cum ſervis comparantur, ut & aliàs comparari ſolent. L. 2. §. 1. *ff. ad* L. *Aquil.* Ergo qui jumentorum, verbi gratia, Equitii uſum habet, ipſe quidem opera eorum & miniſterio per ſe utetur, ſed aliis illa locare non poterit. *d.* L. *plenum.* 12. §. *equitii.* 4. *ff. h. t.*

§. Sed

Digitized by Google

§. *Sed & ſi pecorum.* 4.

Quartum & poſtremum exemplum proponitur in pecore. Etenim ad fructuarium, cui pecoris uſusfructus eſt relictus, pleno jure omnes fructus ſpectant, tam fœtus, quàm lac, pilus & lana §. *in pecudum.* 37. *ſupr. de Rer. diviſ.* Uſuarius verò, qui pecoris nudum habet uſum, bobus & equis utetur ad arandum, & cætera quibus apti ſunt: ſin oves ſint, agrum cum eis ſtercorabit, lanâ autem & fætu; cùm ea in fructu ſint, non utetur, *hoc* §. *noſtro & L. plenum.* 12. § *ſed ſi pecoris.* 2. *ff. h. t.* Ubi tamen Juriſconſultus addit: modico lacte uſuarium uti poſſe: nec enim voluntates defunctorum tam ſtrictè interpretandas eſſe. Eodem facit *L. in teſtamentis.* 12. *ff. de reg. jur.* *Pecoris.*

§. *Sed ſi cui habitatio.* 5.

Sequitur tertia ſervitutis perſonalis ſpecies, ſcilicet habitatio, diverſam ab Uſu & Uſufructu rationem habens, & proprium per ſe jus conſtituens. Eaque nihil videtur eſſe aliud, quam jus habitandi in ædibus alienis, ſalvâ earundem ſubſtantiâ. Habitatio autem ab uſu & uſufructu *Habitationis definitio.*



Digitized by Google

*Ejus differentia ab uſuſructu & uſu.*

in eo præcipue differt: quòd uſusfructus locari, vendi & donari poteſt. L. *arboribus.* 12. §. 2. L. *non utitur.* 38. & LL. *ſeqq. ff. de uſufr.* uſus neque locari neque vendi neque donari poteſt. L. *ſed neq; locabunt.* 8. *L. inq; eo.* 11. & *L. plenum* 12. § *equitii.* 4. *ff. h. t.* habitatio verò medium tenens locari poteſt, non item donari. *h. §. noſtro in fin. L. ſi habitatio.* 10. *ff. eod. L. cum antiquitas.* 13. *C. de uſufr. & habit.*

*§. Hac de ſervitutibus. 6. & ult.*

In hoc §. admonitio quædam de ratione ordinis continetur. Nam abſoluto tractatu de ſervitutibus, deq; modis acquirendi dominium ex jure naturali ſeu gentium deſcendentibus, tranſit Juſtinianus ad modos acquirendi dominii jure Civili inventos atque introductos, *de quibus agetur in titulis proximò ſubſequentibus.* Cur autem ſervitutes reales quàm perſonales, de quibus jam dictum, non ſtatim ſequantur etiã cæteræ res incorporales, *ſupra in §. 2. tit. de reb. corporal. & incorporal.* enumeratæ, nimirum hæreditas & obligatio, ratio hæc eſſe videtur: quia cùm hæ duæ res explicationem requirant prolixiorem; commodius viſum eſt Juſtiniano iis modos acquirendi dominii

Civi-

Civiles præmittere, ne iſti à modis naturalibus ſeu juris gentium nimis longo intervallo dirimerentur.

---

# De Uſucapionibus & longi temporis Præſcriptionibus.

## Tit. VI.

### *Ad princip. Tit.*

INcipit hic Imper. Juſtinianus tractare de modis acquirendi dominii Civilibus, & priùs quidem ſingularibus, videlicet uſucapione, donatione, legato: poſteriùs verò univerſalibus, puta hæreditate, bonorum poſſeſſione, arrogatione & libertatum conſervandarum cauſa addictione, *de quibus infra ſuis locis.* Uſucapio (de qua hoc in titulo agitur) eſt adjectio dominii per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti. *L. 3 ff. de Uſurp. & uſuc.* Ejus requiſita perhibentur quinque 1. Poſſeſſio eaque continua. 2. Bona fides. 3. titulus *Uſucapiones definitio.* *Requiſita*

tulus ſive cauſa poſſeſſionis juſta & vera. 4. tempus legitimum, ſeu lege definitum. 5. Res non vitioſa neque uſu capi prohibita. Primò igitur ad uſucapionem requiritur poſſeſſio. Hæc enim illius velut baſis & fundamentum eſt, ſineque ea uſucapio haud contingit. L. *ſine poſſeſſione.* 25. *ff. de Uſurp. & Uſucap. c. ſine* 3. *de reg. jur. in* 6. Non autem ſatis eſt ad uſucapionem poſſidere: ſed & continua poſſeſſione, ſive continuatione poſſeſſionis opus eſt, ut ex definitione uſucapionis effloreſcit. Secundò ad uſucapionem neceſſaria eſt bona fides. *per hoc princ. & L. ſi aliena.* 10. L. *Celſus.* 27. *ff. de uſurp. & uſuc.* L. *qui fundum* 7. §. *qui bona fide.* 4. *ff. pro empt.* L. *un.* C. *de uſuc. transform. &c.* Mala ergò fides uſucapionem impedit: id eſt, ſi quis ſciat, rem eſſe alienam, aut eum à quo accepit, non habuiſſe jus alienandi. Hinc Creditor nunquam uſucapit pignus: nec fructuarius rem, cujus habet uſumfructum, nec emphyteuta fundum vectigalem. &c. L. *pignori* 4. *ff. de uſurpat. & uſuc.* L. *cùm ſponſus.* 12. §. *in vectigalibus,* 2. *ff. de publ. in rem act.* L. *neque fructuarium.* 8. C. *de Uſufr.* Tertiò exigitur ad uſucapionem juſta cau-

*Poſſeſſio.*

*Bona fides.*

cauſa ſive titulus poſſidendi ut hîc in verb. juſta cauſa acceperit. L. *ſi quis diuturno.* 10. *in pr. ff. ſi ſervit. vindic.* L. 1. *ff. pro ſolut. L.* 1. *in pr. ff. pro dot. L. nullam.* 13. §. 1. *ff. de her. pet.* Cujuſmodi ſunt emptio, donatio, permutatio, dos, legatum, hereditas, tranſactio, datio in ſolutum, pro derelicto, & ſimiles, quibus cauſæ acquiſitæ poſſeſſionis vindicantur. *d. l. non ſolum.* 33. §. 1. *ff. de uſurp. & uſuc. L.* 2. §. 1. *ff. pro hered. L.* 3. § *genera.* 21. *ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* Oportet autem verum ſubeſſe titulum, non opinatum. §. *error.* 11. *infr. h. t.* L. *Celſus.* 27. & *L. pen. ff. de uſurp. & uſucap.* Quartò ad uſucapionem deſideratur tempus legitimum, per quod res continuè bonâ fide poſſideatur. Illud olim quidem in rebus mobilibus, ubique erat annus; in immobilibus biennium, & tantùm in Italia. Tum etenim provincialia prædia, cùm eorum dominium fuerit populi Romani, non uſucapiebantur. Aſt hodie tempora uſucapionum mutata ſunt, & longius producta: ne nimis citò domini ſuis rebus defraudarentur. Res mobiles hodie per trienniũ, immobiles autem inter præſentes quidem per decennium, inter

*Iuſta cauſa ſeu Titulus.*

*Tempus legitimũ.*



Digitized by Google

abſentes verò per viginti annos poſſeſſæ, ſive in Italia, ſive in provinciis poſitæ ſint, uſucapiuntur. *d. L. un. C. de uſucap. transf. L. fin. C. de præſcr. long. temp. & hoc principio noſtro.* Quintò & ultimò ad uſucapionem requiritur, ut res uſucapiendæ ſint tales, quæ uſucapi poſſint, nec in ſe vitium ejuſmodi aliquod habeant, propter quod uſucapi prohibeantur, de quibus commodius explicabitur *infr. § proximo & ſeqq.*

*Res non vitioſa.*

§. *Sed aliquando.* 1.

Uſucapio in liberum hominem, rem ſacram vel religioſam non cadit, *hoc §. noſtro. L. uſucapionem 9. ff. de uſurpat. & uſucap.* Ratio manifeſta eſt: quia cùm uſucapio dominium pariat. arg. L. 3. ff. eod. harum autem rerum commercium non ſit, neque dominium parari poſſit. *L. ſed Celſus. 6. in pr. ff. de contrah. empt. L. inter ſtipulantem. 83. §. ſacram. 5. ff de Verb. obl. L. qui univerſas. 30. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* conſequens eſt, earum nec ullam eſſe uſucapionem. Sic ſervus fugitivus uſucapi non poteſt, *hoc §. noſtro.* Quia ſui furtum facit: hoc eſt ad uſucapionem quod attinet, conditio ejus, quaſi ſui furtum fecerit, mutatur: ne fuga ipſius domino ex quacunq; cauſa damnoſa fiat, *L. 1. C. de ſerv. fugit &c.*

*Ut liber homo, res ſacra & religioſa.*

§. *Fur-*

Digitized by Google

*§. Furtivæ quoq; res. 2.*

Res furtivæ vel vi poſſeſſæ uſucapionem non recipiunt, etiamſi poſſidens bonam fidem, juſtumque titulum habeat. *hoc §. L. ſequitur. 4. §. quod autem. 6. & L. non ſolùm 33. in princ. ff. de Uſurpat. & uſuc. cum ſimilibus.* Ratio hujus prompta eſt: quia iſthæc furti & violentiæ vitia ſunt realia, quæ rebus ſemper cohærent, nec eas unquam relinquunt, ad quemcunque poſſeſſorem tranſeunt. L. *vitia.* 11. *C. de acquir. & retin. poſſeſſ.*

*§. Quod autem dictum. 3.*

Rerum furtivarum & vi poſſeſſarum uſucapio cùm prohiberi dicitur, non de ipſo fure & violento invaſore (qui ſcilicet malâ fide poſſident) hoc intelligendum eſt; ſed de aliis poſſeſſoribus, qui bona fide & juſta ex cauſa eam ab illis acceperunt. His quippe neque bona fides, neque juſtus titulus quidquam prodeſt: quoniam lex uſucapionem inhibet L. *ubi lex* 24. *in pr. ff. de Uſurp. & uſucap.* L *bona fides* 136. *ff. de Reg. jur.* *Res furtiva & vi poſſeſſa.*

*§. Sed tamen id. 4.*

Affertur hoc loco exceptio ad §. præcedentem. Interdum enim contingit, ut quiſpiam rem alienam alienando furtum non committat, adeoq; uſuca- *Res aliena quando uſucapi poſſit?*

pio procedat. Exempli gratia: ſi quis defuncto, qui rem aliquam habuit ſibi commodatam, aut locatam, aut apud ſe depoſitam, ſucceſſerit, qui exiſtimans etiam illam rem fuiſſe defuncti propriam, ſicque nunc jure ſucceſſionis ſuam, alii eo animo vendat, dubium non eſt ullum, quin res illa non ſit furtiva, utpote neque à defuncto, neque ab ipſo ſucceſſore lucrandi animo contrectata: ac proinde à bonæ fidei emptore uſucapi queat. L. *poteſt pluribus.* 36. & L. *ſeq. ff. de uſurpat. & uſucap.*

§. *Item ſi is.* 5.

Subjungitur hîc aliud exemplum, quo res aliena ſine furti vitio ad aliquẽ transferri, ſicque uſucapi poteſt. Etenim ſi uſufructuarius exiſtimaverit, partum ancillæ ad ſe pertinere, eumque vendiderit: partus ab emptore uſucapi poterit: atque ita juris error, qui ex venditoris ſive tradentis parte intercedit (ſiquidem ex diſpoſitione juris partus ancillæ non ad uſufructuarium ſed ad dominum ſpectat. §. *in pecudum.* 37. *ſupr. de rer. diviſ.* uſucapionem non impediet. Secus eſſet, ſi emptor ſive reci-

cipiens in jure erraret: quia nunquam in uſucapionibus, juris error poſſeſſori prodeſt. L. *nunquam. 31. in pr.* & L. *ſeq. §. 1. ff. de uſurp. & uſuc.* L. *juris ignorantiam. 4. ff. de jur. & fact. ignor.*

*§. Aliis quoque modis. 6.*

Inter illos modos, quibus Juſtinianus Imper. hoc loco ait, rem alienam ſine furti vitio ad aliquem tranſferri & à poſſeſſore uſucapi poſſe, reperitur etiam ille: ſi quis exiſtimans hereditatem ad ſe pertinere, quæ tamen reverà non pertinebat, bonâ fide in alium tranſtulerit rem aliquam, tanquam hereditariam. L. *poteſt pluribus. 36. §. 1. ff. de uſurp. & uſuc.* L. *mandatum. 57. ff. mandat.*

*§. Quod autem. 7.*

Supra *in § 3. verſ. unde in rebus, &c.* Juſtinianus dixit, in rebus mobilibus non facilè procedere, ut bonæ fidei poſſeſſoribus uſucapio competat. Nunc *hoc in §.* ſubindicat, facilius procedere ut quis rem immobilem, cujus poſſeſſionem bona fide nactus eſt, uſucapiat. Igitur inter rem alienam mobilem & immobilem hæc



Digitized by Google

obſervanda eſt differentia: quod qui illam vendit & tradit, ſciens eſſe alienam, furtum ejus facit. *d. §. 3. in fin. ſupra h. t.* ſed rem immobilem ut fundum, ſine vi occupans, neque furtum neque vim committit, etiamſi alienam eſſe ſciat, adeoque in mala fide ſit. Ideoque in alterius perſona, qui bonâ fide accipit, uſucapio procedet: cùm res omni vitio careat. *hoc §. noſtro. &* L. *furtum. 37. §. 1. cum L. ſeq. ff. de uſurp. & uſuc.*

§. *Aliquando.* 8.

*Res furtiva & vi poſſeſſa quando?*

Alia hîc annectitur exceptio *ad §. 2. ſupr. h. t.* ubi dictum eſt res furtivas & vi poſſeſſas non recipere uſucapionem. Hoc enim obtinet, niſi talis res in poteſtatem veri domini redierit. Tunc ſiquidem, quia à furti & violentiæ vitio liberatur ac repurgatur; nihil amplius impedit, quo minus inſtar cæterarum rerum uſucapi poſſit, *hoc §. noſtro. & L. ſequitur. 4. §. quod autem. 6. & §§. ſeqq. ff. de uſurpat. & uſuc.*

§. *Res fiſci.* 9.

*Res fiſci.*

Res fiſci non ſunt obnoxiæ uſucapioni. *hoc §.* L. *quamvis. 18. & L. ubi Lex. 24. in fin. ff. de uſurp. & uſuc.* ſed poteſt fiſcus in fraudem ſuam quoquo modo alienata revocare. *L. in fraudem. 45. in pr. ff. de jur. fiſc.* Ratio manifeſta

eſt:

Digitized by Google

eſt: tum quia res fiſcales ſunt quaſi publicæ, ut pote quæ ratione Imperii ad Principem pervenerunt: tum quia non negligentia Principis, ſed procuratorum culpa res iſtæ ab aliis ſæpe poſſidentur. Cæterum bona vacantia ſive caduca, hoc eſt, nullum heredem habentia, antequam fiſco nuncientur, rectè à bonæ fidei poſſeſſore uſucapiuntur. *hoc. §. & d. L. quamvis.* 18. *ff. de uſurp. & uſuc.*

§. *Noviſſimè.* 10.

Inquit Juſtinianus Imper. rem vitioſam uſucapi non poſſe. Vitium autem eſt vel ex rei ipſius natura, vel ex accidenti. Ex natura ipſius rei, ſi res ſacra, vel religioſa, vel liber homo fuerit: ex accidenti, ſi ſervus fugitivus, res furtiva, vel vi poſſeſſa, aut contra legem repetundarum, Proconſuli aut Prætori donata. L. *pen. ff. de* L. *Iul. repet.* vel ſi pupilli ſit. L. *bonæ fidei* 48. *in pr. verſ. nec intereſt. ff. de acquir. rer. d. m.* Et ut cum Pomponio paucis rem complectar, ubicunque Lex inhibet uſucapionem, bonæ fidei nihil prodeſt. L. *ubi lex.* 24. *in pr. ff. de uſurp & uſucap.* *Res vitioſa unde ſit.*

§. *Error.* 11.

Hoc [illegible] ait Juſtinianus Imper. non opin[illegible]em juſti tituli ſed juſtum titu- *Error tituli.*

lum parere uſucapionem; veluti ſi exiſtimes, te emiſſe, cùm non emeris, pro emptore uſucapere non poteris: aut ſi cùm tibi donatum non fuerit, quaſi ex donatione poſſideas. Haud enim ſufficit putare: ſed & donatum eſſe oportet. L. *Celſus.* 27. L. *pen.* §. *de Uſurp. & Uſuc.* L. 1. *in pr. ff. pro donat.* L. *nemo.* 6. *ff. pro derel.* L. 2. & 3. *ff. pro Legat.* Quod tamen ita interpretandum eſt, ne probabilis error poſſidentis uſucapioni obſtet: veluti cùm heres rem legatam â defuncto falsò exiſtimaret, eam legatario bona fide accipienti tradiderit. L. *pen. in fin.* L. *ult.* §. 1. *ff. pro ſuo.*

§. *Diutina.* 12.

Dictum eſt ſupra ad princ. h. t. inter cætera ad uſucapionem requiri poſſeſſionem continuam & non interruptam. Jam oſtenditur; continuari non ſolùm in eadem perſona, ſed etiam in diverſis, ita ut poſſeſſio, quæ cœperat prodeſſe defuncto, ea quoque proſit & continuetur heredi ſive ſucceſſori & bonorũ poſſeſſori. Hujusque ratio eſt perſpicua: quia heres & defunctus pro una perſona habentur in tantum, ut de-

*Poſſeſſionis Continuatio in ſucceſſore.*

functus in herede ſuo vivere exiſtimetur. L. *heredem*, 59. *ff. de reg. jur.* Nov. 48. *in præfat.* Quâ eâdem ratione ita poſſeſſio continuatur ſucceſſori, ut in eundem etiã bona defuncti fides continuetur: adeo ut ſi bona fide defunctus poſſederit, etiamſi malâ fide heres vel ſucceſſor poſſideat; nihilominus tamen uſucapio procedat. Cùm enim heres eadem cum defuncto, in cujus univerſum jus ſuccedit, perſona cenſeatur, ut modo indicatum: atque defunctus bona fide poſſederit: utique & ipſe ſucceſſor eâdem fide poſſidere intelligitur. Cui conſequens eſt, ut & è contrario ſi malâ fide defunctus poſſederit, ipſe ſucceſſor quamvis revera bonâ fide poſſideat; tamen pro malæ fidei poſſeſſore habeatur. *hoc §. noſtro. L. heres.* 43. *in pr. ff. de uſurp. & uſucap. d. L.* 2. §. *ſi defunctus.* 19. *ff. pro empt.* L. *cum heres.* 11. *ff. de diverſ. temp. praſcr.* Porrò quod modò de herede ſeu ſucceſſore univerſali expoſitum eſt, ei continuari & prodeſſe poſſeſſionem defuncti: id etiam in emptore ſeu ſucceſſore particulari, verum eſſe Imper. Juſtin. oſtendit *in fin. hujus §. per l. id tempus.* 14. *ff. de uſurpat. & uſuc. d. L.* 2. §. *penult. ff. pro empt.*

Enim-

Digitized by Google

*Differentia inter ſucceſſorem univerſalem & particularem.*

Enimverò in eo eſt differentia inter emptorem & venditorem & defunctum ac heredem vel bonorum poſſeſſorem: quòd heres vel bonorum poſſeſſor rem à defuncto bonâ fide poſſeſſam, uſucapit, licèt ipſe ſciat, eam eſſe alienam: emptor autem rem à venditore bonâ fide poſſeſſam uſucapere nequit, ſi alienam eſſe ſciat. *d. L.* 2. §. *ſi eam rem.* 17. *ff. d. t.* Ratio differentiæ facilis eſt: quia heres (ut ſupra dictum) una perſona cum defuncto eſſe putatur: ac proinde defuncti bona fides ſufficit. Aſt emptoris & venditoris perſonæ planè ſunt diverſæ, nec pro una habentur. Et hoc eſt, quod Ulpianus ait: plenius eſſe jus ſucceſſionis, quàm emptionis. *L. Pomponius.* 13. §. *quæſitum.* 4. *ff. de acquir. vel amitt. poſſ.* Sanè jure Canonico, quod hodie obſervatur, mala fides quocunq; tempore ante completam uſucapionem ſuperveniens uſucapionem impedit, *c. vigilanti.* 5. & *c. ult. ext. de præſcript. c. poſſeſſor.* 2. *de Reg. jur. in* 6. *Mynſing. Cent.* 4. *obſ* 6.

§. *Edicto.* 1 ; . & *finalis.*

*Res à fiſco accepta quando uſucapiatur.*

Hoc in §. refertur, quanto tempore rem à fiſco acceptam uſucapere liceat. Et olim quidem ex conſtitutione Divi Marci, qui rem alienam à fiſco emerat, non

non ſtatim tutus erat adverſus dominum, ſed poſt quinquennium demum à venditione elapſum. L. *ult. C. ſi advers. fiſc.* Sed hodie ex conſtitutione Zenonis, qui à fiſco quid quocunque titulo accepit, ſtatim ſecurus eſt; fiſcus autem ipſe domino tenetur intra quadriennium. L 2. C. *de quadrienn. præſcr.* Illudque ſingulariter in favorem fiſci receptum eſt, quo nimirum facilius inveniantur, qui cum fiſco contrahant. Quod porro à Zenone ita conſtitutum eſt circa illos, qui à fiſco quid emerunt; id Juſtinianus ob eandem rationem etiam ad illos produxit, qui aliquid vel à ſua domo, hoc eſt, ex privato Cæſaris patrimonio, vel à domo Auguſtæ, id eſt, à Conjuge ipſius Imperatoris, aliquid emerunt. L. *ult. C. de quadr. præſcr.*

---

# De Donationibus.

## Tit. VII.

### *Ad princip. Tit.*

Secundus in hoc titulo præſcribitur modus, quo jure Civili res ſingulæ no-

nobis acquiruntur, ſcilicet *Donatio.* Quæ non malè definitur actus, quo res propria ex Liberalitate à volente proficiſcitur, & in volentem confertur. Ejusque ſpecies duæ hîc adferuntur; mortis cauſâ & non mortis cauſâ: quarum hæc etiam inter vivos donatio appellari conſuevit. *§. alia autem. 2. infr. h. t.*

*Donationis definitio.*

### *§. Mortis cauſa. 1.*

*Donatio mortis cauſâ qua.*

Donatio mortis cauſa non ea dicitur, quæ à moriente ſive moribundo fit; ſed quâ ob ſolam ſuſpicionem vel cogitationem mortis aliquis quippiam alteri eo animo donat, ut morte ſecutâ iſthæc donatio perficiatur. *hoc. §. noſtro. L. 2. L. ſenatus. 35. §. 2. & ſimilibus. ff. de mort. cauſ. donat.* Hæcque mortis cauſa donatio tribus potiſſimum fit modis, qui abundè explicantur in d. L. 2. L. *mortis cauſa capitur. 31. §. ſine donatione 2. verſ. rurſus. d.* L. *ſenatus. 35. §. 2. ff. eod.* Cæterum hæc mortis cauſa donatio Legatis exæquata eſt hodie per omnia, quoad effectus ſcilicet, ita ut omnes effectus hæc donatio ſortiatur, quos Legata habent. L. *ult. C. de donat. cauſ. mort.* Alioqui quoad ſubſtantiam & formam inter legata & donationem hanc

hanc mortis cauſa, eſſe differentiam certum eſt: idque innuit etiam Imper. Juſtinianus particulâ illâ *Ferè*, quâ hoc loco utitur.

*§. Aliæ autem. 2.*

Donatio inter vivos eſt, quæ ſine ulla mortis cogitatione perficitur, *hoc §. noſtro.* Hæcque donatio non, ſicut prior, legatis comparatur: & proinde ſemel perfecta, temerè non revocatur. *Temerè*, inquit Imperator Juſtin. quia ex cauſa, puta ſi donatarius ingratus erga ſuum donatorem exiſtat, donatio etiam perfecta revocari poteſt, *hoc §. noſtro. verſ. ſciendum eſt*, & L. *ult.* C. *de revoc. donat.* Itemque revocatur donatio, ſi donatori poſt donationem factam liberi ſupervenerint. *L. ſi nunquam* 8. *C. d. t.* Neque enim præſumitur pater in hunc caſum donare, ſuæque ſoboli alienam præferre voluiſſe. L. *cùm avus.* 101. *ff. de Condit. & demonſtr. L. cùm acutiſſimi.* 30. *C. de fidei comm.* Perficitur autem hæc donatio hodie nudo pacto & conſenſu donatoris; veluti ſi is voluntatem ſuam ſcriptis vel ſine ſcriptis, manifeſtaverit: neque opus eſt, ut ſtipulatio vel traditio ad donationis perfectionem interveniat, *hoc*

*Donatio inter Vivos quæ.*

*Quibus caſibus revocatur?*

*Quomodo perficiatur.*

Digitized by Google

*hoc §. noſtro. verſ. perficiuntur, &c. L. ſi quis argentum. 35 § ſed ſi quidem. 5. C. h. t. & Nov. 162. c. 1. §. 1.* Interdum tamen conventio, vel ſola vel traditione ſuffulta, non ſufficit ad donationis perfectionem: ſed inſuper etiam acta publica deſiderant, ut ſcilicet donatio ritè inſinuetur, adeoque in acta ſive documenta publica coram competente judice referatur: eo nimirum caſu, quo quingentos ſolidos ſive aureos donatio excedit, *hoc §. noſtro. verſ. & cùm retrò. L. ſancimus. 34* & *d. L. ſi quis argentum. 35. §. ult. C. h. t.* Enimverò ſunt donationes quædam, quæ inſinuatione haud indigent; ut *hîc in verſ. ſed & quasdam &c.* ut eſt donatio facta à Principe vel Principi & *L. ſancimus. 34. & auth. item* & *à privatis. C. eod.* facta pro redemptione captivorum. *L. ſi quis pro redemptione 36. in principio. C. h. t.* facta à Ducibus ſeu Magiſtris militum. *d. L. 36. §. 1. C. eod* facta deniq; ad refectionem collapſarum vel exuſtarum ædium. *d L. ſi quis. 36. §. eandemq; 2. C. eod.*

*Quando publicè inſinuanda, vel non?*

### *§ Eſt & aliud 3.*

*Donatio propter nuptias.*

Subjicitur hoc loci alia inter vivos donationis ſpecies, nempe donatio propter nuptias, quæ olim, ante nuptias vocabatur, Græcis ἀντίφερνη Contrados, pro-

propterea quòd à marito viciſſim in gratiam ſive compenſationem dotis uxori tribuitur. *L. ult. & tot. tit. C. de donat. ante nupt. &c.* Licèt verò hæc propter nuptias donatio jure Civili non ſolùm in Conſtitutione & præſtatione; ſed & pactis doti æqualis eſſe debeat. *Nov. 97. L. ex morte. 9. junct. authent. æqualitas, C. de pact. Convent.* in plerisque tamen locis hanc æqualitatem hodie non obſervari, teſtis eſt *Andreas Gail. L. 2. obſ. 78. n. 1. cum ſeqq. & Iul. Clar. L 4. recept. ſentent § donatio. quæſt. 11. ubi ex annotationibus noſtris eam rem explicui paulò copioſius.*

*§. Erat olim. 4.*

In hoc §. agitur de modo quodam Civilis acquiſitionis hodie abrogato, qui dicebatur jus adcreſcendi, quod tale erat: ut ſi communem ſervum unus ex dominis manumiſiſſet, partem ſuam amitteret, eaq; ſocio adcreſceret. Sed Juſtinianus favore Libertatis id immutavit, ſtatuitq; ſervum communem, ab uno manumiſſum, protinus liberum eſſe: ita tamen ſi pretium ſuæ partis ſocio perſolverit manumiſſor. L. 1. C. *de commun. ſerv. manum. Iul. Paul.* L. 4. *ſentent. tit. 12. in princ.* *Ius adcreſcendi.*

Qui-

# Quibus alienare licet vel non.

## Tit. VIII.

### *Ad princip. Tit.*

DIxit hactenus Imper. Juſtinianus de modis, quibus jure naturali ſeu gentium, itemque civili rerum dominia acquiruntur. Nunc hoc titulo oſtendit, accidere aliquando, ut qui dominus rei ſit, alienare non poſſit: & contra qui dominus non ſit, alienandæ rei poteſtatem habeat. Prioris generis exemplum eſt de marito: qui licèt conſtante matrimonio prædii dotalis ſit dominus: id tamen per Legem Juliam (à Julio Auguſto latam) alienare nequit. L. *un.* §. *& cum* L. *Jul.* 15. *C. de Rei ux. act. tot. tit. ff. &* C. *de fund. dotal.* ne quidem ſi miles ſit. L. *dotalem.* 16. *ff. de teſtam. milit.* Inhibuit autem Lex Julia alienationem fundi dotalis, quæ ſit invita muliere, & obligationem

*Alienare nequit maritus dotem.*

atq;

atque hypothecam, quæ ſit ea conſentiente & volente: propterea quod mulier facilius obligationi conſentit, quàm alienationi: cum mulierum avaritia ægrè res ſuas dimittat. L. *ſed ſi ego. 4. in fin. ff ad SCt. Vellej.* Loquebatur porrò Lex Julia tantum de prædiis Italicis: non item de provincialibus, hoc princip. noſtro, verſ. cùm enim Lex &c. Sed Juſtinianus Legem Juliam correxit, eamque ad provincialia etiam prædia produxit, & tam obligationem quàm alienationem omninò prohibuit, ſive conſenſerit uxor, ſive repugnaverit. *d. l. un. §. & cùm lex Iulia. 15. C. de rei uxor. act.* Ratio hic in fine ea redditur: ne mulieres ob fragilitatem ſexus facilè decipiantur, dotibusque ſuis fraudentur, quas tamen ipſis ſalvas eſſe, Reipublicæ expedit. L. 2. *ff. de jur. dot.* L. 1. *ff. ſolut. matr.*

*§. Contra autem. 1.*

Affertur hîc exemplum priori planè contrarium, in quo qui dominus non eſt, tamen alienare poteſt. Etenim creditor, qui pignus à debitore ſuo accepit, quamvis ejus dominus non ſit, L. cùm & ſortis. 35. §. 1. ff. de pignor. act. rectè tamen illud ex pactione alienare, hoc eſt, dominium illius, quod ipſe non

*Creditor quando Pignus alienare poſſit.*

non habuit, in alium transferre poterit, hoc §. noſtro. Ratio manifeſta eſt: quia cùm creditor voluntate debitoris pignus vendat, eaque vel tacitâ vel expreſſâ & tam initio contractus, quàm poſteà interpoſitâ. L. *ſi convenit*. 4. *& ſeq. ff. de pignor. act.* L *non eſt novum*. 46. *ff. de acqu. rer. dom.* ipſe debitor vendere videtur. *arg.* L 2. *§. pen. ff. de reb. cred. & L. qui mandat*. 56. *ff de ſolution.* Et ſi quidem pacto expreſſum ſit, quando & quomodo res vendenda ſit, pactũ iſtud ſervari debet: Legem quippe dat contractui. L. 1. *§. ſi convenit*. 6. *ff depoſ.* Sin nihil convenit, modus ab Imper. Juſtiniano præſcriptus obſervandus eſt. *L. ult. C. de jur. dom. imp.*

*§ Nunc admonendi. 2.*

Proponitur hoc in §. aliud exemplum eorum, qui quantumvis domini ſint; non tamen rerum ſuarum alienandarum poteſtatem habent. Pupillus namque utcunque dominus, niſi tutore auctore, rem ſuam alienare nullo modo poteſt. *L. pupillus*. 11. *ff. de acquir. rer. domin.* L. *obligari* 9. *ff. de auctor. & conſenſ. tut.* Unde ſi mutuam pecuniam alicui ſine tutoris auctoritate dederit: cùm ejus dominium transferri debeat, ut mutua fiat, obligationem non contrahit.

*Pupillus ſine tutore alienare nequit.*

hic. L. 2. §. 2. *ff. de reb. Credit. initiò tit. inſr. quib. mod. re contr. oblig.* ac proinde repetere poteſt nummos, vel rei vindicatione, ſi adhuc extent, vel condictione, ſi bona fide ſint conſumpti ſeu alienati ab eo, qui ſcivit, ſe à pupillo accepiſſe. Hac enim actione tenetur etjam is, qui dolo poſſidere deſiit. L. *vagaſti 11. in fin. ff. de reb. Cred. ſi cert. petet.* L. *ad exhibendum.* 5. C. *ad exhib.* Etſi verò pupillo citra tutoris auctoritatem nullius rei alienatio conceſſa eſt: è contrario tamen ei omnes res ſine tutoris auctoritate rectè dari, hoc eſt, dominii jure in ipſum transferri poſſunt. *h. §. noſtro, verſ. at ex contrario. &c.* Ratio in aperto eſt, quia pupillus ſine tutoris auctoritate conditionem ſuam poteſt facere meliorem, non autem deteriorem: *initiò tit. ſupr. de auctor. tut.* & L. *contra.* 28. *in fin. pr. ff. de pact.* Ex quo & illud conſequitur; quòd debitor pupillo ſolvens ſine auctoritate tutoris non liberatur: ſed pupillo adhuc obligatus manet: ita quidem ut ſi pecuniam ſolutam pupillus male conſumpſerit: eidem aliam pecuniam ſolvere debitor cogatur: ſin verò adhuc ſalvam pupillus pecuniam habeat, aut ex ea locupletior ſit factus; tunc

M ha-

Digitized by Google

habeat quidem adhuc actionem adverſus debitorem, quæ tamen exceptione doli mali repellatur. *L. pupillo.* 15. *L. in pupillo.* 47. *&* L. *ſi pupilli.* 66. *ff. de ſolut.* Dolo enim & contra bonam fidem facit, qui bis idem exigit. *L. bona fides.* 57. *ff. de reg. jur.* Porro debitor pupilli tutore auctore & juſſu judicis ſolvens plenam liberationis conſequitur ſecuritatem: adeo ut nec adverſus ſolutionem ita factam reſtitutio in integrum implorari queat. *hoc §. noſtro verſ. quo ſubſecuto &c. L. ait prætor.* 7. §. 2. *verſ. permittitur. ff. de minor.* L. *ſancimus.* 25. C. *de adminiſtr. tut. vel cur.*

# Per quas Perſonas cuique acquiritur.

## Tit. IX.

### *Ad princip. Tit.*

ENarratis iis qui rerum dominia alienare queunt: progreditur nunc Imper. Juſtinianus ad illos, qui rerum dominia

minia acquirere poſſunt. Tria autem ſunt præcipuè genera hominum, per quos nobis dominium acquiritur. Primùm enim acquirimus per eos, quos in poteſtate habemus: quales ſunt liberi noſtri & ſervi §. 1. 2. *&* 3. *h. t.* Deinde acquirimus per ſervos uſufructuarios & bona fide poſſeſſos, ſive ſint ſervi alieni, ſive homines liberi & ſui juris. *§. de iis autem ſervis.* 4. Tum acquirimus per procuratorem *§. ex his itaq;* 5. De quibus ſingulis ordine explicabitur.

§ *Igitur.* 1.

De liberis cùm quæritur, quid & quantum per eos patri acquiratur, diſtinguendum eſt jus vetus à novo. Jure veteri, quicquid illi acquirebant, id omne patri acquirebatur: ſic ut patri eſſet licentia iſtud alienandi & pro arbitrio ſuo de illo diſponendi. Nec hoc mirum videtur, ſi priſci juris ratio conſideretur, quo patri in filium, vitæ necisque poteſtas erat. L. *in ſuis hered.* 11. *in fin. ff. de liber. & poſthum. her. inſtit.* L. *ult. C. de patr. poteſt.* Sed hodie ex Juſtiniani conſtitutione, id eſt, ex L. *cum oportet.* 6. *C. de bonis quæ liber. &c.* inter ea quæ liberi acquirunt, diſtinguitur. Nam quæ ex eo, vel contemplatione patris acquirunt, quæ profectitia bona di-

*Quid acquiratur patri per Liberos.*

*Bona profectitia.*

dicuntur, pleno jure ad patrem pertinent. Quæ aliunde liberi adquirunt, quæ adventitia bona vocantur, eorum uſusfructus duntaxat patri acquiritur, nuda verò proprietas apud liberos remanet. *hoc §. & d. l. cum oportet. 6. C. de bon. qua liber. &c.* Hinc tamen bona Caſtrenſia (quæ ſcilicet in Caſtris ſive in ipſa armata militia, aut certè occaſione ejus acquiruntur. L. *ſi militi* 6. *L. caſtrenſe.* 11. L. *divus.* 13 *ff. de caſtrenſ. pecul.* excipiuntur: quæ ut olim parentibus non acquirebantur: ita & nunc parentibus non acquiruntur, ſed in totum liberis cedunt. Idemque in quaſi Caſtrenſibus (quæ occaſione togatæ militiæ, hoc eſt, ex Advocationibus, Profeſſionibus, Aſſeſſuris, & aliis officiis publicis, obveniunt liberis. *L. fin.* C. *de inoff. teſt.* L. *advocati.* 14. *C. de advocat. diverſ. judicior.*) obtinet. *d. L. cum oportet. 6. in princ. verſ. exceptis caſtrenſibus &c. C. de bonis quæ liberis. &c.*

*Adventitia.*

*Caſtrenſia.*

*Quaſi caſtrenſia.*

*§. Hoc quoque. 2.*

De liberis in poteſtate conſtitutis quid quantumque per eos patribus acquiratur, dictum eſt: ſequitur de Emancipatis, id eſt, patria poteſtate liberatis. Et olim quidem ex conſtitutionibus Conſtantini pater, qui filium eman-

*Quid per emancipatos.*

Digitized by Google

emancipabat, tertiam partem bonorum adventitiorum filii ſui ( ea enim ſunt quæ Juſtinianus hîc dicit acquiſitionem effugere ) præmii loco ſive remunerationis gratia retinere poterat. L. 1. & 2. *C. Theodoſ. de matern. bon* Lib. 8. *tit.* 18. At hodie ex conſtitutione Imper. Juſtiniani patri pro tertia parte dominii ſeu proprietatis, uſusfructus dimidiæ partis conceditur, per rationem expoſitam *hîc in fine & L. cum oportet.* 6. §. *cum autem.* 3. *C. de bon. quæ liber. &c.*

§. *Item vobis.* 3.

De acquiſitione per ſervos proprios hæc regula traditur: eos omnia ex quacunque cauſa acquirere Dominis & ignorantibus & invitis. *d. l. acquiritur.* 10. §. 1. & *L. etiam invitis.* 32. *ff. de acquir. rer. domin. L. ſervus.* 62. *ff. de V. O.* Ejusque ratio hæc redditur; quia cùm ſervus ſit in poteſtate alterius, & ab alio poſſideatur, ipſe nihil ſuum aut proprium habere vel poſſidere poteſt. *hoc §. noſtro, verſ. ipſe enim ſervus. & d. L. acquiritur.* 10. §. 1. *ff. de acquir. rer. dom. L. ſic eveniet.* 21. *ff. ad* L. *I. de adult.* L. *qui in ſervitute.* 118. *ff. de Reg. Iur.* Ratio rationis eſt; quia cujus perſona eſt alteri ſubjecta, ejuſdem res & bona

*Quid dicā minus p… ſervos proprios…*



Digitized by Google

multò magis ſubjecta erunt, notante hîc Rittershuſio. Cur autem dominis ignorantibus & invitis etiam ſervi acquirant, hæc eſt ratio: quia iſthæc acquiſitio fit ipſo jure, ratione ſcilicet poteſtatis, *arg.* L. *quodcunq;* 45. *ff. de V. O.* At quæ ipſo jure fiunt, etiam ignorantibus & dormientibus obveniunt. L. *nunquam.* 31. §. *ſi ſervus.* 3. *ff. de uſurp. & uſuc.* ac ne momento quidem in perſona eorum, qui in poteſtate ſunt, ſubſiſtunt. L. *placet.* 79. *ff. de acquir. vel amitt. hered.* Nec obſtat regula juris, quâ dicitur, invito beneficium non dari. L. invito. 69. ff. de reg. jur. Nam poterit dominus id, quod ſibi ſemel ipſo jure acquiſitum eſt, poſtea repudiare. *arg.* L. *pactum.* 46. *ff. de pact. &* L. *pen. C. eod.* Excipitur tamen hæreditas, quæ non ignoranti & invito, ſed ſcienti & jubenti acquiritur. *hoc* §. *noſtro. verſ. ſed ſi heres &c.* L. *qui in aliena.* 6. *in pr. ff. de acquir. vel omitt. hered. d. l. acquiritur.* 10. §. 1. *verſ. ideoq; ſi heres. ff. de acquir. rer. domin.* unde juſſus præcedere debet. *L. ſi quis mihi.* 25. §. *juſſum.* 4 *ff. de acq. vel omitt. hered.* idque ideo, ne ſervus dominum hæreditati & æri alieno invitum obliget. *d. l.* 6. *in princ. ff. d. t.* Adeundo quippe hereditatem ſervus con-

contrahere cum creditoribus hæreditariis & legatariis videtur. L. *apud Iulianum. 3 in fin. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſ. eatur.* Cæterum quod ſervis legatur, id dominis etiam ignorantibus & invitis ſecundùm regulam ſuperiorem acquiritur. *hoc § noſtro. verſ. & convenienter. &c.* Et ratio eſt: quia in legato haud metuendum eſt periculum illud æris alieni, quod in hæreditate metuitur: cùm legatum acquiſitum nunquam damnum ſed merum ſemper lucrum contineat. L. *ſi hæreditatem. 32 ff. mandat. vel contr.* & non ſolùm dominium, ſed & poſſeſſio ac conſequenter etiam uſucapio per ſervos, quos in poteſtate habemus, nobis acquiritur, *hoc § noſtro. verſ. non ſolùm autem. &c.* L. 1. *§ item acquirimus. 5. &* L. *ſervus. 24. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* Ex poſſeſſione enim & bonâ fide maximè uſucapio oritur: ut expoſitum *ſupra ad princ. tit. de uſucap. &c.*

*§. De iis autem ſervis. 4.*

*Quid per ſervos fructuarios & bonâ fide poſſeſſos homines?*

De acquiſitione per ſervos fructuarios & per bonâ fide poſſeſſos, tàm liberos homines quàm ſervos alienos, hoc loco agitur & oſtenditur; quòd iſti ex duabus duntaxat cauſis & proprietatem & poſſeſſionem nobis acquirant,



Digitized by Google

ex re videlicet noſtra, & ex operis ſuis *L. acquiritur.* 10. §. 3. *&* 4. L. *liber homo.* 19. *L. ſi ſervus.* 21. L. *qui bona fide* 23. *& paſſim. ff. de acquir. rer. domin. L. ſi ſervi.* 21. *& aliquot ſeqq. ff. de Uſufr.* Cur ex re noſtra nobis acquirant, ratio eſt perſpicua: quia noſtrum eſt, quicquid ex re noſtra, ejuſve occaſione provenit. *§. item ea quæ ex animalibus.* 19. *ſupra de rer. diviſ.* Cur ex operis ſuis, ratio hæc eſt: quia operæ etiam quodammodo ex re ejus, cui quis ſervit, habentur. *d. l. qui bona fide.* 23. *in princ. ff. de acquir. rer. domin.* In eo igitur pares ſunt fructuarius & bonæ fidei poſſeſſor, quòd utrique ex duabus tantùm cauſis acquiritur: in eo verò differunt, quòd bonæ fidei poſſeſſor uſucapere poteſt, fructuarius non item, *hoc §. noſtro. verſ. ſed bonæ fidei poſſeſſor, &c.* Ratio differentiæ duplex eſt; tum quia bonæ fidei poſſeſſor poſſidet: fructuarius non poſſidet, ſed ſolummodò naturaliter tenet. L. *naturaliter.* 12. *&* L. *poſſeſſio.* 49. *in pr. ff. de acquir. vel amittend. poſſ.* uſucapio autem ſine poſſeſſione non contingit. *L. ſine* 25. *ff. de uſurpat. & uſucap. c.* 3. *extr. de Reg. jur. in* 6. Tum quia bonæ fidei poſſeſſor habet bonam fidem, fructuarius non habet: ſcit enim rem

eſſe

eſſe alienam. Atqui ad uſucapionem bonam fidem requiri, dictum eſt *ſupra initiò tit. de uſucap. &c.*

§. *Ex his itaq;* 5.

Indubitatum eſt, præter perſonas hactenus enumeratas, neminem alium nobis acquirere poſſe, neque dominiū, neque poſſeſſionem. L. *ſolutum.* 11. §. *penult. ff. de pignor. act.* L. *cùm unus.* 12. *in pr. ff. de reb. auth. jud. poſſid.* L. *ſi ita ſtipulatus.* 126. §. *Chryſogonus.* 2. *verſ. per liberam perſonam. ff. de Verb. oblig. &* *hoc §. noſtro.* ex hac ratione: quia culpa eſt, immiſcere ſe rebus alienis. L. *culpa eſt.* 36. *ff. de reg. jur.* L. *conſulta divalia.* 23. *ibi, ne rem attingant. &c. C. de teſtament.* Excipitur Procurator. Is enim licèt ſit perſona extranea, & libera: per ipſum tamen nobis etiam ignorantibus poſſeſſionem, & demum mediante poſſeſſione dominium acquiri conſtat, ex *hoc §. verſ. excepto eo &c.* L. 1. §. *per procuratorem.* 20. L. *communis.* 42. §. 1. L. *poſſeſſio.* 49. §. *ult. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* L. 1. C. *eod. tit.*

*Quid per extraneos?*

*Quid per Procuratorem?*

§. *Hactenus.* 6.

Hic §. nihil aliud quàm rationem ordinis continet, & inter cætera exponit; quatuor modis res univerſas acquiri; hereditate nimirum, bonorum

poſſeſſione, arrogatione & libertatum conſervandarum cauſâ bonorum addictione. *De quibus ſingulis latius infra ſuis locis.*

# De Teſtamentis ordinandis.

## Tit. X.

### *Ad princip. Tit.*

*Hereditatis definitio.*

EX quatuor modis ac titulis res univerſas acquiri diximus *in §. ult. ſupra tit. proxim.* Primus ac præcipuus eſt hereditas: quæ nihil eſt aliud quàm ſucceſſio in univerſum jus, quod defunctus habuit. L. *nihil eſt aliud.* 24. *ff. de Verb. ſignific.* L. *hereditas.* 62. *ff. de reg. jur.* Hereditas autem duplex perhibetur: alia teſtamentaria, quæ in teſtamento defertur: alia legitima ſive ab inteſtato, quæ extra teſtamentum ex ſola lege defertur. *d. §. ult. ſupr. tit. prox.* L. *in plurium.* 70. *ff. de acqu. vel omitt. hered.* L. *ſi curatoris* 9. *C. de jur. delib.* Cæterùm Juſtinian. Imper. *hoc tit.*

*Diviſio in teſtamentariã & legitimam.*

*tit.* ab illa tanquam potiore exorditur, ejusque tractationem usque ad finem hujus libri perſequitur: & hîc initiò Teſtamentum ex eo appellari aſſerit, quòd ſit teſtatio mentis: ideſt, animi & voluntatis. L. 2. & L. *in adverſa.* 17. *ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Atque ita ceſſat reprehenſio A. Gellii *Lib. 6. noct. Attic. cap.* 12. & *Valla Lib. 6. elegant. c.* 37. qui hanc teſtamenti etymologiam ſive notationem plus æquo exagitant. Porrò teſtamentum (definitore Modeſtino) eſt voluntatis noſtræ juſta ſententia, de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit. *L. 1. ff. qui teſt. fac. poſſ.* Cujus definitionis explicatio accurata ex noſtris publicis majoribus Commentariis in hunc tit. peti poterit. *n. 38. & cum aliquot ſeqq.*

*Teſtamenti appellatio.*

*Definitio.*

*§. Sed ut nihil.* 1

Ex hoc & ſeqq. §§. conſtat, quòd aliud teſtamentum ſit juris Civilis aliud juris prætorii, aliud ex duobus iſtis mixtum. Juris autem Civilis teſtamentum olim triplex erat: unum dicebatur Calatis Comitiis, quòd pacis tempore fiebat in publicis comitiis, calato, id eſt, convocato bis in anno per præconem ſive cornicinem populo. Alterum dice-

*Diviſio in Civile, Prætoriũ & mixtũ.*

*Subdiviſio Civilis in Teſt. Calatis comitiis.*

*In Procinctu.*

*Per æs & libram.*

dicebatur in Procinctu, quod in bello fiebat ab illis, qui procincti, id eſt, toga militari præcincti, ſuisque gladiis quaſi accincti jamjam in prælium eſſent exituri. Tertium dicebatur per æs & libram, quod fiebat per emancipationem, hoc eſt, *ut Iuſtinianus hic interpretatur*, per imaginariam venditionem, ita ut emptor quidam fictitius & imaginarius pretio fictitio & imaginario, hoc eſt, unico numulo familiam ſeu hereditatem emeret à teſtatore, emptamque poſt modum heredi, quem teſtator deſignabat, tanquam per fidei commiſſum reſtitueret, præſentibus quinque teſtibus Civibus Romanis & libripende, qui æs ſive pretium librâ appenderet. Veteres enim non ſignatâ pecuniâ ſed gravi ære utebantur, nec pretium numerabant, ſed appendebant. Eaque de re *vide Theophilum, & Viglium hic, item Ulpian. in fragment. Inſtitut. tit.* 20. & *Gell. Lib.* 15. *noct. Attic. c.* 27. Cur porrò quinque teſtium præſentia exigeretur, ratio hæc eſſe videtur: quia totus populus Romanus, cujus vicem hi teſtes repræſentabant, diſtributus erat in quinque claſſes, ut ex Livio apparet. *Lib.* 1. *& aliis locis.* Ex una quaque igitur claſſe unus eligebatur, ut ita in univer-

verſum fierent quinque teſtes. Unde iſti teſtes etiam Claſſici vocabantur, teſte Feſto, eumque referente Rittershuſio *hic pag.* 228.

§. *Sed prædicta.* 2.

Tribus teſtamentis Civilibus breviter modo explicatis, teſtamentum Prætorium ſucceſſit. Edictum autem Prætoris pro 5. teſtibus requirebat ſeptem, duobus ſcilicet additis in locum libripendis & familiæ emptoris; eosque teſtamentum obſignare volebat: cætera verò ſolennia, puta emancipationem ſive imaginariam venditionem, non requirebat. Hocq; teſtamentum, quantumvis jure Civili imperfectum & invalidum Prætor tuetur, datâ heredi ſcripto bonorum poſſeſſione ſecundùm tabulas. L. *cum tabulæ.* 7. *&* L. *ut bonorū.* 9 *ff de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab.* L. 2. C *eod.* L. *poſſumus.* 12. *ff. de inj. rupt. & irr fact. teſtam.* *Teſtamentum Prætorium.*

§. *Cum paulatim.* 3.

Quatuor teſtamentorum generibus, *de quibus in præcedentibus §§. dictum*, deſuetudine abolitis: noviſſimè aliud teſtandi genus ſolenne introductum eſt, quod partim ex jure Civili antiquo, partim ex recentibus Impp. Conſtitutionibus, partim ex Prætorio collectum & mixtum eſt. Quæ autem hujus *Mixtum.*



Digitized by Google

ceat. *L. ad teſtium.* 22. *§.* 2. *ff. qui teſtam. fac. poſſ. L. ſi unus.* 12. *C. de teſtam.*
*§. Teſtes autem.* 6.

*Qui in teſtamento teſtes eſſe poſſint?*

Diximus *ſupra in §.* 3. *hoc tit.* ad ſolennia teſtamenti requiri ſeptem teſtes ſpecialiter rogatos. Jam igitur commodè exponitur: quinam teſtes in teſtamento adhiberi poſſint, & qui non poſſint. Eaque de re hujuſmodi proponitur regula: teſtes in teſtamento eſſe poſſe omnes, cum quibus teſtamenti eſt factio. Teſtamenti autem factionem habere dicuntur non ſolùm ii, qui teſtamentum facere poſſunt: ſed & qui ex alieno teſtamento vel ipſi capere, vel alii acquirere queunt, licet non poſſint facere teſtamentum. *§. in extraneis.* 4. *infr. de hered. qual. & differ. L. filius familias* 16. *in princ ff. qui teſtam. fac. poſſ.*

*Teſtes eſſe nequeunt Mulieres.*

Enimverò mulieres licèt in aliis actibus teſtes eſſe valeant. *L. ex eo.* 18. *ff. de teſtib. L.* 2. *ff. de accuſat. L. in quæſtionibus.* 8. *ff. ad L. Jul. Majeſt. L. qui teſtamento.* 20 *§. mulier.* 6. *ff. qui teſtam. fac. poſſ.* in teſtamentis tamen eam maximè ob cauſam teſtimonium dicere prohibentur: quòd teſtium adhibitio ad confectionem teſtamenti deſcendit ex veteri more teſtandi in calatis comitiis, ubi totus populus quaſi teſtis invoca-

caba-

cabatur. Mulieres autem jus Comitiorum non habebant, ut patet ex Gellio *lib. 5. noct. Attic. cap.* 19. Impuberes quoq; cùm animi judicio deſtituantur, ut intelligere non poſſint, quid agatur, quemadmodum in nullo alio negotio. L. 3. §. *Lege Iulia.* 5. & L. *inviti.* 19. *in fin. ff. de teſtib.* ita multò minus in teſtamento teſtes eſſe poſſunt, ut *hic & d. l. qui teſtamento.* 20. *in princ. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Præterea ſervi, cum juris civilis communionem non habeant. L. *quod attinet.* 32. *ff. de R. Iur. d. L. qui teſtamento.* 20. §. *ſervus.* 7. *ff. qui teſtam. fac. poſſ.* à teſtimonii dictione arcentur, *hoc* §. & *d. l. qui teſtamento.* 20. §. *ſervus.* 7. *ff. qui teſt. fac. poſſ.* Interdum tamen ſervi reſponſo credendum eſt, in caſu ſcilicet neceſſitatis, cùm aliæ probationes deficiunt, quibus veritas eruatur. L. *ſervi.* 7. *ff. de teſtib.* Hoc amplius furioſi, cùm pro abſentibus & dormientibus haberi ſoleant, nihilque omninò intelligant, teſtes eſſe nequeunt, *hoc* §. & *d. l. qui teſtamento.* 20. §. *ne furioſus* 4. *ff. qui teſtam. fac. poſſ.* L. *in negociis.* 5. L. *furioſi.* 40. & L. *ubi non voce.* 124. *in fin. ff. de R. Iur.* Sanè ſi inducias & intermiſſionem ſive dilucida intervalla furoris habeant, eo tempore teſtes adhiberi poſſunt. *d. l. qui teſtamento.* 20. §. *ne*

*Servi.*

*Furioſi.*

Digitized by Google

teſtamenti ſint ſolennitates & requiſita, abundè *hic* §. *cum aliquot ſeqq.* declarat. Et hoc quidem in §. recenſentur requiſita quatuor: quorum primum eſt, ut teſtamentum uno eodemq; tempore ſive uno contextu & continuo actu, nullo alieno vel extraneo actu interveniente, celebretur. L. *heredes* 21. §. *ult. ff. qui teſtam. fac. poſſ. L. hac conſultiſſima.* 21. & *L. cùm antiquitas.* 28. *C. de teſtam.* Secundum eſt, ut ſeptem adſint teſtes ſpecialiter ad iſtum teſtamenti actum convocati & rogati. *d. l. heredes.* 21. §. 2 *ff. qui teſtam. fac. poſſ. L. ſi unus.* 12. *d.* L. *hac conſultiſſima.* 21. *L. in teſtamentis.* 26. *d. l. cùm antiquitas.* §. *cum autem* 1. & *L. noſtram.* 30 *C. de teſtam. L. hac conſultiſſima.* 8. *C. qui teſtam. fac. poſſ.* Tertium requiſitum eſt ſubſcriptio teſtium, ut videlicet omnes uno eodemque tempore & loco ſubſcribant. Nec unus teſtis pro alio ſubſcribere poteſt, ſed quilibet uti proprio chirographo debet. *L. pen. ff. qui teſtam. fac. poſſ. d.* L. *hac conſultiſſima.* 21. *in fin. princip. C. de teſtament.* Quartum requiſitum eſt, ut teſtes uno eodemque tempore ſubſignent, propriis vel alienis annulis. § *poſſunt* 5. *infr. h. t.* L. *ad teſtium.* 22. §.

*Eius requiſita.*

21. §. 1. *ff. qui teſtam. fac. poſſ.* L. *ſi unus.* 12. C. *de teſtam.*

§. *Sed his omnibus* 4.

Prædictis quatuor teſtamenti requiſitis additur hoc loco quintum, ut nimirum teſtator ipſe, ſi norit literas, ſua manu heredis nomen ſcribat, & exprimat: ſin literas neſciat teſtator, heredis nomen nuncupet coram teſtibus, qui illud in ſubſcriptionibus apponant. *L. jubemus.* 29. C. *de teſtament.* Quod tamen ipſum hodie jure Novellarum ſublatum eſt, & conſtitutum, per alium etiam quàm per teſtem, nomen heredis ſcribi atque exprimi poſſe. *Auth. & non obſervato.* C. *d. tit.* Novell. 119. *cap.* 9.

§. *Poſſunt autem.* 5.

De ſubſignatione teſtium duo in præſenti §. attingit Juſtin. Imperator. Primum eſt, quòd omnes teſtes uno eodemque annulo ſignare teſtamentum poſſint: non obſtante eo, quòd hoc pacto omnium ſignorum una foret ſculptura: cùm idem quoque contingere valeat, quàmvis ſinguli teſtes ſuo annulo ſignaverint. Omnes quippe ſeptem annuli unius ſculpturæ eſſe queunt. Alterum eſt, quod teſtibus etiam alieno annulo ſignare teſtamentum liceat.

teſtamenti ſint ſolennitates & requiſita, abundè *hic §. cum aliquot seqq.* declarat. Et hoc quidem in §. recenſentur requiſita quatuor: quorum primum eſt, ut teſtamentum uno eodemq; tempore ſive uno contextu & continuo actu, nullo alieno vel extraneo actu interveniente, celebretur. L. *heredes* 21. §. *ult. ff. qui teſtam. fac. poſſ. L. hac conſultiſſima.* 21. & *L. cùm antiquitas.* 28. *C. de teſtam.* Secundum eſt, ut ſeptem adſint teſtes ſpecialiter ad iſtum teſtamenti actum convocati & rogati. *d. l. heredes.* 21. §. 2 *ff. qui teſtam. fac. poſſ. L. ſi unus.* 12. *d.* L. *hac conſultiſſima.* 21. *L. in teſtamentis.* 26. *d. l. cùm antiquitas.* §. *cum autem* 1. & *L. noſtram.* 30 *C. de teſtam.* L. *hac conſultiſſima.* 8. *C. qui teſtam. fac. poſſ.* Tertium requiſitum eſt ſubſcriptio teſtium, ut videlicet omnes uno eodemque tempore & loco ſubſcribant. Nec unus teſtis pro alio ſubſcribere poteſt, ſed quilibet uti proprio chirographo debet. *L. pen. ff. qui teſtam. fac. poſſ. d.* L. *hac conſultiſſima.* 21. *in fin. princip. C. de teſtament.* Quartum requiſitum eſt, ut teſtes uno eodemque tempore ſubſignent, propriis vel alienis annulis. *§. poſſunt* 5. *infr. h. t.* L. *ad teſtium.*

*Eius requiſita.*

22 §.

22. §. 2. *ff. qui teſtam. fac. poſſ.* L. *ſi unus.* 12. *C. de teſtam.*

§. *Sed his omnibus* 4.

Prædictis quatuor teſtamenti requiſitis additur hoc loco quintum, ut nimirum teſtator ipſe, ſi norit literas, ſua manu heredis nomen ſcribat, & exprimat: ſin literas neſciat teſtator, heredis nomen nuncupet coram teſtibus, qui illud in ſubſcriptionibus apponant. *L. jubemus.* 29. *C. de teſtament.* Quod tamen ipſum hodie jure Novellarum ſublatum eſt, & conſtitutum, per alium etiam quàm per teſtem, nomen heredis ſcribi atque exprimi poſſe. *Auth. & non obſervato. C. d. tit.* Novell. 119. *cap.* 9.

§. *Poſſunt autem.* 5.

De ſubſignatione teſtium duo in præſenti §. attingit Juſtin. Imperator. Primum eſt, quòd omnes teſtes uno eodemque annulo ſignare teſtamentum poſſint: non obſtante eo, quòd hoc pacto omnium ſignorum una foret ſculptura: cùm idem quoque contingere valeat, quàmvis ſinguli teſtes ſuo annulo ſignaverint. Omnes quippe ſeptem annuli unius ſculpturæ eſſe queunt. Alterum eſt, quod teſtibus etiam alieno annulo ſignare teſtamentum liceat.

teſtamenti ſint ſolennitates & requiſita, abundè *hic* §. *cum aliquot ſeqq.* declarat. Et hoc quidem in §. recenſentur requiſita quatuor: quorum primum eſt, ut teſtamentum uno eodemq; tempore ſive uno contextu & continuo actu, nullo alieno vel extraneo actu interveniente, celebretur. L. *heredes* 21. §. *ult. ff. qui teſtam. fac. poſſ. L. hac conſultiſſima.* 21. & *L. cùm antiquitas.* 28. *C. de teſtam.* Secundum eſt, ut ſeptem adſint teſtes ſpecialiter ad iſtum teſtamenti actum convocati & rogati. *d. l. heredes.* 21. §. 2 *ff. qui teſtam. fac. poſſ. L. ſi unus.* 12. *d.* L. *hac conſultiſſima.* 21. *L. in teſtamentis.* 26. *d. l. cùm antiquitas.* §. *cum autem* 1. & *L. noſtram.* 30 *C. de teſtam.* L. *hac conſultiſſima.* 8. *C. qui teſtam. fac. poſſ.* Tertium requiſitum eſt ſubſcriptio teſtium, ut videlicet omnes uno eodemque tempore & loco ſubſcribant. Nec unus teſtis pro alio ſubſcribere poteſt, ſed quilibet uti proprio chirographo debet. *L. pen. ff. qui teſtam. fac. poſſ. d.* L. *hac conſultiſſima.* 21. *in fin. princip. C. de teſtament.* Quartum requiſitum eſt, ut teſtes uno eodemque tempore ſubſignent, propriis vel alienis annulis. § *poſſunt* 5. *infr. h. t.* L. *ad teſtium.*

*Eius requiſita.*

22 §.

22. §. 1. *ff. qui teſtam. fac. poſſ.* L. *ſi unus.* 12. *C. de teſtam.*

§. *Sed hu omnibus* 4.

Prædictis quatuor teſtamenti requiſitis additur hoc loco quintum, ut nimirum teſtator ipſe, ſi norit literas, ſua manu heredis nomen ſcribat, & exprimat: ſin literas neſciat teſtator, heredis nomen nuncupet coram teſtibus, qui illud in ſubſcriptionibus apponant. *L. jubemus.* 29. *C. de teſtament.* Quod tamen ipſum hodie jure Novellarum ſublatum eſt, & conſtitutum, per alium etiam quàm per teſtem, nomen heredis ſcribi atque exprimi poſſe. *Auth. & non obſervato. C. d. tit.* Novell. 119. *cap.* 9.

§. *Poſſunt autem.* 5.

De ſubſignatione teſtium duo in præſenti §. attingit Juſtin. Imperator. Primum eſt, quòd omnes teſtes uno eodemque annulo ſignare teſtamentum poſſint: non obſtante eo, quòd hoc pacto omnium ſignorum una foret ſculptura: cùm idem quoque contingere valeat, quàmvis ſinguli teſtes ſuo annulo ſignaverint. Omnes quippe ſeptem annuli unius ſculpturæ eſſe queunt. Alterum eſt, quod teſtibus etiam alieno annulo ſignare teſtamentum liceat.

Digitized by Google

teſtamenti ſint ſolennitates & requiſita, abundè *hic §. cum aliquot ſeqq.* declarat. Et hoc quidem in §. recenſentur requiſita quatuor: quorum primum eſt, ut teſtamentum uno eodemq; tempore ſive uno contextu & continuo actu, nullo alieno vel extraneo actu interveniente, celebretur. L. *heredes* 21. §. *ult. ff. qui teſtam. fac. poſſ. L. hac conſultiſſima.* 21. *& L. cùm antiquitas.* 28. C. *de teſtam.* Secundum eſt, ut ſeptem adſint teſtes ſpecialiter ad iſtum teſtamenti actum convocati & rogati. *d. l. heredes.* 21. §. 2 *ff. qui teſtam. fac. poſſ. l. ſi unus.* 12. *d.* L. *hac conſultiſſima.* 21. *L. in teſtamentis.* 26. *d. l. cùm antiquitas. §. cum autem* 1. *& L. noſtram.* 30 C. *de teſtam.* L. *hac conſultiſſima.* 8. C. *qui teſtam. fac. poſſ.* Tertium requiſitum eſt ſubſcriptio teſtium, ut videlicet omnes uno eodemque tempore & loco ſubſcribant. Nec unus teſtis pro alio ſubſcribere poteſt, ſed quilibet uti proprio chirographo debet. *L. pen. ff. qui teſtam. fac. poſſ. d.* L. *hac conſultiſſima.* 21. *in fin. princip. C. de teſtament.* Quartum requiſitum eſt, ut teſtes uno eodemque tempore ſubſignent, propriis vel alienis annulis. *§. poſſunt* 5. *inſr. h. t.* L. *ad teſtium.*

*Eius requiſita.*

22. §.

*22. §. 2. ff. qui teſtam. fac. poſſ. L. ſi unus. 12. C. de teſtam.*

*§. Sed his omnibus* 4.

Prædictis quatuor teſtamenti requiſitis additur hoc loco quintum, ut nimirum teſtator ipſe, ſi norit literas, ſua manu heredis nomen ſcribat, & exprimat: ſin literas neſciat teſtator, heredis nomen nuncupet coram teſtibus, qui illud in ſubſcriptionibus apponant. *L. jubemus. 29. C. de teſtament.* Quod tamen ipſum hodie jure Novellarum ſublatum eſt, & conſtitutum, per alium etiam quàm per teſtem, nomen heredis ſcribi atque exprimi poſſe. *Auth. & non obſervato. C. d. tit. Novell. 119. cap. 9.*

*§. Poſſunt autem.* 5.

De ſubſignatione teſtium duo in præſenti §. attingit Juſtin. Imperator. Primum eſt, quòd omnes teſtes uno eodemque annulo ſignare teſtamentum poſſint: non obſtante eo, quòd hoc pacto omnium ſignorum una foret ſculptura: cùm idem quoque contingere valeat, quàmvis ſinguli teſtes ſuo annulo ſignaverint. Omnes quippe ſeptem annuli unius ſculpturæ eſſe queunt. Alterum eſt, quod teſtibus etiam alieno annulo ſignare teſtamentum liceat.

Digitized by Google

ceat. *L. ad teſtium. 22. §. 2. ff. qui teſtam. fac. poſſ. L. ſi unus. 12. C. de teſtam. §. Teſtes autem. 6.*

*Qui in teſtamento teſtes eſſe poſſint?*

Diximus *ſupra in §. 3. hoc tit.* ad ſolennia teſtamenti requiri ſeptem teſtes ſpecialiter rogatos. Jam igitur commodè exponitur: quinam teſtes in teſtamento adhiberi poſſint, & qui non poſſint. Eaque de re hujuſmodi proponitur regula: teſtes in teſtamento eſſe poſſe omnes, cum quibus teſtamenti eſt factio. Teſtamenti autem factionem habere dicuntur non ſolùm ii, qui teſtamentum facere poſſunt: ſed & qui ex alieno teſtamento vel ipſi capere, vel alii acquirere queunt, licet non poſſint facere teſtamentum. *§. in extraneis. 4. infr. de hered. qual. & differ. L. filius familias 16. in princ ff. qui teſtam. fac. poſſ.*

*Teſtes eſſe nequeunt Mulieres.*

Enimverò mulieres licèt in aliis actibus teſtes eſſe valeant. *L. ex eo. 18. ff. de teſtib. L. 2. ff. de accuſat. L. in quaeſtionibus. 8. ff. ad L. Iul. Majeſt. L. qui teſtamento. 20 §. mulier. 6. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* in teſtamentis tamen eam maximè ob cauſam teſtimonium dicere prohibentur: quòd teſtium adhibitio ad confectionem teſtamenti deſcendit ex veteri more teſtandi in calatis comitiis, ubi totus populus quaſi teſtis invoca-

caba-

eabatur. Mulieres autem jus Comitiorum non habebant, ut patet ex Gellio *lib. 5. noct. Attic. cap.* 19. Impuberes quoq; cùm animi judicio deſtituantur, ut intelligere non poſſint, quid agatur, quemadmodum in nullo alio negotio. L. 3. §. *Lege Iulia.* 5. & L. *inviti.* 19. *in fin. ff. de teſtib.* ita multò minus in teſtamento teſtes eſſe poſſunt, ut *hic* & *d. l. qui teſtamento.* 20. *in princ. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Præterea ſervi, cum juris civilis communionem non habeant. L. *quod attinet.* 32. *ff. de R. Iur. d. L. qui teſtamento.* 20. §. *ſervus.* 7. *ff. qui teſtam. fac. poſſ.* à teſtimonii dictione arcentur, *hoc* §. & *d. l. qui teſtamento.* 20. §. *ſervus.* 7. *ff. qui teſt. fac. poſſ.* Interdum tamen ſervi reſponſo credendum eſt, in caſu ſcilicet neceſſitatis, cùm aliæ probationes deficiunt, quibus veritas eruatur. L. *ſervi.* 7. *ff. de teſtib.* Hoc amplius furioſi, cùm pro abſentibus & dormientibus haberi ſoleant, nihilque omninò intelligant, teſtes eſſe nequeunt, *hoc* §. & *d. l. qui teſtamento.* 20. §. *ne furioſus* 4. *ff. qui teſtam. fac. poſſ.* L. *in negociis.* 5. L. *furioſi.* 40. & L. *ubi non voce.* 124 *in fin. ff. de R. Iur.* Sanè ſi inducias & intermiſſionem ſive dilucida intervalla furoris habeant, eo tempore teſtes adhiberi poſſunt, *d. l. qui teſtamento.* 20. §. *ne*

*Servi.*

*Furioſi.*

Digitized by Google

tradunt Hottomannus *hic enunciat.* 3. & Tuningius *pag.* 294.

§. *Pater.* 8.

*Non Pater & filius, aut duo fratres in teſtamento alieno.*

Ait hoc loco Imper. Juſtinianus: patrem & filium, itemque duos pluresve fratres in ejuſdem patris poteſtate non prohiberi ſimul teſtes eſſe in uno eodemq; teſtamento: cùm nihil noceat, ex una domo ſive familia plures teſtes alieno negotio adhiberi. *L. ad teſtium.* 22. *in princip. ff. qui teſtam. fac. poſſ. L. pater.* 17. *ff. de teſtib.* Neq; huic obſtat, quòd reprobatum ſit domeſticum teſtimonium. §. *proximè ſeq.* Ibi enim domeſticum teſtimonium non ſignificat teſtimonium quod plures ex eadem domo in alieno negocio dicunt; ſed quod ſibi in proprio negocio perhibent: velut cùm is, qui teſtis eſt, & ille cui eſt teſtimonium præbendum, inter ſe vinculo poteſtatis, non tantùm cognitionis, conjunguntur, aut verò uterq; in ejuſdem patris eſt poteſtate, *ſicuti explicatur infra* §. *proximo.*

§. *In teſtibus.* 9.

*Secus in proprio.*

Filium in teſtamento patris, cujus in poteſtate eſt, teſtem eſſe non poſſe, certum eſt; quandoquidem ob poteſtatem patriam filius pro una eademq; perſona cum patre habetur. L. *fin.* C. *de Impub.*

&

*& aliis ſubſtit.* §. *ſi quis alii.* 4. *verſ. ei verò infr. de Inutil. ſtipul.* Atqui teſtator & teſtis diverſi eſſe debent: cùm nemo ſibi ipſi atq; in propria cauſa teſtimonium perhibere poſſit. L. *teſtis.* 9. L. *nullus.* 10. *ff. de teſtib. l. omnibus.* 10. C. *eod.* Eadem planè ratione prohibetur pater viciſſim eſſe teſtis in teſtamento filiifamilias de peculio caſtrenſi teſtantis *hoc* §. *noſtro.* Nec reſiſtit, quòd filiusfamilias in bonis caſtrenſibus pro patrefamilias reputetur: adeoq; poteſtas patria, quæ teſtimonium ejus impediat, non attendatur. *l. ſi quis.* 6. §. *ult. ff. de injuſt. rupt. & irrit. fact teſtam.* L. *penult.* & L. *ult.* C. *qui teſtam. fac. poſſ.* Hactenus enim duntaxat filiusfamilias cenſetur paterfamilias, ut arbitratu ſuo in bonis caſtrenſibus diſponat: interim verò unitatis vinculum, ob quod teſtis eſſe vetatur, maneat, *docente hic Hunnio in fine.* Similiter non obſtat L. *qui teſtamento.* 20. §. 2. *ff. qui teſtam. fac. poſſ.* ubi Ulpianus ex Marcelli ſententia refert: patrem in teſtamento filii, de peculio caſtrenſi teſtantis, teſtem eſſe poſſe. Nam ea intelligenda eſt de teſtamento, à filiofamilias adhuc milite facto, jure militari, in quo & aliæ ſoleñitates nõ exiguntur, ut

Digitized by Google

*furioſus.* 4. *ff qui teſtam. fac. poſſ.* cùm & ipſi furore intermittente ultimum elogium rectè condant. L. *furioſum.* 9. *C. d. t.* Mutus item & ſurdus teſtes eſſe non poſſunt: quoniam ille teſtimonium perhibere; hic verò teſtatoris vocem exaudire nequit *hoc* §. *noſtro.* L. 1. §. *initium.* 2. *ff. de poſtul.* L. 1. *ff. teſtam. quem. aper.* Nec adverſatur, quod Ulpianus reſpondit; ſufficere ſi vel ſenſu percipiat quis, cui rei adhibitus ſit teſtis. d. L. qui teſtamento. §. *penult. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Illud namque accipiendum eſt de eo, qui audit quidem & loquitur; ſed intelligentiam non habet ſermonis, quo teſtator utitur. Is quippe de voluntate teſtatoris per interpretem certior factus, per hunc teſtimonium ſuum reddere poterit. *arg.* L. *Græcè.* 8. *in princip. ff. de fidejuſſ. l. hac conſultiſſima.* 21. *in fin. C. de teſtam.* Adhæc prodigus, ſive is cui bonis eſt interdictum, quia furioſo comparatur, à teſtimonii dictione repellitur, *hoc* §. L. *is cui lege.* 18. *in fine princip. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* L. 1. *ff. de curat. fur.* L. *Fulcinius.* 7. § *idemq;* 12. *ff quib. ex cauſ. in poſſ. eat. d. l. furioſi.* 40. *ff. de Reg. jur.* Denique in teſtium numerum adhiberi nequeunt illi, quos leges jubent improbos inteſtabilesque eſſe,

*Mutus & ſurdus.*

*Prodigus.*

eſſe, hoc eſt, teſtimonio dicendo abſtinere, quorum exempla extant *in d. l. is cui lege. 18. §. fin. d. l. qui teſtamento. 20 §. eum qui. 5. & §. ſeq. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* L. *lex Cornelia.* 5. §. *ſi quis librum.* 9. *ff. de injur.* L. 3. §. L*ege julia.* 5. L. *ſcio.* 14. & L. *repetundarum.* 15. *ff. de teſtib.* L. *eadem lege.* 6. §. 1. *ff. ad* L. *I. repetund. & ſimilibus.*

§. *Sed cum aliquis.* 7.

*Non ſervus pro libero habitus.*

Ejus quod in §. præcedente dictum eſt, ſervum non rectè teſtem adhiberi teſtamento, hoc loco quaſi exceptio & declaratio quædam ſubjungitur, niſi omnium opinione & conſenſu ſervus iſte tempore teſtamenti facti pro libero homine habitus fuerit. Non enim vitiatur teſtamentum, etiamſi eum fuiſſe ſervum poſtea apparuerit. *L. 1. C. de teſtam.* Idque ex humanitate & liberalitate ſeu benignitate Imperatorum ac teſtamentorum favore receptum eſt, contra jus ſtrictum, quo inutile foret tale teſtamentum hoc §. noſtro. Abſurdum igitur eſt, quòd ex hoc loco effici vulgò putant: Communem errorem jus facere. Non ſiquidem error, ſed Imperium ſummaque poteſtas Cæſarum hoc jus conſtituit: cùm alioqui per ſe teſtamentum injuſtum eſſet, ut

*furioſum. 4. ff qui teſtam. fac. poſſ.* cùm & ipſi furore intermittente ultimum elogium rectè condant. L. *furioſum. 9. C. d. t.* Mutus item & ſurdus teſtes eſſe non poſſunt: quoniam ille teſtimonium perhibere; hic verò teſtatoris vocem exaudire nequit *hoc §. noſtro.* L. 1. §. *initium. 2. ff. de poſtul.* L. 1. *ff. teſtam. quem. aper.* Nec adverſatur, quod Ulpianus reſpondit; ſufficere ſi vel ſenſu percipiat quis, cui rei adhibitus ſit teſtis. d. L. qui teſtamento. *§. penult. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Illud namque accipiendum eſt de eo, qui audit quidem & loquitur; ſed intelligentiam non habet ſermonis, quo teſtator utitur. Is quippe de voluntate teſtatoris per interpretem certior factus, per hunc teſtimonium ſuum reddere poterit. *arg.* L. *Græcè. 8. in princip. ff. de fidejuſſ. l. hac conſultiſſima. 21. in fin. C. de teſtam.* Adhæc prodigus, ſive is cui bonis eſt interdictum, quia furioſo comparatur, à teſtimonii dictione repellitur, *hoc §.* L. *is cui lege. 18. in fine princip. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* L. 1. *ff. de curat. fur.* L. *Fulcinius. 7. § idemq; 12. ff quib. ex cauſ. in poſſ. eat. d. l. furioſi. 40. ff. de Reg. jur.* Denique in teſtium numerum adhiberi nequeunt illi, quos leges jubent improbos inteſtabileſque eſſe,

*Mutus & ſurdus.*

*Prodigus.*

Digitized by Google

eſſe, hoc eſt, teſtimonio dicendo abſtinere, quorum exempla extant *in d. l. is cui lege.* 18. §. *fin. d. l. qui teſtamento.* 20 §. *eum qui.* 5. *&* §. *ſeq. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* L. *lex Cornelia.* 5. §. *ſi quis librum.* 9. *ff. de injur.* L. 3. §. L*ege julia.* 5. L. *ſcio.* 14. *&* L. *repetundarum.* 15. *ff. de teſtib.* L. *eadem lege.* 6. §. 1. *ff. ad* L. *I. repetund. & ſimilibus.*

§. *Sed cum aliquis.* 7.

*Non ſervus pro libero habitus.*

Ejus quod in §. præcedente dictum eſt, ſervum non rectè teſtem adhiberi teſtamento, hoc loco quaſi exceptio & declaratio quædam ſubjungitur, niſi omnium opinione & conſenſu ſervus iſte tempore teſtamenti facti pro libero homine habitus fuerit. Non enim vitiatur teſtamentum, etiamſi eum fuiſſe ſervum poſtea apparuerit. *L.* 1. *C. de teſtam.* Idque ex humanitate & liberalitate ſeu benignitate Imperatorum ac teſtamentorum favore receptum eſt, contra jus ſtrictum, quo inutile foret tale teſtamentum hoc §. noſtro. Abſurdum igitur eſt, quòd ex hoc loco effici vulgò putant: Communem errorem jus facere. Non ſiquidem error, ſed Imperium ſummaque poteſtas Cæſarum hoc jus conſtituit: cum alioqui per ſe teſtamentum injuſtum eſſet, ut

*furioſus.* 4. *ff qui teſtam. fac. poſſ.* cùm & ipſi furore intermittente ultimum elogium rectè condant. L. *furioſum.* 9. *C. d. t.* Mutus item & ſurdus teſtes eſſe non poſſunt: quoniam ille teſtimonium perhibere; hic verò teſtatoris vocem exaudire nequit *hoc* §. *noſtro.* L. 1. §. *initium.* 2. *ff. de poſtul.* L. 1. *ff. teſtam. quem. aper.* Nec adverſatur, quod Ulpianus reſpondit; ſufficere ſi vel ſenſu percipiat quis, cui rei adhibitus ſit teſtis. d. L. qui teſtamento. §. *penult. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Illud namque accipiendum eſt de eo, qui audit quidem & loquitur; ſed intelligentiam non habet ſermonis, quo teſtator utitur. Is quippe de voluntate teſtatoris per interpretem certior factus, per hunc teſtimonium ſuum reddere poterit. *arg.* L. *Græcè.* 8. *in princip. ff. de fidejuſſ. l. hac conſultiſſima.* 21. *in fin. C. de teſtam.* Adhæc prodigus, ſive is cui bonis eſt interdictum, quia furioſo comparatur, à teſtimonii dictione repellitur, *hoc* §. L. *is cui lege.* 18. *in fine princip. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* L. 1. *ff. de curat. fur.* L. *Fulcinius.* 7. § *idemq;* 12. *ff quib. ex cauſ. in poſſ. eat. d. l. furioſi.* 40. *ff. de Reg. jur.* Denique in teſtium numerum adhiberi nequeunt illi, quos leges jubent improbos inteſtabilesque eſſe,

*Mutus & ſurdus.*

*Prodigus.*

Digitized by Google

eſſe, hoc eſt, teſtimonio dicendo abſtinere, quorum exempla extant *in d. l. is cui lege. 18. §. fin. d. l. qui teſtamento. 20 §. eum qui. 5. & §. ſeq. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* L. *lex Cornelia. 5. §. ſi quis librum. 9. ff. de injur.* L. 3. §. L*ege julia. 5. L. ſcio. 14. &* L. *repetundarum. 15. ff. de teſtib. L. eadem lege. 6. §. 1. ff. ad* L. *1. repetund. & ſimilibus.*

§. *Sed cum aliquis. 7.*

*Non ſervus pro libero habitus.*

Ejus quod in §. præcedente dictum eſt, ſervum non rectè teſtem adhiberi teſtamento, hoc loco quaſi exceptio & declaratio quædam ſubjungitur, niſi omnium opinione & conſenſu ſervus iſte tempore teſtamenti facti pro libero homine habitus fuerit. Non enim vitiatur teſtamentum, etiamſi eum fuiſſe ſervum poſtea apparuerit. *L. 1. C. de teſtam.* Idque ex humanitate & liberalitate ſeu benignitate Imperatorum ac teſtamentorum favore receptum eſt, contra jus ſtrictum, quo inutile foret tale teſtamentum hoc §. noſtro. Abſurdum igitur eſt, quòd ex hoc loco effici vulgò putant: Communem errorem jus facere. Non ſiquidem error, ſed Imperium ſummaque poteſtas Cæſarum hoc jus conſtituit: cùm alioqui per ſe teſtamentum injuſtum eſſet, ut

*furioſus. 4. ff qui teſtam. fac. poſſ.* cùm & ipſi furore intermittente ultimum elogium rectè condant. L. *furioſum. 9. C. d. t.* Mutus item & ſurdus teſtes eſſe non poſſunt: quoniam ille teſtimonium perhibere; hic verò teſtatoris vocem exaudire nequit *hoc §. noſtro.* L. 1. §. *initium. 2. ff. de poſtul.* L. 1. *ff. teſtam. quem. aper.* Nec adverſatur, quod Ulpianus reſpondit; ſufficere ſi vel ſenſu percipiat quis, cui rei adhibitus ſit teſtis. d. L. qui teſtamento. *§. penult. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Illud namque accipiendum eſt de eo, qui audit quidem & loquitur; ſed intelligentiam non habet ſermonis, quo teſtator utitur. Is quippe de voluntate teſtatoris per interpretem certior factus, per hunc teſtimonium ſuum reddere poterit. *arg.* L. *Græcè. 8. in princip. ff. de fidejuſſ. l. hac conſultiſſima. 21. in fin. C. de teſtam.* Adhæc prodigus, ſive is cui bonis eſt interdictum, quia furioſo comparatur, à teſtimonii dictione repellitur, *hoc §.* L. *is cui lege. 18. in fine princip. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* L. 1. *ff. de curat. fur.* L. *Fulcinius. 7. § idemq; 12. ff quib. ex cauſ. in poſſ. eat. d. l. furioſi. 40. ff. de Reg. jur.* Denique in teſtium numerum adhiberi nequeunt illi, quos leges jubent improbos inteſtabileſque eſſe,

*Mutus & ſurdus.*

*Prodigus.*

eſſe, hoc eſt, teſtimonio dicendo abſtinere, quorum exempla extant *in d. l. is cui lege.* 18. §. *fin. d. l. qui teſtamento.* 20 §. *eum qui.* 5. & §. *ſeq. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* L. *lex Cornelia.* 5. §. *ſi quis librum.* 9. *ff. de injur.* L. 3. §. *Lege julia.* 5. *L. ſcio.* 14. & *L. repetundarum.* 15. *ff. de teſtib. L. eadem lege.* 6. §. 1. *ff. ad* L. *I. repetund.* & *ſimilibus.*

§. *Sed cum aliquis.* 7.

*Non ſervus pro libero habitus.*

Ejus quod in §. præcedente dictum eſt, ſervum non rectè teſtem adhiberi teſtamento, hoc loco quaſi exceptio & declaratio quædam ſubjungitur, niſi omnium opinione & conſenſu ſervus iſte tempore teſtamenti facti pro libero homine habitus fuerit. Non enim vitiatur teſtamentum, etiamſi eum fuiſſe ſervum poſtea apparuerit. *L.* 1. *C. de teſtam.* Idque ex humanitate & liberalitate ſeu benignitate Imperatorum ac teſtamentorum favore receptum eſt, contra jus ſtrictum, quo inutile foret tale teſtamentum hoc §. noſtro. Abſurdum igitur eſt, quòd ex hoc loco effici vulgò putant: Communem errorem jus facere. Non ſiquidem error, ſed Imperium ſummaque poteſtas Cæſarum hoc jus conſtituit: cùm alioqui per ſe teſtamentum injuſtum eſſet, ut

ma-

Digitized by Google

tradunt Hottomannus *hic enunciat.* 3. & Tuningius *pag.* 294.

§. *Pater.* 8.

*Non Pater & filius, aut duo fratres in teſtamento alieno.*

Ait hoc loco Imper. Juſtinianus: patrem & filium, itemque duos pluresve fratres in ejuſdem patris poteſtate non prohiberi ſimul teſtes eſſe in uno eodemq; teſtamento: cùm nihil noceat, ex una domo ſive familia plures teſtes alieno negotio adhiberi. *L. ad teſtium.* 22. *in princip. ff. qui teſtam. fac. poſſ. L. pater.* 17. *ff. de teſtib.* Neq; huic obſtat, quòd reprobatum ſit domeſticum teſtimonium. §. *proximè ſeq.* Ibi enim domeſticum teſtimonium non ſignificat teſtimonium quod plures ex eadem domo in alieno negocio dicunt; ſed quod ſibi in proprio negocio perhibent: velut cùm is, qui teſtis eſt, & ille cui eſt teſtimonium præbendum, inter ſe vinculo poteſtatis, non tantùm cognitionis, conjunguntur, aut verò uterq; in ejuſdem patris eſt poteſtate, *ſicuti explicatur infra* §. *proximo.*

§. *In teſtibus.* 9.

*Secus in proprio.*

Filium in teſtamento patris, cujus in poteſtate eſt, teſtem eſſe non poſſe, certum eſt; quandoquidem ob poteſtatem patriam filius pro una eademq; perſona cum patre habetur. L. *fin.* C. *de Impub.* &

*& aliis ſubſtit.* §. *ſi quis alii.* 4. *verſ. ei verò infr. de Inutil. ſtipul.* Atqui teſtator & teſtis diverſi eſſe debent: cùm nemo ſibi ipſi atq; in propria cauſa teſtimonium perhibere poſſit. L. *teſtis*. 9. L. *nullus*. 10. *ff. de teſtib. l. omnibus*. 10. C. *eod.* Eadem planè ratione prohibetur pater viciſſim eſſe teſtis in teſtamento filiifamilias de peculio caſtrenſi teſtantis *hoc* §. *noſtro*. Nec reſiſtit, quòd filiusfamilias in bonis caſtrenſibus pro patrefamilias reputetur: adeoq; poteſtas patria, quæ teſtimonium ejus impediat, non attendatur. *l. ſi quis*. 6. §. *ult. ff. de injuſt. rupt. & irrit. fact teſtam.* L. *penult.* & L. *ult. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Hactenus enim duntaxat filiusfamilias cenſetur paterfamilias, ut arbitratu ſuo in bonis caſtrenſibus diſponat: interim verò unitatis vinculum, ob quod teſtis eſſe vetatur, maneat, *docente hic Hunnio in fine*. Similiter non obſtat L. *qui teſtamento*. 20. § 2. *ff. qui teſtam. fac. poſſ.* ubi Ulpianus ex Marcelli ſententia refert: patrem in teſtamento filii, de peculio caſtrenſi teſtantis, teſtem eſſe poſſe. Nam ea intelligenda eſt de teſtamento, à filiofamilias adhuc milite facto, jure militari, in quo & aliæ ſoleñitates nõ exiguntur, ut

ut exponetur infra tit. proximo. Sed hic §. noſter accipiendus eſt de eo teſtamento, quod jure communi factum eſt *ſecundum Rittershuſium in §. pater. 8. hoc tit. pag. 252.*

*§. Sed neq; heres 10.*

*Uti nec heres nec qui in ejus ſunt poteſtate.*

Qua ratione pater in filii, & filius in patris ac frater in fratris, qui ejuſdem poteſtati ſubeſt, teſtamento teſtes eſſe nequeunt: eâdem prorſus ratione neque heres in teſtamento inſtitutus, neque illi, qui vel ſunt in heredis ſcripti poteſtate, vel eum in ſua poteſtate habent, aut cum illo in ejuſdem patris poteſtate exiſtunt, teſtes adhiberi poſſunt, *hoc §. noſtro. & L. qui teſtamento. 20. in princip. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Cùm enim totum teſtamenti ordinandi negotium inter heredem & teſtatorem geri intelligatur, *per hunc §.* prædictæ autem perſonæ omnes ob patriæ poteſtatis vinculum, quo heredi connectuntur, cum eodem pro una perſona habeantur: L. *ult. C. de impub. & al. ſubſtit.* conſequens eſt, ut ſi iſtæ perſonæ teſtes in teſtamento admitterentur, ſibi quodammodo ipſis atque in ſua cauſa teſtes eſſent: quod juris regulis perſpicuè repugnat. *L. nullus. 10 ff. de teſtib.* L. *omnibus*

Digitized by Google

*bus.* 10. C. *eod.* L. *penult. ff. de recept. qui arbitr. recіper.*

§. *Legatariis.* 11.

Legatarii & fidei commiſſarii & qui ex eorum ſunt familia, cùm juris ſucceſſores non ſint, & ad ipſos negotium teſtament ordinandi proprie non ſpectet, teſtes in teſtamento eſſe poſſunt. *hoc § noſtro* L. *qui teſtamento.* 20. *in pr. ff qui teſtam. fac. poſſ.* L. *ſi quis ita* 14. *ff. de reb. dub.* Nec movet, ſi dicatur rem legatarii aut fidei commiſſarii æquè hîc agi ac ipſius heredis. Nam quæ principaliter geruntur, ſpectanda ſunt, non item quæ per conſequentiam. L 1. *verſ. per conſequentias.* & L *quo i decimus.* 7 *in pr. ff. de auctorit. & conſenſ. tutor.* Et unam quamque rem ex potiore ſui parte æſtimandam eſſe in confeſſo eſt. Teſtamenti autem pars potior judicatur ipſa heredis inſtitutio, ſine qua, utpote ſuo fundamento, illud conſtare nequit. §. *ante heredis.* 34. *infr. de Legat.* Itaque apparet, caput atque fundamentum teſtamenti eſſe non legatarium aut fidei commiſſarium; ſed ipſum teſtatorē atque heredem inſtitutum, qui anima quædam eſt: ideò fidei commiſſarios etiam univerſales perinde atque ſingulares, teſtes adhiberi teſtamentis poſſe,

*Licèt legatarii & fideicommiſſarii.*

con-

contra communem Dd. opinionem oſtendimus *in commentariis noſtris majoribus (publicis) ad hunc §. n. 13. & ſubſeqq.*

§. *Nihil autem intereſt.* 12.

*Materia ſcribendi teſtamenti.* Teſtamentum in qualibet materia ad ſcribendum idonea ſcribi poſſe, conſtat ex præſenti §. & *L.* 1. §. 2. *ff. teſtam. quem. aper.* L. 1. *in princ.* & L. *charta.* 4. *ff. de bonor. poſſ. ſecund. tabul.* Etſi enim olim in tabulis ceratis, ſive cerâ illitis, teſtamenta ſcribi ſolebant: poſtea tamen paulatim alia quoq; materia, puta chartâ, membranâ, corio animalium &c. teſtatores uti cæperunt. Cæterùm tabulas lino trajicere & ligare, vel etiam linteo involvere conſueverunt. *d.* L. 1 §. *ſi linum.* 10. *ff. de bonor. poſſ. ſecund. tab.* L. *ad teſtium.* 22. §. *ult. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* L. *Aurelius.* 28. §. 1. *ff. de liberat. Legat.* L. *ſi quis in gravi.* 3. § *ſi quis tabulas.* 23. *ff. ad Sct. Sillan.* L. *noſtram.* 30. *C. de teſtament.*

§. *Sed & unum.* 13.

*Plura ejus Exemplaria.* Hoc loco indicat Juſtinian. Imper. teſtatorem poſſe unum & idem teſtamentum pluribus codicibus ſive exemplaribus conficere. L. *unum.* 20. *ff. qui teſtam. fac. poſſ.* L. *ſi in duabus.* 10. *ff. teſtam. quemadm. aper.* L. 1. §. *ſi quis in duo-*

Digitized by Google

*duobus. 5. ff. de bonor. poſſ. ſecund. tab. L. ult. ff. de his quæ in teſt. delent.* ita verò demum eandem vim & auctoritatem duo vel plura exemplaria habent, ſi omninò peræquè à teſtibus ſubſcripta ſint & ſubſignata, ut hìc in verbis: *ſecundum obtinentem tamen obſervationem &c.* Id niſi fiat, etiamſi teſtamentum in pluribus Codicibus ſeu exemptis deſcribatur, unum tamen ſolummodo erit autographum & reliqua omnia erunt copiæ ſive tranſumpta: quibus licèt apertis, non tamen cenſetur apertum ipſum teſtamentum. *L. ult. ff. teſtam. quemadm. aper. d. L. 1. §. ſed ſi unum. 7. ff. de bonor. poſſ. ſecund. tab.*

§. *Sed hac quidem. 14. & ult.*

*Teſtamentum nuncupativum.*

De teſtamento non ſcripto ſive nuncupativo hìc Juſtinianus agens oſtendit, illud prorſus Civile eſſe, nec quicquam de jure Prætorio participare, & ut apparet ex verbis iſtis; *ordinare jure Civili*: item illis; *perfectiſſimum teſtamentum jure Civili &c.* Hujus autem teſtamenti eædem ſunt ſolennitates, quæ ſcripti; exceptâ ſcriptura, ſubſignatione, & ſubſcriptione teſtium. Ejuſque for-

ma in eo maximè conſiſtit: ut teſtator nuncupet ſive nominet heredem palam, hoc eſt, clarè & intelligenter, omnibus ſeptem teſtibus audientibus. L. *heredes palam.* 21. *in princ. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* L. *hac conſultiſſima.* 21. §. *per nuncupationem.* 2. L. *in teſtamentis* 26. & L. *jubemus.* 29. C. *de teſtament.* L. *hac conſultiſſima.* 8. C. *qui teſtam. fac. poſſ.* L. *ult.* C. *de Codic.* Etſi verò hodie Tabelliones ſeu Notarii teſtamenta nuncupativa, facilioris probationis & memoriæ cauſa, ferè ſemper in ſcripturam redigunt: non tamen propterea ea nuncupativa eſſe deſinunt. Initium quippe hîc ſpectandum fuerit, ut etiam in contractibus fieri ſolet. *arg.* L. *contrahitur.* 4. *ff. de pignor. & hypoth.*

---

# De Militari Teſtamento.

## Tit. XI.

### *Ad princip. Tit.*

DE prima teſtamenti ſpecie, nempe pagano, & quæ ejus ſint ſolennia, dictum

dictum eſt titulo præcedenti, ſequitur altera, nempe militare, quod à ſolennitatibus iſtis privilegiatum, & quo milites utuntur, ut ſine ulla ſolennitate rectè teſtari poſſint. *princ. h. t. L. 1. princ. ff. eod.* quandoque enim arma magis quàm jura ſcire milites, Legislator exiſtimavit. *L. ult. in princ. C. de jur. delib.* Hoc autem teſtandi ſine ſolennibus privilegium tum demum tribuitur militibus, cùm in caſtris degunt, & in expeditionibus occupati ſunt. Aſt extra caſtra & expeditionum neceſſitatem communi illi jure teſtari coguntur, ut *hic in verſ. illis autem temporibus. &c. & §. ſed hactenus. 3. infr. h. t. L. pen. C. de teſtam. milit.* L. *ult. C. de reſtitut. milit.* Quamvis enim tunc eadem in militibus imperitia, ob quam privilegium teſtandi iis datum eſſe ex hoc princ. conſtat, militare videatur: cùm tamen extra caſtra verſentur, peritiores & prudentiores, quos in caſtris & expeditionibus non ita facile reperias, conſulere poſſunt. *L. 2. §. ult. ff. quis ordo in poſſeſſ. ſerv. &* L. *in bonorum. 10. ff. de bon. poſſeſſ.*

*Teſtamentum militare.*

*Quando habeat locum.*

§. *Plane. 1.*

Etſi privilegium militare illud eſt, ut qualiscunque militis voluntas pro jure

obſervetur, *per princip. h. t.* L. 1. L. *in fraudem.* 15. §. 1. *L. miles ſi teſtamentum.* 35. *ff. de teſtam. milit. L. milites.* 15. *C. eod.* de ea tamen certò conſtare, legitimisq; probationibus oſtendi debet, *hoc.* §. L. *Divus.* 24. & L. *Lucius.* 40. *in princ. ff. d. t.* Conſtare autem poteſt duobus modis: vel ſcriptura, ſi nimirum miles voluntatem ſuam ultimam vel in vagina aut clypeo literis ſanguine ſuo rutilantibus, annotaverit; aut in pulvere ſeu arena, gladio in ipſo prælio moriens inſcripſerit. *d. l. milites.* 15. *C. de teſtam. milit.* vel per teſtes ad minimum duos, ſi voce heredem nuncupaverit. *arg.* L. *ubi numerus.* 12. *ff. de teſtib. c. in omni* 4. *ext. eod. & hîc in verb.* Convocatis *ad hos hominibus &c.* Cæterùm ſi jactaverit aliquando in ſermonibus, forſan convivalibus & ludicris, aut in circulis atque congreſſionibus familiaribus; ſe illum aut illum heredem facere velle, id continuo pro teſtamento haud obſervandum erit, *hoc* §. *noſtro, verſ. cæterum ſi. &c. d. l. Divus.* 24. *verſ. cæterum ff. de teſtam. milit.* Secus fuerit, ſi ex circumſtantiis appareat, ſeriò id actum fuiſſe, puta imminente prælii diſcrimine. *L. Licet.* 19. *C. de pact. & notat VVeſenbecius hic num.* 3. *in fin.*

*Quomodo conſtet de Voluntate militis.*

§. *Quin*

§. *Quinimò*. 2.

Uſque adeò ex ſola voluntate militis valet ejus teſtamentum; ut & illi qui jure Civili ob defectum ſolennitatum vel omnino teſtari prohibentur, vel non quidem prohibentur; ſed ſub certa obſervatione ac forma teſtari tenentur; in caſtris prout ipſis libuerit, rectè teſtari valeant. Hujusque exemplum hic proponitur in muto & ſurdo: qui licet jure communi non ſemper teſtamentum facere poſſint. L. *ſi mutus*. 7. *ff. qui teſtament. fac. poſſ.* L. *diſcretis* 10. C. *eod.* attamen ſi militaverint, quocunque modo velint, licitè de rebus ſuis diſponere queunt, *hoc* §. *noſtro*. & L. *jure militari*. 4. *ff. de teſtam. milit* Loquitur autem haud dubiè Imper. Juſtinianus hic de illis, qui caſu aliquo vel vulnere accepto vel morbo in iſthæc vitia, dum militiam ſequuntur, inciderunt. Nam qui natura muti aut ſurdi ſunt, à militia omninò arcentur, *ut Iaſon, Viglius, Hotomannus, Rittershuſius & plerique interpretes hic benè animadverterunt.*

*Mutus aut ſurdus militans rectè teſtatur.*

§ *Sed hactenus*. 3.

In hoc §. dicitur: quod teſtamenti componendi privilegium militare non

habeat locum, niſi tempore militiæ & in expeditione: poſt miſſionem verò & extra neceſſitatem expeditionis miles teſtamentum faciens, jus commune obſervare cogatur, *ut & ſupra ad princip. h. t. expoſitum*. Etſi verò poſt miſſionem jure militari teſtari nequeat miles; illud tamen teſtamentum, quod in caſtris jure militari fecerit, poſt miſſionem (cauſariam videlicet, ſive honeſtam, non autem ignominioſam) anni adhuc ſpacio, vel uſque dum inſtitutionis conditio extiterit, valebit, *hoc §. noſtro, verſ. & quod in caſtris &c. L. quod conſtitutum.* 21. L. *teſtamenta.* 26. L. *quod dicitur* 38 *ff. de teſtam. milit.*

*Miles poſt miſſionem teſtatur jure communi.*

§ *Sed & ſi quis.* 4.

Illud teſtamentum, quod extra militiam minus ritè & legitimè eſt factum, per ſubſequentem militiam confirmatur, vireſque accipit, ſi modo de nova militis voluntate conſtet aliquo indicio & ſigno: ut puta ſi miles teſtamentum iſtud aperuerit vel reſignarit ac relegarit, vel aliquid in eo interleverit vel perduxerit, vel mutaverit, & rurſus obſignaverit. Quod ſi nihil planè immutarit in illo miles: non videtur à priori voluntate receſſiſſe, nec illud velle jure militari ſubſiſtere: niſi expreſsè ut

*Teſtamentum illegitimum militiâ confirmatur.*

ut novam voluntatem approbet, & valere judicat, *hoc §. noſtro. L. idemq; 9. §. 1. L. Tribunus. 20. §. 1. & L. Titius. 25. ff. de teſtam. milit.* Cui non refragatur *L. in fraudem. 15. §. 2. ff. eod.* ubi hæc referuntur verba: *Teſtamentum ante militiam factum à milite, ſi in militia deceſſerit, jure militari valere, ſi militis voluntas contraria non ſit, Divus Pius reſcripſit.* Hujus namq; Legis verba hæc (*ſi militis voluntas contraria non ſit*) duplicem poſſunt habere ſenſum. Aut enim nulla voluntas exigitur: aut aliqua voluntas quidem, ſed priori non contraria. Atq; hanc poſteriorem ſignificationem, utpote vitio carentem meritò ſequimur. *L. in ambigua. 19. ff. de Legib. &c.*

§. *Denique* 5.

Singulare & hoc militis privilegium eſt: quod teſtamentum militare non fiat irritum capitis deminutione teſtatoris: puta ſi ſe arrogandum dederit, cum eſſet pater familias: vel ſi in adoptionem detur, aut emancipetur, cùm ſit filiusfamilias, *hoc §. noſtro. L. miles. 22. & L. ſeq. ff. de teſtam. milit.* In quo differt miles à pagano: cujus teſtamentum capitis deminutione fieri irritum liquet *ex §. alio autem modo. 4. infr. quib. mod. teſtam. infirm.* Cæterùm quod *Teſtamentum militare non fit irritum Capitis deminutione.*

hic dicitur, proculdubio de minima capitis deminutione intelligendum eſt, ut ſemetipſum explicare Imper. Juſtinianus videtur. Maximâ enim & mediâ capitis deminutione, quæ libertatem aut civitatem tollunt, etiam militare teſtamentum perimi, minimè ambigitur, *docente Hunnio in hoc §.*

*§. Sciendum. 6. & ult.*

*Milites Togati ſ. Literati teſtantur de caſtrenſi peculio, jure communi.*

Quandoquidem togata quædam ac literata militia eſt, cujus occaſione quod acquiritur, quaſi caſtrenſe peculium appellatur, *ut explicatum ſupra tit. per quas perſ. cuiq; acquir.* Ideircò convenienter quæritur, num etiam illis, qui in togata iſta militia ſtipendia merent, eadem teſtandi privilegia competant, quæ hactenus veris militibus conceſſa eſſe diximus? Ad quod reſpondet Juſtinian. Imper. illos quidem qui peculium quaſi caſtrenſe habent, etiamſi filiifamilias ſint, de eo teſtari poſſe, non tamen jure militari, ſed communi; ac proinde privilegia militaria, ut quomodo velint teſtentur, illis haudquaquam indulgeri, *hoc §. noſtro.* L. *ult. C. qui teſtam. fac. poſſ.* & L. *ult. C. de inoff. teſt.* Hujusq; ratio eſt perſpicua. Cùm enim militibus propter nimiam juris imperitiam exacta in teſtamentis ordinandis obſer-

obſervatio remiſſa ſit, privilegiaq; iſta tributa fuerint, ut ſupra in princip. hujus tit. dictum: hæc autem ratio in togatis militibus, in quibus juris peritia omninò deſideratur, ceſſet. *arg. L. 2. §. Servius. 43. ff. de orig. Iur.* conſequens utiq; eſt, ut etiam privilegia in iiſdem deficiant. *arg.* L. *Geometra. 22. ff. de Excuſat. tutor. & cap. cum ceſſante. 60. ext. de Appellation.*

# Quibus non eſt permiſſum facere Teſtamentũ.

## Tit. XII.

### *Ad princip. Tit.*

COgnita generali teſtamentorum ordinatione: deinceps ſingulæ eorum partes ſigillatim pertractandæ ſunt. Atq; ita primum de cauſa efficiente (Definitiones ſiquidem & ſpecies ſupra ſunt traditæ) diſpiciendum & quærendum, qui nam teſtari poſſint vel non. L. *ſi quæramus. 4 ff qui teſtam. fac. poſſ* Teſtari autẽ poſſunt omnes qui non prohibentur. *arg. L 43. §. 1 ff. de procur.* L. *cùm quæri-*



Digitized by Google

*Qui teſtari prohibeantur.*

*quaritur.* 12. §. 1. *ff. de re judic.* Prohibentur verò alii ob ſtatum perſonæ, ut alieno juri ſubjecti, *de quib. in hoc princ. & §. ult. h. t.* alii ob vitiũ animi, *de quibus in §.1. & 2.* alii ob vitia corporis ſenſuumq; imminutionem *de quibus in §. 3. & 4. usq; ad §. ult.* Primum igitur teſtamentum condere non poſſunt, qui alieno juri ſubjecti ſunt, ut ſervus & filius familias. De ſervo cùm res ſit perſpicua, pluribus hìc non agitur: tametſi olim ſervus publicus Populi Romani de dimidia peculii ſui parte teſtari potuerit. *Ulpian in fragm. Inſtit. tit. 20. §. ult.* Filius autem familias de bonis profectitiis, cùm in ſolidum acquirantur patri, & bonis adventitiis, quorum uſumfructum tantum patri dedit, teſtamentum facere non poteſt, ne conſentiente quidem & permittente patre, *ut hic in verſ. adeo quidem. & L. qui in poteſtate 6. in princ. ff qui teſtam. fac. poſſ.* Cùm enim jure publico de iſtis bonis teſtandi facultas filio familias adempta fuerit: & teſtamenti factio ſit publici juris, neminique competat, niſi cuijus publicum ſive lex eam conceſſerit. *L. 3. ff. d. t.* in eo certè voluntas aut conſenſus patris nihil quicquam mutare poteſt. *L. jus publicum. 38. ff. de pact. L. ne-*

*Alieno juri ſubjecti.*

*Servus.*

*Filius familias de bonis profectitiis, & Adventitiis.*

*mo*

*mo.* 55. *ff. de Legat.* 1. L. *quod bonis.* 15. §. 1. *ff. ad* L. *Falcid.* L. *neq; pignus.* 45. *in fin. ff. de R. Iur.* Cæterùm an de illis bonis adventitiis, quæ in ſolidum filiofamilias acquiruntur, teſtari is queat, non uſque adeo expeditum eſt? Sed cùm generaliter jure noſtro de adventitiis bonis teſtamenti factio ſit prohibita: nuſquam verò bona iſta adventitia, quæ in totum filio acquiruntur, à generali iſtac prohibitione reperiantur excepta: veriſimilius eſt, ut nec de illis teſtamentum fieri poſſit. *L. pen. C. qui teſtam. fac. poſſ.* cùm præſertim *in fin. hujus princ.* Juſtinianus Imper. diſertè ſcribat: exceptis caſtrenſibus & quaſi caſtrenſibus bonis, filium familias teſtamentum facere non poſſe. Igitur de caſtrenſibus duntaxat bonis, tam veris quàm quaſi fieri teſtamentum à filiofamilias permittitur: cùm ipſe in iſtis bonis, ad jus diſponendi & adminiſtrandi quod attinet, pro patre familias habeatur. *L. ſi quis.* 6. §. *ult. ff. de injuſt. rupt. & irrit. fact. teſtam. d.* L. *pen. & ult. C. qui teſtam. fac. poſſ.*

*Sed Caſtrenſibus veris & quaſi.*

§. *Præterea.* 1.

Impuberibus & furioſis, quia mente & animi judicio carent, teſtandi jus denegatur *hoc* §. *&* L. *in adverſa.* 17. *ff. qui*

*Impuberes & furioſi.*

*teſtam. fac. poſſ.* L. *furioſum.* 9 *C. eod.* Verùm in furioſis diſtinctio adhibenda eſt: aut enim furor eſt perpetuus, aut intervalla ſeu remiſſionem atque inducias habet. Illo laborantes nunquam; hoc verò, per intervalla teſtamentum facere poſſunt, *hoc* §. *noſtro, & d. l. furioſum,* 9 *C. d. t.* P*aulus* L*ib.* 3. *ſentent. tit.* 4. §. *furioſus, &c.* Cæterum teſtamentum ante furorem factum, furore ſuperveniente non infirmatur: ſicut nec ullum aliud negotium rite perfectum furor ſuperveniens tollit, puta ſponſalia, matrimonium, patriam poteſtatem, magiſtratum, obligationem, uſucapionem &c. L. *oratione.* 16. *in fin. ff. de rit. nupt.* L. *patre.* 8. *ff. de his qui ſui vel al. jur. ſunt.* L. *nec mandante.* 8. §. 1. *ff. de tutor. & cur. dat. &c.* L. *ſi à reo.* 70. §. *ſi à furioſo.* 4. *ff. de fidejuſſor.* L. *juſto.* 44. §. *eum qui.* 6. *ff. de uſurpat. & uſucap.* Nec prædictis adverſatur L. *filius familias,* 16. § 1. *ff. qui teſtam. fac. poſſ.* ubi furioſus dicitur habere teſtamenti factionem. Nam loquitur perſpicuè de jure capiendi & acquirendi aliquid ex teſtamento alterius: quam vulgò teſtamenti factionem paſſivam appellitant, *notante Rittershuſio hic pag.* 241.

§. *Item*

Digitized by Google

§. *Item prodigus.* 2.

Teſtamentum facere prohibetur prodigus; cui bonis interdictum eſt, *hoc §. noſtro. & L. is cui.* 18. *ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Ratio manifeſta eſt: quia ille, quoad bonorum adminiſtrationem, furioſo aſſimilatur. L. 1. *in princ. ibi, exemplo furioſi. ff. de curat. furioſ. & aliis, &c.* L. *Fulcinius.* 7. §. *idemq́; in prodigo.* 12. *ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* Illud tamen teſtamentum, quod ante interdictionem fecit, firmum ratumq́ue manet etiam poſt interdictionem *ut hic in fin. & d. l. is cui.* 18. *ff. qui teſtam. fac. poſſ.* *Prodigus.*

§. *Item ſurdus* 3.

Mutus & ſurdus, qui ſcilicet verè ſunt tales, & nihil omninò exaudiunt, nec quicquam loquuntur, teſtamenti faciendi jus non habent. L. *qui in poteſtate.* 6. §. 1. *ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Quod tamen ſub diſtinctione, traditâ à Juſtiniano *in* L. *diſcretis.* 10 C. *eod. tit.* accipiendum eſt: ut ſi quis mutus & ſurdus ſit ſimul natura, à teſtamenti factione prorſus arceatur: cum voluntatem ſuam ultimam nullo modo nec verbis, nec literis declarare poſſit: ſin caſu in iſtud malum inciderit: tunc ſi quidem ſcribere ſcriptoq́; voluntatẽ ſuam exprimere poteſt, teſtari non prohibeatur; *Mutus & ſurdus*

ſin

ſin ſcribere neſciat, à teſtamenti factione repellatur. Quòd ſi verò vitium ſit diſcretum atque ſejunctum, ita ut ſi quis ſit ſurdus tantùm, vel ſolummodò mutus: tunc ſurdo quidem teſtari permittatur indiſtinctè, cùm mentem ſuam articulatè exponere & pronunciare valeat: mutus autem tum demum ad teſtamenti factionem admittatur, ſi literas noverit: aliàs ſimpliciter à teſtamenti factione removeatur. Cæterùm auditus ſermoniſve amiſſio teſtamentum antea factum non corrumpit, *hoc §. in fine. d. l. qui in poteſtate. 6. in fin. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Quippe novum non eſt; ut quæ ſemel utiliter conſtituta ſunt, durent: licèt ille caſus extiterit, à quo initium capere non potuerunt. *L. in ambiguis. 85. §. 1. ff. de Reg. jur.*

§ *Cæcus.* 4.

*Cæcus.* Cæcus hodie (olim namque teſtari potuit: quia nuncupare heredem, accire teſtes, eoſque affari, & audire ſibi teſtimonium perhibentes poterat. *Paulus lib. 3. ſentent. tit.* 4. §. *Cæcus.*) facere teſtamentum, niſi eo quem Juſtinus Juſtiniani pater adoptivus, præſcripſit *in L. hac conſultiſſima 8. C. qui teſtam. fac.* *Quomodo teſtari poſſit.* *poſſ.* 1 ut ſeptem teſtes, & cum iis tabularius ſive Notarius advocentur. 2. ut

cæcus

cæcus iis, quid facturus ſit, denunciet. 3 ut heredum nomina & vitæ cujusque genus, unde cognoſci poſſint, exponat. 4. ut quid & quantum cuiq; tum heredi, tum Legatario relinquat, pronunciet. 5. ut ſingula tabularius in omnium conſpectu ac præſentia perſcribat 6 ut ſinguli teſtes ſubſcribant, & una cum tabulario conſignent. 7. ut ſi tabularii facultas non ſit, octavus adhibeatur teſtis, qui ejus vice fungatur.

*§. Ejus qui. 5. & ult.*

*Captus ab hoſtibus.*

Captus ab hoſtibus, cùm ſervus hoſtium fiat, teſtamentum condere nequit. L. *ejus qui* 8. *in princip. ff. qui teſtam. fac. poſſ. §. Servi autem. 4. ſupr. de jure perſon. §. Si ab hoſtibus. 5. ſupr. quib. mod. jus patr. pot. ſolv.* Aliud igitur eſt in eo, qui à latronibus capitur. Is enim cùm maneat liber, teſtamentum facere poteſt. L. *qui à latronibus.* 13. *in princ. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Porro teſtamentum ante captivitatem factum, ſi teſtator captus redierit, jure poſtliminii; ſi apud hoſtes deceſſerit, Lege Cornelia ſuſtinetur. *L. lege Cornelia.* 12. *ff. eod.* L. 1. C. *de poſtlim. reverſ.* Sanè jus poſtliminii omnem captivitatis memoriam ita extinguit, quaſi teſtator ſemper in civitate manſiſſet. Lex autem Cornelia,

Digitized by Google

lia, ſi teſtator apud hoſtes moriatur, perinde habendas omnes ejus actiones ſtatuit, a. ſi eo ipſo momento punctoq; temporis obiiſſet, quo captus & abductus fuit, ut ita tanquam Civis Romanus animam exhalaſſe videatur. L. *in omnibus*, 18. *ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.* Ni itaque fictio Legis Corneliæ prohiberet; factum ritè teſtamentum maximâ capitis deminutione infirmaretur, irritumq; fieret. §. *alio autem modo.* 4. *infr. quib. mod. teſtam. infirment.* L. *ſi quis* 6. §. *irritum.* 5 *ff. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſt.*

# De Exheredatione Liberorum.

## Tit. XIII.

### *Ad Princip. Tit.*

QUandoquidem inter cætera, quæ ad ordinanda teſtamenta neceſſariò deſiderantur, principale jus eſt, de liberis heredibus inſtituendis, vel exhæredandis: ne præteritis iſtis, rumpatur teſtamentum. L. *inter cætera.* 30. *ff. de*

Digitized by Google

*ff. de Liber. & poſthum. hered. inſtituend.* rectè atq; ordine facit Juſtinian. quod titulo de heredibus inſtituendis, hunc præſentem præmittit. Hoc autem titulo agitur de exheredatione liberorum ſuorum, poſthumorum, emancipatorū, adoptivorum, de veteris juris emendatione, & de præteritione, quæ pro exhæredatione habetur. Cæterùm titulo proximè ſequenti, de inſtitutione communi tractatur. Porrò in hoc principio de jure filii familias talis affertur regula: illum vel inſtitui à patre, vel nominatim exhæredari debere: ſi prætereatur vel exhæredetur, inter cæteros, teſtamentum patris inutile, nulliusq; momenti eſſe: adeo quidem ut vires non accipiat, nec hereditas ex eo adiri poſſit, etiamſi filius ante patrem mortuus fuerit. L. *ſi filius.* 7. *& d. l. inter cætera* 30 *ff. de liber. & poſthum. hered. inſtit.* L. 1. & L *filio.* 17 *ff. de injuſt rupt. irrit. fact. teſtam.* Ratio cur filiusfam. præteriri nequeat, hæc reddi ſolet: quia is vivo parente quodammodo dominus paternorum bonorū intelligitur. §. *ſui autem.* 2. *infr. de hered. qual. & differ.* L. *in ſuis.* 11. *ff. de lib. & poſthum. her. inſtit.* Cur verò morte, quæ filio ante patrem contingit, teſtamentum non

*Filii vel nominatim heredes inſtituendi vel exheredandi.*

non confirmetur, ratio eſt perſpicua; quia teſtamentum ab initio inutile, poſteà non convaleſcit. *arg. L. quod initiò.* 29. *&* L. *quæ ab initiò.* 210 *ff. de Reg. jur.* Atque hoc quidem de filio: Filia autem & cæteri ex maſculis etiam deſcendentes, veluti nepotes & pronepotes, neceſſariò non erant inſtituendi aut nominatim exhæredandi: ſed ſufficiebat, illos inter cæteros, hoc eſt, indefinitè exhæredari, hoc ſcilicet modo: Publius filius meus heres eſto: cæteri exhæredes ſunto. Quòd ſi verò nec ſic exheredati erant, ſed penitùs ſilentio præteriti: teſtamentum non erat ipſo jure nullum, ſicut de filii præteritione dictum: ſed ſubſiſtebat; verùm certa iis portio jure accreſcendi præſtabatur. *Eaq; de re videantur* Ulpian. *in fragment. Inſtit. tit.* 22. §. *ex ſuis heredibus &c.* *Cajus Lib.* 2. *Inſtit. tit.* 3. *in princip. & Iul.* Paul. Lib. 3. *ſentent.* §. *filio &c.*

§. *Poſthumi.* 1.

*Ut & poſthumi.* De poſthumis hoc loci hæc proponitur regula: poſthumi vel heredes inſtituendi ſunt vel exheredandi: filii quidem nominatim, filiæ verò etiam inter cæteros. Si prætereantur: non quidem ipſo jure inutile eſt teſtamentum: ſed poſtea nato poſthumo rumpitur, etjam-

jamſi is exſecto ventre natus ſit. *L. quod dicitur. 12. ff. de liber. & poſthum. hered. inſtit.* Ratio cur poſthumus ſit inſtituendus vel exheredandus, in proclivi eſt: quia qui in utero eſt, pro jam nato habetur, quotiens de ipſius commodo quæritur. L. *qui in utero. 7. & 26. ff. de ſtat. hom.* L. *quod dicimus,* 31. *ff. de Verb. ſignific.*

*§. Poſthumorum. 2.*

Breviſſimè dictum eſt de veris poſthumis, id eſt, qui poſt humationem ſeu mortem patris naſcuntur: ſequitur de quaſi poſthumis, qui poſthumorum loco eſſe cenſentur: quia non verè ſed quaſi agnaſcuntur parentibus, ſuccedendo videlicet in locum ſui heredis, qui vel morte vel emancipatione vel alio aliquo modo de poteſtate patris exiit. L. *poſthumorum. 13. ff. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſtam.* De his ergo quaſipoſthumis Lege Julia Velleja cautum eſt, ut non minus quàm veri poſthumi, vel inſtituerentur vel exheredarentur: quod quomodo fiat, ipſe Juſtin. Imperator hìc exemplo perſpicuè declarat. *Veri & quaſi.*

*§. Emancipatos. 3.*

Expoſitum eſt de ſuis heredibus ſive Liberis in poteſtate exiſtentibus: hìc agitur de emancipatis: qui cùm patria pote- *Non Emancipati.*

Digitized by Google

poteſtate liberati ſint, in extraneorum numero reputantur. Hoc igitur jure Civili pater neceſſe non habebat heredes inſtituere, aut nominatim exheredare: quia in illis ceſſabat ratio, quæ in filiis in poteſtate conſtitutis efficiebat, ut ipſi inſtituendi eſſent aut exheredandi. Etenim non amplius, poſtquam è familia patris per emancipationem exierunt, domini paternorum bonorum exiſtimantur: ut nec opus ſit, ab hoc dominio illos per exheredationem removeri. Jure tamen Prætorio, quod aſperitatem juris Civilis mitigare ſolet, pater etiam emancipatos cogebatur vel heredes inſtituere vel exheredare; maſculos quidem nominatim, fæminas verò inter cæteros: ita ut ſi præteriti fuerint, ipſis daretur bonorum poſſeſſio contra tabulas, quâ patris teſtamentum reſcinderetur, eoque reſciſſo in univerſa patris defuncti bona ſuccederent, *hoc §. noſtro, in fine. §. emancipati 9. infr. de hered. quæ ab inteſt. def.* L. 1. *& tot. tit. ff. de bonor. poſſeſſ. contr. tab.*

*Ni jure Prætorio.*

### §. *Adoptivi.* 4.

*Adoptivi autem, dum in poteſtate ſunt.*

Liberi adoptivi partim conveniunt cum liberis naturalibus & veris, partim ab iis differunt. Conveniunt in eo: quod adoptivi quoq; dum in poteſtate ſunt non minus quam naturales, à

patre adoptivo inſtituendi vel exheredandi ſunt. Differunt autem in eo: quod adoptivi poſt emancipationem, neq; Civili neq; Prætorio jure amplius juvantur, ſed præteriri poſſunt: naturales verò, ſi emancipentur, jure Prætorio adhuc inſtituendi ſunt vel exheredandi. Melior igitur eſt conditio liberorum naturalium poſt emancipationem quàm adoptivorum: ſicut & in ſucceſſione ab inteſtato fieri ſolet. §. *minus.* 11. *infr. de her. quæ ab inteſt. defer.* Hujusque ratio in promptu eſt: quia omne jus liberorum adoptivorum per emancipationẽ ſublatum eſt: adeo quidem, ut etiam nomen liberorum amittant. L. 1 § *Liberos.* 6. *&* L. *Liberi.* 4. *ff. ſi tab. teſtam. nullæ extab.*

§ *Sed hæc quidem.* 5.

Juris veteris emendatio hoc §. continetur. Cùm enim olim magna eſſet in ſuccedendo differentia, inter maſculos & fæminas: eam ſuſtulit Imp. Juſtinianus, conſtituitq; ut maſculi & fæminæ eodem jure cenſeantur in ſucceſſione teſtamentaria, non ſecus atque in legitima ab inteſtato hereditate. L. *ult.* C. *de liber. præter.* Cæterum jus novum de liberis adoptivis, hoc eſt: Aut filius datur in adoptionem extraneo; aut avo ſuo materno, Illo caſu

*Hodie etiam fæminæ.*

Digitized by Google

*Et adoptati à non extraneo.*

non à patre adoptivo, ſed à patre naturali, cujus in poteſtate manet, inſtitui vel exheredari debet: hoc verò caſu non à patre naturali ſed ab adoptivo, utpote cujus in poteſtatem tranſiit, inſtituendus vel exheredandus erit. §. *ſed hodie.* 2. *ſupr. de adoption.* & L. *pen.* C. *eod. tit.*

§. *Sed ſi in expeditione.* 6.

*Militis præteritio liberorum pro exheredatione eſt.*

In teſtamento militis, ut alia multa ſunt ſingularia, *de quibus ſupra tit. de militar. teſtam.* ita & hoc eſt ſingulare, quòd ille non cogitur liberos ſuos, ſive jam natos, ſive poſthumos, nominatim exheredare: ſed eos ſilentio præterire poteſt: hæcque præteritio pro exheredatione nominatim facta habetur: dummodò ſciat, ſibi liberos eſſe ſuperſtites. Hoc etenim ſi ignoret, & liberos præterierit, iſthæc præteritio pro exheredatione non accipitur, ſed teſtamentum ipſo jure nullum eſt, *hoc* §. *noſtro.* L. *ſicut.* 9. & L. *ſeq.* C. *de teſtam. milit.*

§. *Ultimus.*

*Ut & matris vel avi materni, &c.*

Matris vel avi materni, cæterorumque parentum per lineam maternam aſcendentium ſilentium ſeu præteritio non facit teſtamentum inutile, ſed vim obtinet exheredationis: contra quam tamen liberis datur aliud remedium, nempe

nempe querela inofficioſi teſtamenti, quâ matris aut avi materni teſtamentum evertant, *de qua infr. tit. de inoffi-cioſ. teſtam.*

# De Heredibus Inſtituendis.

## Tit. XIV.

### *Ad princip. Tit.*

TRia potiſſimum hujus tituli conſtituuntur Capita. Primò enim exponitur, quinam heredes inſtitui poſſiat *usq; ad §. hereditas. 5.* Secundò quibus ex partibus inſtitui poſſint, *usq; ad §. heres. 9.* Tertio, quomodo & qua forma inſtitutio fiat, *usq; ad finem.* Cùm ergò quæritur, quinam in teſtamento tam ſcripto, quàm nuncupativo heredes inſtitui poſſint? reſpondendum eſt, inſtitui poſſe omnes, cum quibus teſtamenti factio eſt, id eſt, qui ex teſtamento capere poſſunt. Neque verò ſolùm liberi homines, ſed ſervi etiam tam proprii quàm alieni: & proprii hodie tam ſine

*Qui poſſint heredes inſtitui?*

*Servus proprius.*

Digitized by Google

ſine libertate, quàm cum illa rectè inſtituuntur. *L. 3. L. non minus. 31. ff. h. t. L. pen. C. de neceſſar. ſerv. hered. inſtit.* & hoc princip. Hujuſque ratio evidens eſt: quia non videtur veriſimile, quòd dominus, qui ſervum heredem ſcripſit, ſi prætermiſerit libertatis dationem, voluerit eum ſervum remanere; adeoque neminem ſibi heredem fore. §. 2. *in fin. ſupr. quib. ex cauſ. manum. non lic.* Excipit tamen Juſtinianus hìc unicum caſum, quo nec cum libertate proprius ſervus heres inſtitui poteſt; cùm ſcilicet ſervus adulterii, cum domina ſua commiſſi, accuſatur. Is enim ne liber factus quæſtioni ſubtrahatur, à domina ſua cum libertate ante ſententiam heres inſtitui nequit. L. *his verbis.* 48 §. *interdum.* 2. *ff. hoc tit.*

§. *Servus autem.* 1.

In ſervo proprio, herede à Domino inſtituto, hoc loco diſtinguitur: maneatne in eadem cauſa & conditione uſque ad mortem teſtatoris, hoc eſt, in ejuſdem dominio: an non maneat; ſed à teſtatore vivo ſit vel manumiſſus; vel alienatus, id eſt, venditus, donatus, in ſolidum datus, &c. Primo caſu ſervus fit ex teſtamento liber, & heres domino ſuo neceſſarius: adeò ut hereditatem

*Quando fiat heres neceſſarius.*

repu-

repudiare non poſſit, ſed eam, velit, nolit, adire cogatur: idq; ob ſummum libertatis beneficium, quod adeptus eſt. *§. 1. ſupr. quib. ex cauſ. man. non lic. & §. 1. infr. de her. qual. & differ.* Altero caſu ſi manumiſſus ſit ſervus, non fit heres neceſſarius: ſed jus deliberandi habet, ſuoque arbitrio hereditatem adire poteſt, vel repudiare, ut quilibet heres extraneus & voluntarius, *hoc §. ibi, ſi verò à vivo &c.* L. *ſed ſi. 6. §. ſi ſervum. 3.* L. *teſtamento. 90. ff. h. t.* U*lpian. in fragm. Inſtit. tit. 22. §. proprius ſervus &c.* Tertio caſu, ſi à teſtatore ejusq; herede ante aditionem alienatus ſit ſervus, adibit hereditatem juſſu novi domini, cujus in poteſtate eſt tempore aditionis. *hoc §. noſtro, verſ. quod ſi alienatus, &c.* L. *quotiens. 9. §. Servus. 16. L. Servum. 50. ff. h. t.* L. *ſervo. 47. ff. de Condit. & demonſtr.* Porrò in Servo alieno, herede inſtituto, eadem adhibetur diſtinctio: an ſcilicet in eadem cauſa perſeveraverit: an à domino alienatus fuerit: an denique manumiſſus. Primo caſu hereditatem adire debet juſſu domini ſui, cui eam acquirit *§ item vobis acquiritur. 3. verſ. ſed ſi heres. ſupra. per quas perſon. cuique acquir.* Altero caſu, novi *Ut & Servus alienus.*

O domi-

domini juſſu ſervus hereditatem adibit, *ut hic in verſ. ſi verò alienatus, &c.* L. *ſi ſervus. 7. in fin. ff. hoc tit.* Ambulat enim cum domino hereditas, ſicut bonorum poſſeſſio. L. 2. §. *ult. ff. de bonor. poſſ. ſecund. tab.* Tertio caſu, ſervus eſt heres voluntarius, ſibique hereditatẽ acquirit. *hoc §. in fin.* etiamſi dominus ejus capere non potuerit. *L. ſi ſervus. 82. ff. de acquir. vel omitt. hered.*

§. *Servus etiam.* 2.

**Servi hereditarii, an heredes inſtitui poſſint ab aliis?**

De ſervis hereditariis, hoc eſt, illis qui ſunt in hereditate jacente, ſive nondum aditâ, dubitatur: num & cum ipſis ſit teſtamenti factio, ita ut ab aliis heredes inſtitui poſſint? Ratio dubitandi eſt; quia in ſervorum inſtitutione ſpectanda eſt perſona ſive conditio & capacitas domini: hujusque juſſu hereditatem adire debent. L. *non minus.* 31. *ff. h. t. & dictum ſupra in § proximo.* At ſervi hereditarii nullum dominum habent. Quem enim prius habebant, is mortuus eſt: & heres ab illo inſtitutus, nondum hereditatem adiit. Veruntamen ratio decidendi eſt: tum quia hereditas ipſa domini defuncti perſonam ſuſtinet; juſſuque heredis ſervus poſtea hereditatem adibit, *ut hic & L. hereditas. 34. ff. de acquir. rer. domin. d. l. non minus.*

Digitized by Google

*minus.* 31. *in fin. ff. de novat. L. cum hereditas* 9. *C. depoſ. initio tit. infr. de ſtipulat. ſervor.* Tum quia etiam illius, qui in utero eſt, ſervus heres inſtitui poteſt: quamvis & hic ſervus videatur eſſe ſine domino *hoc § noſtro in fin.* L. *ejus ſervum.* 64. *ff. h. t.* Hujusq; ratio ducitur ex eo, quòd qui in utero eſt, intelligatur in rerum natura eſſe, quoties de commodis ejus agitur. *L. qui in utero.* 7. *&* L. *penult. ff. de ſtat. homin.*

§. *Servus autem plurium.* 3.

Ait Juſtinianus Imper. communem ſervum, alienam hereditatem adeuntem, iis tantum acquirere & quibus cum teſtamenti factio eſt, & à quibus adire juſſus eſt: hiſq; non pro virili, ſed pro dominica parte duntaxat. L. *ſervus communis.* 67. *ff. de acquir. vel omitt. hered* L. *ſi ſervus.* 50. *in pr. ff. de Legat*; L. *ult. ff. de V. &* P. *ſubſtitut.* Quo circa ſi cum quibuſdam dominis non ſit teſtamenti factio, aut quidam illorum non juſſerint ſervum hereditatem adire: illis non acquiritur hereditas, ſed cæteris tacito jure accreſcit: ne pro parte inteſtatus quis moriatur. *d. l. ſervus communis.* 67 *ff. de acqu. vel omitt, hered.* L. *jus noſtrum.* 7. *ff. de Reg. jur.*

*Servus communis.*

O 2 §. Et

Digitized by Google

### §. Et unum. 4.

*Heredum Numerus*

In cujusq; arbitrio poſitum eſt, quot heredes inſtituere velit. Nec enim certus numerus heredum inſtituendorum teſtatori præfinitus eſt. *arg. l. ſi interdum. 13. §. 1. ff. hoc tit.* Ratio dubitandi eſt; quia ſicut unus eſt defunctus ſive teſtator, cujus perſonam heres repræſentat: ita & unus tantum heres eſſe debere videtur. *Novell. 48. in fin. præfat. initiò tit. infr. de ſtipulat. ſervor.* Sed deciſionis ratio eſt illa: quòd plures heredes pro una & eadem perſona habentur, omnesque ſimul & conjunctim repræſentant defunctum: quoniam juris ſucceſſores ſunt. *L. quotiens. 9. §. hereditas. 12. ff. h. t.*

### §. Hæreditas. 5.

*Hereditatis diviſio in partes, earumq; nomina.*

Hoc loco exponit Imper. Juſtinianus: in quot partes hereditas dividi poſſit: oſtenditque, eam plerumque dividi in duodecim partes: quarum ſingulæ ſua nomina habent. Illarum prima vocatur *Uncia*; quæ eſt pars duodecima aſſis. Secunda appellatur *Sextans*, quaſi ſexta pars aſſis, & duas uncias complectitur. Tertia dicitur *Quadrans*, quaſi pars quarta aſſis, & tres continet uncias. Quarta nominatur *Triens*, quaſi tertia pars aſſis, & quatuor uncias comprehendit. Quinta indigitatur *Quin-*

*cunx*,

*cunx*, quaſi quinque unciæ. Sexta appellitatur *Semis*, quaſi dimidia pars aſſis: & continet uncias ſex. Septima dicitur ſeptunx, quaſi ſeptem unciæ. Octava vocatur *Bes* quaſi bis triens, & octo complectitur uncias. Nona appellatur *Dodrans*, quæ dempto quadrante, novem uncias continet. Decima vocatur *Dextans*, quaſi dempto ſextante, & decem comprehendit uncias. Undecima nominatur *Deunx*, quaſi dempta unâ unciâ, & continet uncias undecim. Deniq; duodecima vocatur *as*: quæ duodecim uncias complectitur. In haſce autem partes teſtator plerumq; (ut dictum) non verò ſemper hereditatem ſuam diſtribuere ſolet. Poteſt quippe vel pauciores vel plures facere partes, prout ipſi libuerit: ita ut ſi unum heredem ex ſemiſſe ſcripſerit, tota hereditas ſub ſemiſſe contineatur: cùm fieri non poſſit, ut quis ex parte teſtatus, ex parte inteſtatus decedat. L. *jus noſtrum*. 7 *ff. de reg. jur.* niſi fuerit miles, cujus in teſtamento non ſpectantur regulæ juris ſed ſola voluntas. L. 1. L. *ſi miles*. 6 L. *quærebatur*. 19. *in princ.* L. *ſi duobus*. 37. *ff de teſtam. milit. L*. 2. *&* 3. *C eod. & dictum ſupra tit* XI.

§. *Si plures*. 6.

*Diviſio vel plane non vel proparte facta.*

In hoc §. tres proponuntur caſus; qui pluribus à teſtatore ſcriptis heredibus, contingere poſſunt. Primus eſt, quando nulla partium diviſio inter heredes à teſtatore eſt facta: tunc æqualiter ad hereditatem vocantur. *ut hic in princip. & L. quotiens. 9. §. heredes. 12. ff. h. t.* Secundus eſt: quando pluribus inſtitutis heredibus in quorundam perſonis deſignatæ ſunt partes; alii verò ſine parte inſtituti: tunc ſi partes expreſſæ aſſem non conficiunt, in reliquis ſine parte ſcripti heredes erunt. *L. item quod Sabinus. 17. in princip. ff. eod. & hic in verſ. partibus autem &c.* Tertius caſus eſt; quando completus eſt totus as, ita ut nihil ſit reliquum; tunc as dividi debet in duos ſemiſſes: unum ferent hi, qui nominatim in certis portionibus ſunt inſtituti: alterum verò capient illi, qui indefinitè & ſine parte heredes ſunt ſcripti. *d. l. item quod Sabinus. 17. §. ſed ſi. 3. ff. hoc tit. & hic in verſ. ſi verò totus as, &c.*

*As Completus.*

§. *Videamus*. 7.

*Non Completus.*

Indicat hoc loco Juſtinianus: quòd ſi as totus non ſit completus, ſive ſi poſt definitas omnes partes, pars aliqua vacet; ea ſingulis inſtitutis pro rata accre-

ſcat:

ſcat: ſi verò pars poſt definitas cujuſq; partes exuperet, ſingulis pro portione hereditaria decreſcat, *hoc §. noſtro. verſ. & ex diverſo.* L. *interdum.* 13. §. 2. & 4. *ff. h. t.* Utriusque ratio non eſt incognita: quia aliàs eveniret, ut teſtator partim teſtatus, partim inteſtatus decederet, contra regulam juris quæ extat *in* L. *jus noſtrum.* 7. *ff. de Reg. Iur.*

*§. Et ſi plures.* 8.

Ex hoc §. colligitur: quòd ſi teſtator plures quàm duodecim uncias diſtribuerit, & poſtea aliquis ſine parte ſcriptus heres fuerit, is in id quod dupondio deeſt, ſuccedat. Videtur enim teſtator hoc caſu in dupondium, hoc eſt, viginti quatuor uncias, ſive aſſes duos, hereditatem ſuam dividere voluiſſe. Idemque plane eſt, ſi utroque aſſe, id eſt, dupondio, in priores heredes conſumpto, alium poſtea teſtator heredem indefinitè & ſine parte adjungat. Siquidem & hic aſſem unum obtinebit: ut ita tripondium ſive tres aſſes fiant. L. *Sabinus.* 18. & *L. ex unciis.* 87. *ff. h. t.*

*Dupondium.*

*Tripondium.*

*§. Hæres.* 9.

De modo & forma heredis inſtituendi hìc agit Imper. Juſtinianus & oſtendit: heredem non tantùm purè, hoc eſt

*Forma Inſtitutionis.*

***Cum tempore & ſub Conditione.***

abſque die & conditione: verùm etiam ſub conditione (ita nimirum, Titius heres eſto, ſi uxorem duxerit) inſtitui poſſe: aſt ex certo tempore, aut ad certum tempus non poſſe: ſed vitio temporis ſublato, puram inſtitutionem manere. L. *hereditas*. 33. *ff. h. t.* Ratio cur heres ex certo tempore (veluti Titius poſt triennium; vel ex die Michaëlis mihi heres eſto) vel ad certum tempus (velut, Titius uſq; ad diem Michaëlis mihi heres eſto) inſtitui nequeat, illa eſt: quia alias teſtator partim teſtatus, partim inteſtatus decederet. Pro illo enim tempore, quo heredem haberet, eſſet teſtatus: pro reliquo verò tempore, quo heredem non haberet, eſſet inteſtatus: quòd ſanè in paganorum teſtamentis fieri non permittitur vulgatâ L. *jus noſtrum*. 7. *ff. de reg. jur.*

§. *Impoſſibilis* 10.

***Impoſſibili.***

Ait Juſtinianus Imper. impoſſibilem conditionem, ſive natura ſive jure ſit talis, ultimis voluntatibus adjectam, pro non adjecta, ſive non ſcriptâ haberi: ita ut inſtitutionem heredis non vitiet, ſed ipſa vitietur. L. 1. L. *Conditiones*. 14. & L. *mulier*. 20. *ff. de condition. inſtitut.* Quamvis enim impoſſibilis conditio vitiet contractus. §. *ſi impoſſibilis*. 11. *infra*

*fra de inut. ſtipul.* L. *impoſſibilis.* 7. & L. *ſi homo* 69. *ff. de V. Obl.* L. *impoſſibilium.* 185. *ff. de Reg. jur.* aliud tamen in ultimis voluntatibus receptum eſt, *hoc §. noſtro.* Ratio diverſitatis hæc redditur: quòd cùm omnes contractus fiant utriuſque contrahentis conſenſu. L. 1. *ff. de pact.* L. *in omnibus.* 55. *ff. de oblig. & act.* imputari poſſit creditori, cur à debitore ſuo ejuſmodi impoſſibilem conditionẽ adjici fuerit paſſus, cùm prohibere potuerit. Aſt in ultima voluntate, velut, hereditate, legato, & fidei commiſſo, cùm plerumque inſcio heredi, legatario aut fideicomiſſario ea relinquantur; nihil hiſce imputari poteſt, cur impoſſibilis adjecta ſit conditio: cùm id præcavere, in illorum poteſtate non fuerit. L. *non ſolùm.* 31. *ff. de oblig. & action.*

§. *Si plures.* II.

Si plures inſtitutioni conditiones ſunt adjectæ: conjunctæ quidem omnes expleri oportet: disjunctas autem ex parte tantùm, *hoc §. & L. ſi heredi.* 5. *ff. de Condit. inſtit.* L. *ſi quis ita* 129. *ff. de V. Oblig. &* L. *ſi is qui.* 13. §. *cùm ita.* 2. *ff. de reb. dub.* Hucque pertinet illud, quod vulgò Dialectici *Pluribus.*

dicunt: ad veritatem copulativæ conditionis requiri utramque partem eſſe veram: ſed ad veritatem disjunctivæ ſat eſſe, ſi altera pars vera ſit, referente *Mynſingero hic num.* 3. & 4.

*§. Final.* 12.

*Heres ignotus teſtatori.*

Ut heres quiſpiã inſtitui poſſit, non neceſſe eſt, ut ipſe teſtatori de facie ſit notus: modò aliàs ſit certus, aut fama vel virtute aliqua inſigniore teſtatori cognitus: adeo quidem ut teſtator fratris ſui filios peregrinantes, & quos nunquam vidit, vel extraneos, nullâ ipſi ſanguinis copulâ adſtrictos, inſtituere poſſit, *auctore hic Iuſtiniano*. Cæterum peregrini, hoc eſt, ii, qui jus civitatis Romanæ non habent, heredes in teſtamento inſtitui haud poſſunt. *L. ſed ſi conditioni.* 6. *§ ſolemus.* 2. *ff. h. t. L.* 1. *C. eod.* Ut enim teſtamenti factio eſt juris Civilis & publici. *L.* 3. *ff. qui teſtam. fac. poſſ. §. ſed cum paulatim.* 3. *ſupra de teſtam. ordin.* ita quoque eodem jure illi ſolummodò heredes inſtitui queunt, qui iſtius juris communionem habent, *tradente Dn. Obrechto Diſput.* 20. *th.* 263.

De

Digitized by Google

# De Vulgari Subſti-tutione.

## Tit. XV.

### *Ad princip. Tit.*

INſtitutio fit aut primo gradu, de qua hactenus: aut gradu ſecundo vel tertio & deinceps, quæ ſubſtitutio vocatur. Subſtituere enim hoc loco nihil aliud eſt, quàm in locum prioris heredis remoti ſive deficientis aliquem heredem ſtatuere vel ſubrogare. L. 1. *in pr. ff. de V. & P. ſubſtitut.* Subſtitutio omnium rectiſſimè in vulgarem & pupillarem dividitur, *uti abundè arguunt rubricæ hujus tituli præſentis & tit. proximè ſubſequentis, nec non tit. ff. de Vulgar. & Pupillar. Subſtitut.* quæ præter haſce duas, nullas alias ſubſtitutionis ſpecies præ ſe ferunt: quamvis interpretes communiter plures recenſeant. Vulgaris Subſtitutio, de qua hîc agitur, ea dicitur, quâ in locum heredis inſtituti

*Subſtitutionis definitio.*

*Diviſio in Vulgarem & pupillarem.*

*Vulgaris.*



Digitized by Google

alius ſubſtituitur, in eum caſum, quo prior ille inſtitutus, heres non fuerit: ſive quod heres eſſe noluerit; ſive quod non potuerit: inde ſic appellata, quod vulgo & promiſcuè cuivis heredi & à quovis teſtatore, teſtamenti factionem activam habente, fieri poſſit. *arg. L. ſi ſervus. 42. ibi, vulgaris formula. ff. de furt. L. Babius Marcellus. 30. verſ. ex diverſo. ff. de pact. dotal.* L. *quidam. 46. in fin. ff. de hered. inſtit.* Quemadmodum autem teſtator plures heredes quotquot velit, inſtituere poteſt. *§. & unum. 4. ſupra tit. proximo.* ita quoque eidem plures in ſuo teſtamento heredum gradus facere licet: veluti Titius heres eſto; ſi non erit, Mævius eſto; ſi neque hic erit, Sempronius heres eſto. Hos ſecundos & tertios heredes veteres appellitarunt: propterea quòd ſecundo & tertio gradu inſtituti erant. Sed & permiſſum eſt teſtatori, ut aliquem ex ſuis ſervis vel heredem inſtituat, vel ſubſtituat alteri. Et tunc is ſervus heres erit neceſſarius, ut nolle non poſſit, *per hoc principium in fin. & §. 1. ſupra quib. ex cauſ. manum. non lic. & §. 1. infr. de hered. qual. & differ.*

§. Et

§. *Et Plures.* 1.

Oſtendit Imper. Juſtinianus quatuor modis fieri poſſe ſubſtitutionem: vel ut uni plures, vel ut pluribus unus; vel ut unus uni ſive ſinguli ſingulis; vel denique ut inſtituti omnes ſibi invicem ſeu vice mutuâ ſubſtituantur. L. 36. §. 1. *ff. de V. & P. ſubſt.* Uni plures ſubſtituuntur hoc modo: *Mævius heres eſto: ſi non erit, Quinctius & Sextus heredes ſunto.* Pluribus unus: *Septimius & Octavius heredes ſunto: ſi non erunt, Nonius eſto.* Singuli ſingulis: *Titius heres eſto: ſi Titius non erit, Mævius eſto.* Invicem ipſi hâc formâ: *Octavius, Nonius,* De*cimus heredes ſunto: invicemq; ſubſtituti ſunto.* vel ita: *Titius & Sempronius mihi heredes ſunto: ſi Titius heres non erit, Sempronius ex aſſe heres eſto*: aut contra; *ſi Sempronius heres non erit, Titius ex aſſe heres eſto.* Hæcque ſubſtitutio vocatur reciproca à Modeſtino Juriſconſulto *in L. jam hoc jure.* 4. §. 1. *ff. eod. tit.* inde proculdubio, quòd ſemper eò unde venit, iterum ſe recipiat, *notante Viglio hic num.* 3. *Quot modis fiat.*

§. *Etſi ex diſparibus.* 2.

Si plures ſint inſtituti ex diverſis partibus heredes, & omnes invicẽ ſubſtituti,

*Subſtituti ſine partibus quomodo ſuccedant*

nec partes in ſubſtitutione expreſſæ: credendum eſt, ex iiſdem partibus ſubſtitutos, quæ in inſtitutione fuerunt nominatæ, verbi gratiâ, ſi teſtator dixerit: *Titius ex beſſe, id eſt, octo unciis; Cajus ex quadrante, hoc eſt, tribus unciis; Sejus ex uncia heredes ſunto, eosq; invicem ſubſtituo.* Hoc caſu ſi Cajus ex quadrante inſtitutus, partem ſuam repudiet, ſive heres non fiat: quadrans iſte deſertus inter Titium & Sejum divideretur, pro modo inſtitutionis: ut ſcilicet Titius octo ejus partes & Sejus unã conſequatur, *hoc §. & L. ſi plures. 24. ff. de V. & P. ſubſt.* L. 1. C. *de impuber. & aliis ſubſtitut.* Cujus juris hæc reddi poterit ratio: quod non ſit veriſimile, pluris eos in ſubſtitutione teſtatorum feciſſe, quàm in Inſtitutione: *arg.* L. *Publius. 36. §. 1. ff. de condit. & demonſtr.*

§. *Sed ſi inſtituto.* 3.

*Subſtitutus ſubſtituto quomodo ſuccedat?*

Talis hujus §. ſpecies conſtitui poteſt: Cajus & Mævius fuerunt heredes inſtituti & Mævius Cajo ſubſtitutus: ita ut ſi Cajus heres non fuerit, Mævius ex aſſe ſit heres. Huic autem Mævio iterum alius fuit ſubſtitutus: hoc caſu ſi uterq; inſtitutus tam Mævius quàm Cajus defecerit, ac heres non extiterit: ille qui Mævio erat ſubſtitutus, non ſolùm ex ſub-

ſubſtitutione in Mævii partem ſuccedit; ſed etiam in partem Caji. *L. ſi Titius.* 27. *ff. de V. & P. ſubſtit.* Hujusque ratio eſt pellucida: quia niſi Mævio ſubſtitutus etiam in Caji partem ſuccederet: tunc teſtator partim teſtatus, partim inteſtatus decederet. Teſtatus contemplatione partis Mævii, in quam ex ſubſtitutione ſuccedit ejus ſubſtitutus: inteſtatus verò, reſpectu portionis Caji, *contra* L. *jus noſtrum.* 7. §. *de Reg. jur.* §. *Si ſervum* 4. *& ult.*

*Subſtitutus ſervo alieno & libero habito quomodo ſuccedat?*

Ex hoc §. conſtat: quòd ſi teſtator Servum alienum quem liberum hominem eſſe exiſtimabat, heredem inſtituerit; eique ſi heres non erit, Mæviũ ſubſtituerit; & iſte ſervus juſſu Domini ſui adierit hereditatem: non omninò excludatur ab hereditate Mævius ſubſtitutus; ſed in partem aliquam cum domino ſervi admittatur. Aſt in quam partem ſubſtitutus Mævius admittatur, mirè controvertitur? Et verior videtur ſententia eorum, qui ſtatuunt hereditatis diviſionem ita eſſe faciendam: ut primò duo ſemiſſes fiant, quorum unus integer ceu præcipuus ad dominũ ſervi inſtituti pertineat: deinde verò ex altero ſemiſſe pars item dimidia, id eſt, quadrans ad eundem dominum;

&

& alter quadrans tantùm ad ſubſtitutum Mævium ſpectat. L. *ſi paterfam.* 40. *in fin. ff. de hered. inſtit. ibiq; Accurſ. Bartol. Bald. & DD. communiter.*

---

# De Pupillari Subſtitutione.

## Tit. XVI.

### *Ad princip. Tit.*

DE vulgari ſubſtitutione breviter dictum eſt; ſequitur pupillaris; inde ſic denominata, quòd ſolis fit pupillis, non aliis heredibus. Ea autem non inſulſè definitur; quòd ſit ſubſtitutio heredis, quâ pater teſtamento ſibi facto, liberis ſuis impuberibus in poteſtate conſtitutis, heredem inſtituit, eum in caſum, quo ſui juris adhuc impuberes demortui fuerint. *arg. totius hujus tit.* L. 1. §. *ult.* L. 2. *& paſſim. ff. de V. & P ſubſtit. & tit. Cod. de Impuber. & al. ſubſtit.* Cæterum ex hoc principio apparet: In perſonis quibus ſubſtitui poſſit, tria requiri.

**Subſtitution. Pupillaris definitio.**

quiri. Primum eſt, ut ſint Liberi, quorum appellatione non ſolum filii, ſed & filiæ: non tantum nati, ſed etiam poſthumi. § *non ſolùm.* 4. *verſ. quacunque* & §. *maſculo.* 8. *infra h. t.* non ſolùm naturales & legitimi ſimul, ſed etiam adoptivi. *L. ſed ſi plures.* 50. §. *in arrogato.* 6. *ff. de V. & P. ſubſtit.* item non tam inſtituti quàm exheredati; non tam nepotes quàm pronepotes & cæteri continentur. *d. §. non ſolùm.* 4. *infra. h. t. d. L.* 2. *verſ. nepotibus. ff. eod. L. Liberorum.* 220. *ff. de V. Sign.* Alterum eſt, ut ſint impuberes, hoc eſt, nondum 14. annorum, ſi ſint maſculi; vel duodecim, ſi ſint fæminæ. *d. l.* 2. *in princ. ff. de V. & P. ſubſtit.* Ratio hujus manifeſta eſt: quia cùm liberi eâ ætate ſibi ipſi teſtamentum facere & heredem inſtituere nequeant. §. 1. *ſupra quib. non eſt perm. fac. teſtam.* ne moriantur inteſtati, & ſine herede decedant: moribus introductum eſt, ut pater ipſis teſtamentum facere poſſit: ut hìc in fine dicitur. Is ſiquidem omnium optimè liberis ſuis præſumitur proſpecturus. L. *non ſolum.* 65. § 1. *ff. de rit. nupt.* L. *nec mea.* 22. §. *ult. ff. ad* L. 1. *de adult.* L. *cùm furioſ.* 7. *in princ. ibi. quis enim talis affectus &c.* C. *de*

*Requiſita quoad perſonas, quibus ſubſtitui poſſit.*

Digitized by Google

*C. de curat. furioſ.* Contrariâ itaque ratione, cùm puberes ſibi ipſi teſtamentum facere poſſint: efficitur ut illis à parentibus, eum in caſum, quo heredes extiterint, & ſine teſtamento deceſſerint, ſubſtitui non poſſit. *§. ult. infr. h. t.* Tertium requiſitum eſt, ut ſint in poteſtate *d. l. 2. in princ. verſ. quod ſic erit accipiendum. ff. de V. & P. ſubſt.* Cùm enim pater liberis pupillariter ſubſtituendo faciat teſtamentum, atque ita de bonis teſtetur alienis: videtur hoc ſolius patriæ poteſtatis eſſe, ut ipſe de bonis liberorum ſtatuere poſſit. Ex eo igitur intelligitur: nec matrem, nec avum maternum, neque patrem qui liberos emancipavit, neque alios parentes, qui liberos in poteſtate non habent, liberis pupillariter ſubſtituere poſſe *§. fœminæ. 10. ſupr. de adopt. §. præterea. 6. ſupr. quib. mod. jus patr. poteſt. ſolv. L. nulla. 13. ff. de ſuis & legit. hered.*

*Subdiviſio in propriè Pupillarem & quaſi pupillarem ſeu exemplarem.*

*§. Qua ratione. 1.*

Pupillaris ſubſtitutio haud male ſubdividitur, in proprie pupillarem, de qua hactenus: & quaſi pupillarem ſeu exemplarem, *de qua in hoc §. & L. humanitatis. 9. C. de Impub. & al. ſubſtit.* Hâc autem ſubſtitutione parentes ſuis liberis furioſis & mente captis, etiam puberi-

beribus, teſtamentum facere & ſubſtituere poſſunt in caſum mortis, non aliter quàm pupillis. Non tamen quoſlibet, ſed certas tantum perſonas, puta liberos eorum, ſi extent, tum fratres, ſi quos habeant, id eſt, heredes futuros ab inteſtato; & demum his deficientibus, etiam extraneos illos ſubſtituere debent. *d. l. humanitatis. 9. C. eod.* Eaque ſubſtitutio infirmatur, & evaneſcit, ſi liberi mente capti reſipuerint, ſicque mentis compotes redditi fuerint. hoc §. noſtro. v. ſin autem reſipuerint. *&c. d. l. 9. verſ. ita tamen. &c.* C. *d. t.* Cujus ratio eadem, quæ in ſubſtitutione pupillari, eſſe ſolet. Quemadmodum enim impuberes teſtamentum ſibi facere poſſunt: ita nec furioſi, menteque capti. *§. præterea. 1. ſupr. quib. non eſt perm. fac. teſtam.* Ideoque benignitatis & humanitatis intuitu receptum eſt; ut parentes eis teſtamentum facere valeant: quod olim ante conſtitutionem Juſtiniani non poterant; niſi à principe illud velut privilegium, impetraſſent, ut liquet *ex* L. *ex facto. 43. in princ. ff. de V. &* P. *ſubſtit.*

*Quaſi pupillaris quæ, quibus & in quibus, quomodóque fiat.*

§. Igi-

§. *Igitur*. 2.

*In ſubſtitutione pupillari quomodo duo & unum cenſeatur teſtamentum.*

In hoc §. ait Imper. Juſtinianus: quòd is, qui pupillariter ſubſtituit, quaſi duo teſtamenta, vel certè duarum hereditatum unum teſtamentum facere videatur. *L.* 2. § *prius autem*. 4. L. *patris* 20. *ff. de V. & P. ſubſt.* Unde ejuſmodi teſtamenta vocantur duplicia à Cajo Juriſconſulto *in* L. *in duplicibus*. 79. *ff. ad L. Falcid.* Ac ſanè ſi hereditates & inſtitutiones heredum ſpectemus: duo reverà teſtamenta putantur. Nam in Inſtitutione & ſubſtitutione vulgari, quæ pupillari ſubſtitutioni eſt annexa, diſponitur de hereditate bonisq; parentis, & huic ſoli heres inſtituitur: in ſubſtitutione verò pupillari agitur de bonis impuberis, & in his ipſis pupillo heres inſtituitur. Cæterum verè unum teſtamentum eſt, nimirum paternum; ſi primò conſideremus teſtatorem, ſeu eum qui teſtamentum facit, qui unus eſt, nempe pater. Deinde ſi intueamur formam externam, ſive ſolennitates, quibus fit teſtamentum: quoniam eædem tam ad teſtamentum patris, quàm ad ſubſtitutionem pupillarem; ſeptem videlicet teſtes, ſeptemque ſigilla adhibentur. *d. l. patris*. 20. *ff. de V. & P. ſubſtit.* Deniq; ſi expendamus id, quod prin-

principaliter in teſtamento agitur. Hoc autem eſt inſtitutio heredis paterni: quandoquidem ſubſtitutio pupillaris tantum pars & ſequela ſive appendix paterni teſtamenti cenſetur. §. *Liberis.* 5. *infr. h. t.*

§. *Sin autem.* 3.

*Cautela in ſubſtitutione pupillari.*

Conſulit hoc loco Juſtinianus Imper. teſtatori, qui ſubſtituti machinationes atque inſidias timet: ut ſecretò pupillarem ſubſtitutionem faciat; eaque ne inſpiciatur aut reſignetur ante pupilli mortem, omninò vetet & caveat. Sed objiciat aliquis: quid juvat aut prodeſt hanc adhiberi cautionem: cùm ſubſtitutio pupillaris Vulgari, ex Divi Marci & Veri conſtitutione, inſit. L. *jam hoc jure.* 4. *ff. de V. & P. ſubſtit.* adeoque ab eo, qui vulgariter ſubſtitutus erit, non minus periculi, quàm ab expreſſè pupillariter ſubſtituto, timendum ſit? Reſpondetur: primùm non ſemper toties fieri vulgarem, quoties pupillarem occultè teſtator facit: deinde ut etiam vulgaris fiat: abeſſe tamen periculum, quando forma hic poſita ſervatur. Ac ſanè quòd pupillaris dicitur Vulgari ineſſe: hoc quidem fie

ſit ex præſumpta teſtatoris voluntate. Itaque ubi contraria ejus apparet voluntas, ut hoc noſtro caſu: ea tacitè haud ſubintelligetur. L. *quamvis.* 4. C. *de Impup. & al. ſubſtit.* cùm proviſio hominis circa ſubſtitutionem, tollere iſtā legis proviſionem debeat. *d. l.* 4. *C. ved.* L. *ult. ibiq; gloſſ. C. de pact. convent.* Idque latiùs *poſt Fabrum & Viglium,* explicat hîc Weſenbecius *num.* I.

§. *Non ſolum.* 4.

*Subſtitutio pupillaris Exheredato facta.*

Inquit Juſtin. Imperator: non ſolùm liberis inſtitutis (hoc nimirum modo: *Filius meus impubes mihi heres eſto: ſi heres non fuerit, aut fuerit quidem, ſed ante pubertatem deceſſerit; Sempronius mihi heres eſto*) pupillariter ſubſtitui poſſe, ſed etiam exheredatis, hâc videlicet formulâ: *Titius mihi heres eſto:* filius meus impubes exheres eſto: Si tamen filius meus exheredatus intra pubertatem deceſſerit; Sempronius heres eſto. L. I. §. 2. L. *ſed ſi plures.* 10. §. *ad ſubſtitutos.* 5. *ff. de V. & P. ſubſtit.* Quo caſu omnia pupilli exheredati bona undecunq; obvenientia, ſi eum intra pupillares annos mori contingat, ad ſubſtitutum pertinebunt, *hoc §. noſtro, verſ. itaq; &c.* Porrò quæ de natis jam liberis dicta ſunt: eadem ad poſthumos etiam pertinere

ex

*ex fine hujus* §. *intelligitur* & L. 2. *in pr. ff. eod.* ubi Ulpianus ait, poſthumis planè ſubſtitui poſſe: veluti, *Quicunque mihi poſt mortem meam naſcetur, heres eſto: ſi verò impubes deceſſerit, Titius heres eſto.* Ejuſque ratio non incognita eſt: quia poſthumi, quoties de commodo ipſorum agitur, pro jam natis habentur. L. *qui in utero* 7. & L. *pen ff. de ſtat. homin.*

§. *Liberis,* 5.

*Pupillaris ſubſtitutio ſine paterno teſtamento non fit.*

In hoc §. Juſtinianus tradit: quòd pater liberis pupillariter ſubſtituere non poſſit, niſi & ſibi teſtamentum faciat, heredemque ſubſtituat. Cujus rationem hanc ſubjungit: quod pupillare teſtamentum ſive pupillaris ſubſtitutio ſit pars ac ſequela paterni teſtamenti. Ideoque ſi teſtamentum patris ex aliqua cauſa fuerit ruptum aut irritum factum, aut verò jam ab initio minus legitimè ordinatum: conſequens omnino eſt, ut nec filii teſtamentum valeat. L. 2. §. *prius autem.* 4. *ff. de Vulg. & pup. ſubſtit.* juxta generalem & vulgatam juris regulam: Si principalis cauſa non ſubſiſtit, nec ſequela vel acceſſio ſubſiſtere poteſt. L. *quod per manus.* 10. *ff. de jur. Codic.* L. *nihil dolo.* 129. §. 1. & L. *cum principalis.* 178. *ff. de Reg. jur.*

§. *Vel*

§. *Vel ſingulis.* 6.

*Quomodo ſubſtituantur liberis ſingulis ſinguli, unus ſingulis, & poſtremò morituro.*

Si plures quis habuerit liberos impuberes: penes ipſum erit, vel ſingulis ſeparatim ſubſtituere, vel poſtremò morituro. L. *vel ſingulis.* 37. *ff. de V. & P. ſubſt.* ſingulis ſinguli ſubſtituuntur hoc puncto: *Primus filius meus, heres eſto: ſi impubes moriatur, Mævius eſto. Secundus filius meus heres eſto: ſi impubes moriatur, Sejus eſto. Tertius filius meus heres eſto: ſi impubes moriatur, Titius heres eſto.* Unus ſingulis ſubſtituitur hoc modo: *Primus, ſecundus, tertius, filii mei heredes ſunto: ſi quis eorum impubes moriatur, ei Titius heres eſto.* Poſtremò autem morituro ſubſtituitur hâc formâ: *Primus, ſecundus, tertius, filii mei heredes ſunto: et verò qui poſtremus illorum impubes morietur, Sempronius heres eſto.*

§ *Subſtituitur.* 7.

*Subſtitutio pupillaris quomodo nominatim & generaliter fiat.*

Docet hoc loco Imper. Juſtinianus, quod pupillis non modo nominatim, ſed & generaliter ſubſtituere liceat. Nominatim cùm nomine proprio Subſtitutus deſignatur: veluti, *Filius meus heres eſto: ſi ante pubertatem deceſſerit, Cajus heres eſto.* Generaliter verò, *Filius impubes, item Titius, Mævius, & Sejus mihi heredes ſunto. Quisquis horum mihi heres extiterit: idem filio meo ante puberta-*

tem

*tem morienti, hæres eſto.* Semper igitur in generali ſubſtitutione pupillari neceſſarium eſt: ut qui ita ſubſtituuntur, una cum impubere filio, cui ſubſtituuntur, prius heredes inſtituantur. Quo facto illi demum ex ſubſtitutione admittuntur, qui teſtatori quoque heredes extiterunt. Succedunt autem tunc in illam partem, quam ex inſtitutione habuerunt: veluti ſi unus ſit ſcriptus ex dodrante, alter ex quadrante: pro iiſdem partibus hereditatem pupillarem divident, & non æqualiter, *hoc §. noſtro. in fin.* L. *ſi in teſtamento.* 5. L. *qui Liberis.* 8. §. *ult.* & L. *ſed etſi plures.* 10. *in pr. ff. de V. & P. ſubſtitut.*

§. *Maſculo igitur.* 8.

*Subſtitutio pupillaris quando extinguatur.*

Quandoquidem ex hactenus traditis conſtat, hanc ſubſtitutionem fieri pupillis atque impuberibus, & non aliis, niſi his, idque eam ob cauſam; quòd hi, utpote in ætate impubere conſtituti, nondum ſibi ipſis teſtamentum facere & hæredem inſtituere poſſint: idcirco omninò conſequens eſt; ut cùm hanc ætatem illi exceſſerint; ſicque maſculus annum decimum quartum & fæmina duodecimum compleverit, pupillaris ſubſtitutio extinguatur & evaneſcat. L. *verbis.* 7. L. *in pupillari* 14. L. *ex facto*

43. *in princ. ff de V. & P. S.* ceſſante namque cauſa ſubſtitutionis: meritò & ipſa ſubſtitutio ceſſat. *arg.* L. *adigere. 6. §. quamvis 2. ff de jur. patr. c. cum ceſſante, 60. ext. de appellat.*

§. *Extraneo. 9. & ult.*

*Quomodo Extraneo & puberi pupillariter poſſit ſubſtitui.*

Ait Juſtinianus Imper. quòd extraneo & filio puberi ſubſtitui directè non poſſit: at præcariò ſeu per fideicommiſſum poſſit. Quocirca neq; extraneo impuberi, hoc eſt, ei qui in poteſtate noſtra non eſt, ita ſubſtitui poteſt, *ſi impubes morietur*: neque puberi cuiquam hoc modo, ſi intra certum tempus, puta vigeſimum, trigeſimumve annum morietur: ut ſcilicet teſtator dicat, *Ille heres eſto*, directis civilibusq; verbis, hoc eſt, à Jureconſultis ad ſubſtitutiones faciendas conceptis, civibusq; traditis. Aſt hoc modo ſubſtituere licet: *Semproni mihi heres eſto: rogo autem te heres, ut poſt mortem tuam, illi meam hereditatem reſtituas.* Quæ formula in eo ſubſtitutioni ſimilis eſt, quod in utrumq; caſum & quæſitæ hereditatis & mortis concipitur; hoc modo; *ſi & heres meus ſis, & cùm morieris.* In eo verò diſſimilis eſt, quòd pupillaris ſubſtitutio à ſolo Patre, ſoliq; filio familias eiq; impuberi fieri poteſt; fideicommiſ-

ſaria

ſaria autem à quovis cuiq; fieri poteſt. Illa heredem ſubſtitutum facit: hæc non item. Quod enim fideicomiſſo acquiritur: hereditatis nomine non continetur. *L. 2. in fin. ff. de jur. Codicill.* Illa directis verbis fit, id eſt, iis quibus rectà à teſtatore in ſubſtitutum beneficium confertur: hæc non directè, ſed precariè interpoſita heredis opera fieri ſolet, ut diſertè hoc explicat Hotomannus *hîc enunciat. 2.*

---

# Quibus modis Teſtamenta infirmentur.

## Tit. XVII.

### *Ad Princip. Tit.*

QUoniam hactenus expoſuit Imper. Juſtinianus, quæ ad teſtamenta ritè & legitimè ordinanda requiruntur: ideò commodè hoc tit. tradit, quibus illa modis fiant irrita & infirmentur. Teſtamenta autem jure facta duobus evertuntur modis, cùm aut rumpuntur aut irrita conſtituuntur. Etenim teſtamentum (*Papiniano auctore*) aut non jure factum dicitur, ubi ſolemnia juris defuerunt: aut nullius eſſe *Teſtamenta quibus modis evertantur.*

momenti, cùm filius qui fuit in patris poteſtate, præteritus eſt: aut rumpitur, alio teſtamento, ex quo heres exiſtere poterit, vel agnatione ſui heredis: aut in irritum conſtituitur, non aditâ hereditate. L. 1. *ff. de injuſt. rupt. & irrit. fact. teſtam.* Porro interdum teſtamentum, ritè alioqui factum, reſcinditur querelâ inofficioſi motâ, de qua infra tit. proximo: vel contra tabulas bonorum poſſeſſione petitâ. L. 1. *ff. de Legat. præſt.* L. *ut liberis.* 17. *C. de collat.*

§. *Rumpitur.* I.

*Teſtamentum quando dicatur rumpi.*

Teſtamentum rumpi dicitur, cùm teſtatoris quidem perſona & jus atque conditio, in eodem ſtatu manet: ſed jus ipſius teſtamenti vitiatur. Id quod duobus accidit modis: agnatione ſui heredis & poſteriore teſtamento, ritè ac jure perfecto. Agnatio autem ſui heredis vel vera eſt & propria, vel quaſi & impropria. Vera ſive propria vocatur, cum poſt teſtamentum factum teſtatori naſcitur filius aut filia, nepos aut neptis, qui quæve in poteſtate ipſius ſit, & proximum ab eo gradum obtineat. Quaſi ſive impropria agnatio eſt, cùm poſt teſtamentum conditum teſtator in locum filii aliquem adoptat, vel arrogat. Cæterum uterque, tam ille qui verè

*Agnatione ſui heredis.*

*Vera vel quaſi.*

verè agnaſcitur ſuus, quàm qui quaſi agnaſcitur, idcircò teſtamentum rumpit: quia ad ſuum heredem pertinet hereditas patris: adeò ut vivo etiam adhuc patre quodammodo exiſtimetur dominus paternorùm bonorum. §. 2. *infra de hered. qual. & diff.* L. *in ſuis.* 11. *ff. de liber. & poſthum. her. inſtit.* Quare ſicut ob hanc rationem ſuus heres, tempore teſtamenti facti jam vivus, præteriri nequit, *ut dictum ſupra ad princ. tit. de Exheredat. liber.* ita quoq; teſtamentum factum rumpitur & infirmatur, ex quo ſuus heres poſtea natus, repetitur præteritus, *hoc §. &* L. 3. *ff. de injuſt. rupt. & irrit fact. teſt.* Illudque in tantum procedit, ut etiam militis teſtamentum agnatione ſui heredis rumpatur: niſi contraria militis voluntas fuerit. *L. qui jure militari.* 7. *cum duabus ſeqq ff. de teſtam. milit. l. ſicut.* 9. *& l ſeq.* C. *eod.*

§. *Poſteriore* 2.

Dictum teſtamentum jure validum rumpi agnatione ſui heredis: hîc ſubjicitur, teſtamentum jure perfectum rumpi quoque per teſtamentum poſterius, æquè jure perfectum. L. 2. & L. *cum in ſecundo.* 16. *ff. de injuſt. rupt. & irrit. fact. teſtam.* Cùm enim in omni negotio poſteriora derogent prioribus, L. *Teſtamento poſteriori.*

*non eſt novum.* 26. *ff. de LL.* L. *pacta noviſſima.* 12. *C. de pact.* L. *pacta conventa.* 72. *ff. de contrah. empt.* L. *clari.* 19. *C. de fideicommiſſ.* mirum utique non eſt, ſi & per ſecundum teſtamentum prius rumpatur: cùm ad extremum uſque vitæ exitum teſtatori voluntatem mutare liceat. L. *quod ſi iterum.* 4. *ff. de adim. vel transfer. legat.* & nemo paganus cum duobus teſtamentis diverſis decedere poſſit. L. *jus novum.* 7. *ff. de R. Iur.* L. *quærebatur.* 19. *ff. de teſtam. milit.* Adeò autem teſtamentum prius rumpitur per poſterius: ut hoc verum ſit, etiamſi ex poſteriore nemo heres extiterit, id eſt, licèt illud; deſertum ac deſtitutum fuerit. *hoc §. noſtro, verſ.* nec intereſt. Satis enim eſt, ſi potuerit ex eo aliquis heres exiſtere, tametſi non adierit. L. 1. *ibi; ex quo heres exiſtere potuerit d. l. cum in ſecundo,* 16. *ff. de injuſt. rupt. & irrit. fact. teſtam.* L. *pater filio.* 54. *ff. de hered. inſtit.* Nec obſtat, quod teſtamentum, ex quo nemo fit heres, efficiatur irritum. L. *ſi nemo.* 9 *ff. de teſtam. tutel.* ac proinde per id non debeat rumpi perfectum ac validum. Nam aditio hereditatis haud quaquam ad perfectionem & ſubſtantiam teſtamenti, ut illud ſit jure factum

atq;

atque firmum, ſed tantùm ad exitum & effectum teſtamenti pertinet. Neq; prius teſtamentum & ejus jus, in pendenti eſſe debet, ut firmum maneat, ſi poſterius infirmetur: ſed purè, abſolutè, ſimpliciter, ac ſtatim rumpitur per poſterius; ita ut nunquam poſtea vires recuperare valeat, *notante hic Rittershuſio pag.* 267..

*§. Sed & ſi quis.* 3.

Quod in præcedenti §. expoſuimus, prius teſtamentum jure perfectum rumpi tollique per poſterius; id adeò verum eſt, ut tum etiá locum obtineat, quando in poſteriori teſtamento jure perfecto ex certis ſolummodo rebus heres fuerit inſtitutus. L 1. §. *ſi ex fundo.* 4. *ff. de hered. inſtit.* L *ſi quis priorè.* 29. *ff. ad SCt Trebell.* Licèt enim aliàs heres ex certis rebus inſtitui nequeat: cùm heres ſit ſucceſſor univerſi juris, quod defunctus habuit: L. *nihil eſt aliud.* 24. *ff. de verb. Sign. l hereditas.* 62. *ff. de reg. jur.* ex benigna tamen prudentum interpretatione teſtamentum hoc poſterius ſuſtinetur, & perinde habetur ac ſi certarum rerum mentio facta non eſſet. *d.* L. 1. §. *ſi ex fundo.* 4. *L. quotiens.* 9. §. *ſi duo* 13. L. *ſi*

 *alte-*

Digitized by Google

*alterius.* 10. *L. Attius.* 11. L. *ex facto.* 35. *ff. de hered. inſtit.* At enim verò ſi poſteriori teſtamento inſerta ſint fidei commiſſi verba, quibus teſtator priores quoque tabulas valere voluit: heres in ſecundo teſtamento ex rebus certis ſcriptus, iis contentus eſſe, ac reliquam hereditatem reſtituere illis debet, qui in priori teſtamento inſtituti ſunt. Quod ſi res ipſi relictæ non ſuppleant quadrantem: eum ex Lege Falcidia ſupplebit, *hoc §. noſtro circa fin. & d. l. ſi quis.* 29. *ff. ad Sc. Trebell.* L. *poſthumus.* 12. §. 1. *ff. de injuſt. rupt. & irrit. fact. teſtam.*

*§. Alio autem modo. 4. cum §. ſequ.*

*Teſtamentum fit irritum Capitis deminutione.*

Oſtenſum eſt, quomodo actione & facto teſtatoris teſtamentum rumpatur & infirmetur: nunc quemadmodum ex ejuſdem paſſione & capitis deminutione irritum fiat, declaratur. Fit autem irritum teſtamentum capitis deminutione quâlibet, non ſolùm maximâ; ſed etiam minori vel mediâ & minimâ, quæ arrogatione contingit. L. *ſi quis.* 6. *§. irritum.* 5. *& §§. ſeqq. ff. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſtam.* Ratio non obſcura eſt; quia teſtamentum fieri non poteſt, niſi ab eo qui liber homo ſit & Civis Romanus & ſui juris ſive paterfamilias, *ut explica-*

*plicavimus ſupra ad tit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.* Aſt omnis capitis deminutio aliquod horum adimit: maxima libertatem, media Civitatem, minima jus familiæ. *§. 1. 2. & 3. ſupra de capit. dem.* ut qui antea erat pater familiâs ſive princeps ſuæ familiæ, jam incipiat alienæ eſſe ſubjectus cum capite ſimul & fortunis. *L. qui ex liberis 11. §. teſtamento. 2. ff. de bonor. poſſ. ſecund. tab.*

*§. Non tamen. 6.*

Hoc loco exceptio ſive limitatio ad præcedentem §. adfertur. Nam licèt teſtamentum jure Civili per capitis deminutionem teſtatoris ſit irritum factum: jure tamen prætorio ſuſtinetur, datâ heredi ſcripto bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas: ſi modò & teſtamentum à ſeptem teſtibus fuerit ſubſignatum, quod unum ſpectat Prætor, tanquam ſolenne teſtamenti prætorii. *§. 2. & 3. ſupra de teſtam. ordin.* & ſi teſtator tempore mortis Civis Romanus ſuique juris ſive paterfamilias (puta qui a poſt adoptionem iterum eſt emancipatus) fuerit, *hoc §. & L. 1. §. exigit. 8. ff. de Bonor. poſſ. ſec tab.* L. *poſthumus. 12. in pr. ff. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſtam.* Ulpian. *in fragm. Inſtit. tit. 23. §. ſi ſeptem ſignis. &c.*

***Iure prætorio ſuſtinetur.***

P §. Ex

§. *Ex eo autem.* 7.

*Non infirmatur.*

De modis quibus teſtamenta infirmantur, abundè dictum eſt: duo hîc ſubjiciuntur modi, quibus illa non infirmantur. Primus eſt ſola & nuda teſtatoris voluntas: alter teſtamentum poſterius imperfectum: de quibus videatur L. 2. *ff. de inj. rupt. irrit. fact. teſtam.* L. *nolumus.* 20. *cum* L. *ſeq.* §. *ſi quis.* 3. *&* L. *ſancimus.* 27 C. *de teſtam.*

*Solâ & nudâ teſtatoris voluntate.*

Cur autem ſola teſtatoris voluntas contraria ſeu pœnitentia prius teſtamentum ritè confectum non ſubvertat, ratio eſt perſpicua: quia nihil tam naturale eſt, quàm unumquodque eo modo ſolvi, quo colligatum eſt. L. *nihil tam naturale.* 35 *ff. de Reg. jur.* Atqui teſtamentum ſolâ & nudâ voluntate non conſtituitur. L. *pen.* §. *ult. ff. de bonor. poſſ. ſecund. tab.* Ergò nec nudâ voluntate tollitur. Neque adverſatur, quòd in teſtamentis voluntas ſuprema ſit ſpectanda, *per ea quæ diximus ſupr. ad* §. 2. *h. t.* Nam reſpondetur: non ſatis eſſe nudam teſtatoris voluntatem, niſi ipſe eam facto aliquo declaraverit, puta tabulas teſtamenti priores incidendo, cancellando, in ignem profluentemque projiciendo, ſigna evellendo, interpoalndo

lando &c. L. 1. §. *penult. ff. ſi tab. teſtam. null. ext.* Porrò rationem, cur teſtamentum prius jure factum non infirmetur poſteriore imperfecto, Imper. Juſtinianus ipſe *hic in fin.* hanc aſſignat: quia teſtamentum imperfectum pro nullo habetur.

*Imperfecto teſtamento poſteriori.*

## §. *Eadem ratione.* 8. & *ult.*

In hoc §. dicitur, quod Princeps ſive Imperator nec litis cauſâ, nec ſolâ voluntatis nuncupatione, nec minus ſolenni teſtamento inſtitui heres poſſit. Nam (ut Paulus ait) Imperatorem litis cauſa heredem inſtitui, invidioſum eſt: nec calumniandi facultatem ex principali majeſtate capi oportet. L. *pen. ff. de hered. inſtit.* Sed & ex imperfecto teſtamento Imperatorem hereditatem, vel legata vindicare non poſſe, ſæpè conſtitutum eſt. Licèt enim lex Imperii ſolennibus juris Imperatorem ſolverit: nihil tamen tam proprium Imperii eſt, quàm legibus vivere. *L. ex imperfecto*, 23. *ff. de Legat.* 3 *L* 3 *C. de teſtament.* & *L. digna vox* 4. C. *de legib.*

*Ne quidem Imperatore herede inſtituto.*

De

# De inofficioſo Teſtamento.

## Tit. XVIII.

### *Ad princip. Tit.*

*Querelâ inofficioſi teſtamenti.*

MOdis prioribus, titulo proximo expoſitis, quibus teſtamenta jure perfecta infirmantur ipſo jure, annumeratur non inſcitè inofficioſi teſtamenti querela, quâ teſtamentum inofficioſum quiſpiam à judice reſcindi poſtulat. Eſt autem inofficioſum teſtamentum, quod rectè quidem & legitimè, ſed non ex officio pietatis factum eſt. *L.* 2. *ff. h. t.* Porrò in hoc principio explicat Imper. Juſtinianus, quæ fuerit querelæ inofficioſi teſtamenti introducendæ occaſio, nempe injuria parentum erga liberos. Parentes quippe plerumque ſine cauſa liberos vel exhæredant, vel prætereunt, novercalibus delinimentis inſt gationibus ve corrupti. L. 3. & 4 *ff. eod.* Cæterum liberi nequid

quid gravius in parentes dicant, hunc colorem iniquitatis quærunt: qu. ſi ſanæ mentis illi non fuerint, cùm teſtarentur. L. *nam & his.* 5. *in fin. ff. eod. tit.* Sic de dolo actione non agitur adverſus eos, quibus reverentia exhibenda eſt: ſed verbis temperamentum actioni quæritur; quaſi ſine conſilio doloſo in re fraus ſit: ac proinde in factum agitur. *L. non debet.* 11. *§.* 1. *ff. de dol. mal.*

*§ Non autem.* 1.

Oſtendit Juſtin. Imperator; quibus teſtamentum velut inofficioſum dicere atque impugnare permiſſum ſit: & ait, nos & parentum & liberorum teſtamenta, quibus exheredati ſumus, item germanorum & conſanguineorum fratrum & ſororum, quibus perſonæ turpes, relictis nobis inſtitutæ ſunt, inofficioſi arguere poſſe. L. 1. *& aliquot ſeqq. ff. h. t.* L. *fratres.* 27. C. *eod.* Ratio cur Liberis querela inofficioſi teſtamenti competat, eſt facilis: quia naturalis ratio tanquam lex quædam tacita liberis parentum hereditatem addicit, velut ad debitam ſucceſſionem eos vocando. L. *cum ratio.* 7. *ff. de bon. damnat.* L. *ſcripta.* 7. *§. ult. ff. ſi tab. teſtam. null. ex tab.* Unde Ariſtoteles *Lib.* 8. *Ethicor.* præclarè ſcribit: vix quenquam reperiri,

*Quinam eâ uti poſſint.*

*Cur liberi?*

riri, qui filium, niſi inſigni quadam improbitate præditum, exheredet. Nam præter amorem, à natura inſitum, humanitatis ratio poſtulat, ne illum nudum & omni præſidio deſertum relinquamus. Naturam igitur humanitatemque qui violat, ſuis liberis ſimul atque ſibi quodammodo injurius, non ſatis integræ mentis fuiſſe meritò videtur. Ratio autem, cur parentibus quoque contra teſtamenta liberorum, iſthæc querela detur, illa eſt: quia tametſi parentibus non debetur filiorum hereditas, propter votum parentum & naturalem erga filios charitatem: turbato tamen ordine mortalitatis, non minus parentibus quàm liberis piè relinqui debet. L. *nam etſi*. 15. *ff. h. t.* Parentes quippe ad bona liberorum ratio miſerationis admittit: liberos naturæ ſimul & parentum commune votum, ut ait Papinianus *in d. L. ſcripto*. 7. *in fin. ff. ſi tab. teſtam. null. extab.* Ratio porrò cur querela inofficioſi teſtamenti detur fratribus & ſororibus germanis vel conſanguineis, non etiam uterinis, adverſus teſtamentum fratrum & ſororum, ſi heredes ſcripti infamiæ vel turpitudinis, vel levis notæ vitæve macula adſpergantur. *d. L. fratris*. 27. *C. h. t.* hæc

***Cur parentes?***

***Cur fratribus?***

trodi

reddi poterit: quia licèt frater fratri vel ſoror ſorori non tantum debeat, quantum parentes liberis, vel liberi parentibus: eo tamen ipſo officium pietatis violatur, quod frater vel ſoror turpes & infames perſonas fratribus & ſororibus, & quidem immerentibus, præfert. Quin & parum ſanæ mentis ille videtur, qui hujusmodi perſonas turpes fratribus aut ſororibus anteponit. Proinde & hujus teſtamentum, quaſi à furioſo factum, reſcinditur. Cæterum præter dictos germanos & conſanguineos fratres & ſorores, nemo eorum qui ex transverſa linea veniunt, ad inofficioſi querelam admittitur, *hoc §. noſtro in fin. L. fratris. 21. C. eod.* Cùm enim hæc querela teſtatorem, qu ſi officii pietatis oblitum, & tanquam furioſum accuſet: dura quodammodo & odioſa putatur: ac propterea certis finibus includenda: ne contra quosvis temerè inſtituatur. *arg* L. 1. *in fin. ff h. t. cap. odia.* 15. *de reg. jur. in* 6. L. *ſi præſes.* 32. & L. *interpretatione.* 42. *ff. de pœn.* §. *Tam autem naturales.* 2.

Hoc loco continetur ampliatio ad præcedentem § limitationem annexam habens. Neq; enim ſolum naturales & legitimi liberi, ex juſtis ſcilicet nuptiis concepti, ſed etiam legitimi tantùm ſeu adoptivi (non item arrogati,

qui & Divi Pii conſtitutione quartam conſequuntur. L. *Papinianus.* 8. §. *ſi quis impubes.* 15. *ff. h. t.* & poſthumi, de inofficioſo patris teſtamento agere poſſunt, *hoc* § *L. poſthumus.* 6. *ff. eod.* L. *penult. C. de adopt.* Cæterum ſpurii & naturales tantum contra teſtamentum patris querelæ beneficio carent; contra matris verò non carent. *L. ſi ſuſpecta* 29. §. 1. *ff. h. t.* Ratio diverſitatis ea eſt: quia cum ſpurius demonſtrare patrem nequeat. *L. vulgò concepti.* 23. *ff de ſtat. hom.* noluit lex eum contra patris voluntatem ſuccedere: ac proinde ad querelam inofficioſi eundem non admiſit. Sed cùm mater ſemper certa ſit; aliter lex in ea diſpoſuit. *L. quia ſemper.* 5. *ff. de in jus voc.* Porrò eatenus filii aditum ad querelam habent, quatenus aliàs nullo alio jure ad defuncti bona venire poſſunt. Nam ſi alio juris remedio (puta vel Civili, teſtamentum nullum dicendo; vel prætorio, per bonorum poſſeſſionem contra tabulas) juventur: querelæ locus non erit, propter tritam juris regulam, quâ dicitur: ei qui communi auxilio & ordinario jure uti poteſt, non debere tribui ſubſidiarium & extraordinarium auxilium, præſertim ſi ſit odioſum, *L. in cauſa.* 16. *ff. de minor.*

*Cur ſpuriis contra matris, non patris teſtamentum.*

*Quando locum non habeat? Dato I. alio remedio.*

*nor. 25. ann.* ſicuti eſt querela, utpote voluntati defuncti, quæ pro lege obſervanda eſt, contraria. *Nov. 22. c. 2.*

§. *Sed hæc ita. 3.*

In hoc §. ait Imperator Juſtin. quod is, cui quippiam teſtamento relinquitur, inofficioſi querelam non habeat: ſed quod legitimæ deerit, ſupplendum veniat. L. *omnimodò 30. C. h. t.* olim quidem legitima erat pars quarta portionis ab inteſtato debitæ L. *Papinianus. 8. § quoniam. 8. ff. h. t.* hodie verò ita ea eſt adaucta; ut ſi quatuor ſint liberi aut pauciores, triens: ſin plures, ſemis eis relinquatur. *Nov. 18. c. 1. auth. noviſſima. C. eod. & explicatiùs paulò indicabitur infra §. ult. h. t.*

*Relictâ 2. Legitimâ.*

§. *Si tutor. 4. cum §. ſeq.*

Duo in hiſce §§. exponuntur caſus, eandem ferè dubitandi decidendiq; rationem habentes. Prior talis eſt. Pater filium ſuum, tutorem pupilli cujuſdam exheredarat; & ei pupillo centum legarat. Mortuo patre, tutor pupilli nomine legatum exigit: quo ſoluto, poſtea inofficioſi actionem proprio nomine inſtituit: propterea quod ipſe nihil ex paterna hereditate acceperit. Quæritur: an ei querela inofficioſi concedenda ſit? Ratio dubitandi non ob-

*An qui ſemel teſtamentum approbavit, poſtea impugnare poſſit.*

Digitized by Google

obſcura eſt: quòd qui ſemel teſtamentum quocunq; modo approbavit, idem deinde impugnare non poſſit. L. *Papinianus*. 8. §. *ſi conditioni*. 8 L. *ſi pars*. 10. §. 1. *cum duab. ſeqq*. L. *ſi ponas*. 23. §. 1. L. *pen*. §. *penult*. & *ult*. & L. *ult*. *ff*. *h. t*. L. *parentibus*. 8. §. 1. C. *eod*. L. *poſt legatum*. 5. *in pr*. *ff*. *de his quæ ut indign. auf*. Atqui in noſtro caſu tutor per acceptionem legati, pupillo ſuo relicti, paternum teſtamentum approbaſſe intelligitur, atque ideò à querela ſubmovendus videtur. L. *nihil intereſt*. 12. *in pr*. & *d*. L *ſi ponas*. 23. §. 1. *cum ſimilibus*. *ff*. *h t*. Sed contrarium deciſum eſt *his* & L *adverſus*. 30 §. 1. *ff*. *eod*. nimirum tutorem nihilominus ſuo nomine de inofficioſo agere poſſe. Decidendi ratio in promptu eſt: quia tutor pupilli nomine legatum petit & acceptat, non ſponte ſed officii neceſſitate adductus: ac proinde teſtamentum paternum confirmaſſe non cenſetur: officiique neceſſitas ipſum excuſat. *arg*. L. *tutorem*. 22. *ibi*, *quia officii neceſſitas & tutoris fides excuſata eſſe debet*. *ff*. *de his quæ ut indign. aufer*.

*An qui ſemel impugnavit, poſtea eo quid petere poſſit.*

Poſterior caſus ita ſe habet: Titius filium exheredarat & Flacco centum legarat. Titio mortuo, Flaccus pupillo tutor datus teſtamentum impugnat, idq;

idq; inofficioſum dicit & ſuccumbit. Poſtea idem Flaccus legatum ſibi relictum à ſcripto herede petit. Videbatur utique repellendus, quòd ſemel teſtamentum tanquam inofficioſum, per querelam impugnâtit, ſicque improbarit. Verùm quid id tutorio, adeoque neceſſario nomine fecit, nihil eſt quod ei fraudi eſſe debeat. *d. L. adverſus.* 30, *in fin. ff. h. t.* Eſt quippe eadem deciſionis cauſa, quæ paulò ante allata eſt. *ex d. l. tutorem.* 22. *ff. de his quæ ut indign. infer.* Quò pertinet quòd & aliâs dici ſolet: nemini officium ſuum damnoſum eſſe oportere. *L. ſed ſi quis.* 7. *ff. teſtam. quem. aper.*

*§. Igitur. 6. & ult.*

In hoc §. duo de quarta (quæ & vulgò appellitatur Legitima) explicantur. Prius eſt, eam ad excludendam inofficioſi querelam quovis titulo relinqui poſſe. Sive igitur jure inſtitutionis ſive Legati vel fidei commiſſi ſive donationis cauſa mortis vel inter vivos hac conditione factæ, ut in quartam computetur, ſive jure dotis ſive donationis propter nuptias quartam quis habeat, omninò ab inofficioſi actione excluditur L. *Papinianus.* 8. § *ſi quis mortis.* 6. *ff. h. t. L. quoniam.* 29. 1. *ſi quando* 35 § *& gene-*

***Legitima quo titulo relinquenda.***

*generaliter.* 2. *C. h. t. Nov.* 18. *c.* 1. & *auth. noviſſima. C. eod tit.* Alterum eſt unam tantum totius hereditatis partem, ſive unus, ſive plures liberi ſint, eſſe dandam, eamque æqualiter inter ipſos diſtribuendam. Veluti, ſi unus ſit filius: ſolus tres uncias habebit: ſi duo, ſinguli ſeſcunciam, hoc eſt, unciã cum dimidia accipient: ſi tres, ſingulis uncia cedet: ſi quatuor, ſinguli tres Sicilicos (Sicilicus eſt quarta pars unciæ) habebunt, ut hoc declarat Hotomannus *hîc enunciat.* 2. Cæterùm iſta duo noviſſimâ Juſtiniani Conſtitutione emendata ſunt. Primò enim non amplius pars illa quarta, quæ inofficioſi querelam excludit, quocunque (ut olim) ſed ſolo inſtitutionis honorabili titulo relinqui debet, per textum apertum *in Nov.* 115. *cap.* 3. *in princ.* Deinde pars illa, quæ impedit inofficioſi querelam, non amplius eſt quarta illius portionis; quæ ab inteſtato debetur: ſed ſi quatuor ſunt liberi vel pauciores, triens eſt Legitimæ hereditatis, hoc eſt, tertia pars ejus, quod ab inteſtato accepturi eſſent: ſi verò ſunt plures liberi, quàm quatuor, eſt ſemis; id eſt, dimidia pars ejus, quod ab inteſtato fuerant habituri.

*Una tantùm danda.*

*Hodie titulo Inſtitutionis.*

*Triens ſi quatuor, Semis ſi plures ſint liberi.*

Digitized by Google

*turi. d. Nov. 18. c. 1 & d. authent. Noviſſima, ibiq; gloſſ. & Dd. communiter. C. hoc tit.*

---

# De Heredum Qualitate & Differentia.

## Tit. XIX.

### *Ad princip. Tit.*

HUc uſque dixit Imper. Juſtinianus de illis caſibus, quibus teſtamenta irrita fiunt & ſubvertuntur. Qui ſi nulli fuerint; erit teſtamentum & ab initio rectè perfectum & quod ad extremum etiam durat. Quâ re bene intellectâ juſto nunc ordine de effectu ac fine teſtamentorum quæritur. Ille autem in eo conſiſtit, ut teſtamento hereditas & deferatur & adeatur. Quæ aditio cum pro qualitate ac differentia heredum ſit varia & multiplex: meritò illud ipſum hic primo loco exponitur: & poſtmodum tractatio de adeunda ſive acquirenda hereditate inſtituitur. Sunt igitur

*Heredum ſpecies tres.* igitur in univerſum tres heredum ſpecies ſive genera. Alii namque ſunt neceſſarii tan.ùm: alii neceſſarii & ſui ſimul: alii denique extranei. *De quibus ſingulatim præſenti titulo deſpiciendum.*

§. *Neceſſarius.* I.

*Neceſſarii tantùm, qui.* Heredes neceſſarii tantum, ſunt ſervi, à dominis ſuis heredes inſtituti: non ideò ſic appellati, quòd teſtator eos inſtituere cogatur: cùm vel inteſtatus mori vel alios inſtituere poſſit: ſed quòd ipſo jure omninò velint, nolint, & heredes & liberi fiant. *hoc §. noſtro & §. Servus.* I. *ſupr. de hered. inſtit.* §. 2. *ſupr. quib. ex cauſ. manum. non lic.* L. I. *&* L. *cum quidam.* 5. *in princ. verſ. cùm igitur. C. de neceſſar. ſerv. hered. inſtit.* Unde illi, qui ſolvendo non ſunt, quo certò heredem relinquant, qui Creditoribus ſatisfaciat, aut ſi non ſatisfecerit, ejus nomine bona diſtrahantur, ultimo loco ſervum ſuum inſtituere ſolent, ut quamvis cæteri omnes deficiant, is tamen hereditatem adire neceſſe habeat. Et quanquam hoc durum videtur, tum quòd ſervus abſolutâ neceſſitate, hereditatem ſui domini adire compellitur: tum quod in ipſum ignominia, quæ bonorum diſtractionem comitari conſuevit, quaſi derivatur: æquò tamen animo

mo iſthæc incommoda ſervo ferenda ſunt; pro quibus viciſſim duplex ipſe commodum ſeu beneficium conſequitur. Unum eſt: ut una cum hereditate libertatem, bonum ſanè inæſtimabile, conſequatur. *§. ult. verſ. ſed cùm libertas. ſupr. quib. ex cauſ. manum, non lic.* L. *Libertas.* 106. *ff. de Reg. jur.* Alterum eſt: ut ſi quid, poſt æs alienum defuncti exolutum ſupererit, & quicquid poſt mortem domini acquiſierit; id omne ſibi retineat: quantumvis Creditoribus hereditariis ex bonis defuncti ſatisfactum non fuerit. *hoc §. in fin. &* L. 1. *§. ult. ff. de ſeparat.* *Eorum Commoda.*

*§. Sui autem.* 2.

Secunda heredum ſpecies eſt: quòd quidam dicantur ſui & neceſſarii heredes. Sui autem & neceſſarii heredes definiuntur, qui in poteſtate morientis fuerunt, & quidem proximum ab eo locum obtinuerunt. *§. ſui autem.* 2. *infr. de hered. quæ ab inteſt. defer.* *L.* 1. *§.* 2. *ff. de ſuis & legit. hered.* Duo enim præcipuè ad conſtituendum ſuum heredem requiruntur. Primum, ut ſit in poteſtate. Quare cùm nec emancipatus in emancipantis; nec nepos in avi materni; nec deniq; liberi in matris poteſtate ſint; conſequens eſt, ut ſui heredes non cen- *Sui & neceſſarii, qui.* *Requiſita eorum.*

cenſeantur. §. *cæteri.* 3. *infra h. t.* §. *ult. ſupra de patr. poteſt.* §. *fæminæ.* 10. *ſupr. de adopt.* Alterum, ut proximum à patre familias gradum obtineat. L. *ſcripto.* 7. *circ. princip. ff. ſi tab. teſtam. null. ext.* Proximus autem gradu eſt is, quem nemo præcedit; quamvis etiam nemo ſequatur, puta ſi unus duntaxat vivat. L. *proximus.* 92. & L. *proximi.* 155. *ff. de V. Sign.* Si unum ex illis alicui defuerit: ſuus heres non erit, ſed extraneus. Verbi gratia: Nepos ex filio eſt quidem in poteſtate avi, etiam vivente patre ſuo: veruntamen quia non eſt proximus, (antecedit etenim filius) non eſt ſuus heres; ſed filius eſt, quàm diu vivit. Eo mortuo vel aliis modis patria poteſtate liberato; jam nepos in filii locum ſuccedens, avo ſuus heres eſſe incipit, *d.* §. 2. *verſ. ita demum tamen nepos. infra de hered. quæ ab inteſt. defer.* & *hoc* §. *noſtro.*

*Sui unde dicantur.* Porrò ſuus heres ex eo denominatur, quòd ſit quaſi ipſius ſeu ſibi ipſi heres; perinde ut meus heres dicitur, qui mihi eſt heres: tuus, qui tibi eſt heres. Etſi enim illi, quos ſuos heredes vocamus defuncto patri ſuccedunt, & ejus quoq; heredes dicuntur: rectius tamen ſibi heredes eſſe, ſibique ſuccedere dici videntur. Nam cùm vivis etiam adhuc paren-

parentibus domini bonorum paternorum quodammodo exiſtimentur, hoc §. noſtro. contingit, ut parentibus defunctis, non novam hereditatem percipere, ſed liberiorem bonorum adminiſtrationem conſequi, adeoque non tam patribus quàm ſibi ſuccedere reputentur. L. *in ſuis.* 11. *ff. de lib. & poſth. hered. inſtit.* Cæterùm illi qui ſui ſunt heredes ſimul etiam neceſſarii dicuntur: quoniam jure Civili nolentes volentes heredes eſſe coguntur; ſive ex teſtamento ſive ab inteſtato ipſi hereditas deferatur. Enimverò Prætor illis, non ſolùm impuberibus ſed etiam puberibus, abſtinendi ſe ab hereditate poteſtatem facit: ut quamvis Creditoribus hereditariis jure Civili teneantur: tamen in eos actio non detur, ſi velint derelinquere hereditatem. L. *neceſſariis.* 57. *in princip. ff. de acqu. vel omitt. hered.*

*Unde & Neceſſarii*

§. *Cæteri.* 3.

Tertia heredũ ſpecies eſt; quod quidã ſint extranei; ideo ſic appellati, quod ſint extra poteſtatẽ teſtatoris. Itaq; & liberi emancipati, aut aliter patriâ poteſtate liberati parentibus ſunt heredes extranei: & liberi à matre inſtituti: cùm fœminæ ſuos heredes non habeant. §. *fœminæ.* 10. *ſupr. de adoption.* & deniq; ſervi,

*Extranei quinam.*

qui à propriis dominis heredes inſtituti ſunt, & poſtea ab iiſdem vivis manumiſſi, *hoc § noſtro. L. illud notandum. 4. §. 2. ff. de bonor. poſſeſſ. contr. tab.*

*§. In extraneis. 4.*

Ut extranei heredes acquirere hereditatem poſſint, inprimis requiritur, ut cum ipſis vel eorum dominis ac parentibus ſit teſtamenti factio *L. ſi alienum. 49. §. 1. ff. de hered. inſtit.* Tribus autem temporibus cum illis teſtamenti factio eſſe debet. 1. tempore facti teſtamenti: quia in teſtamento inſtitui non poſſunt, niſi qui capaces ſunt hereditatis. 2. tempore mortis teſtatoris: quia tunc operari incipit & effectum ſortiri teſtamentum. 3. tempore aditæ hereditatis: quia eo tempore heres maximè fungitur ſuo munere, & teſtamentum vel exequitur ac confirmat adeundo, vel repudiando deſtituit: nec ante oportet de conditione cujuſquam quæri, quàm hereditas legatumve ad eum pertineat. *L. non oportet. 52. ff. de Legat. 2.* Porrò in ſuis heredibus priora duntaxat tempora nempe teſtamenti & mortis ſpectantur: aditionis non item: quia nulla aditione opus habent: cùm ſtatim à morte teſtatoris ipſo jure heredes exiſtant, hereditatemque acquirant. *L. in ſuis*

*Teſtamenti factio tribus temporibus cum Extraneis.*

*Duobus cum ſuis.*

*ſuis.* 14. *ff. de ſuis & Legit. hered.* L. *qui in aliena.* 6. §. *interdum.* 5. *ff. de acquir. vel omitt. hered.*

§. *Extraneis autem.* 5.

Extraneis heredibus inſtitutis remedium, quo ipſis conſulatur, inventum eſt duplex, Vetus & novum. Vetus eſt jus deliberandi, hoc eſt, conſultandi, utrum expediat & conſultum ſit hereditatem adire necne: Novum, Inventarii ſive repertorii confectio, de quo infra §. proximo. Quanquam autem jus illud deliberandi propriè ad extraneos ſive voluntarios heredes pertineat: quia tamen ſuis Prætor jus abſtinendi conceſſit. §. 2. *in fin. ſupr. h. t.* conſequens fuit ut etiam jus deliberandi eis daret, quo vires hereditatis paternæ explorent & deliberent, an illi ſe immiſcere velint. L. *ſi quis.* 8. & L. *ſeq. ff. de jur. delib.* Cæterum poſteaquam integreſſa deliberatione ſui ſemel ſe bonis hereditariis immiſcuerunt, vel extranei ſemel hereditatem adiverunt: non amplius ipſis integrum eſt relinquere hereditatem, ſed jam omnibus creditoribus hereditariis ſatisfacere coguntur. *hoc* §. & *l.* 3. *cum* L *ſeq. C. de repud. vel abſtin. hered.* Excipitur primò minor 25. annis, qui damnoſæ hereditatis

*Remediũ juris deliberandi.*

*Hereditas ſemel adita non poteſt relinqui.*



Digitized by Google

tatis acceptione deceptus in integrum reſtituitur. *L. ait prætor.* 7. *§. ſed & ſi hereditatem.* 5. *ff. de minor. L. neceſſarius.* 57. *§.* 1. *ff. de acquir. vel omitt. hered. L. ult.* C. *de repud. vel abſtin. hered.* Deinde excipitur etiam major, qui hereditatem adiit eam, in qua latuit grande æs alienum, quod poſtea demum emerſit. Nam & hic, ob juſtam ignorantiam reſtituendus videtur, ut innuunt *Rittershuſius hic pag.* 284. & *VVeſenbecius n.* 6. *& ſeq.*

*§. Sed noſtra.* 6.

***Beneficium Inventarii.*** Inventarii beneficium ſive remedium (cujus hic Imp. Juſtinianus meminit & quod introduxit per L. ult. C. de jur. delib.) priore deliberationis ſcilicet (de quo in præcedenti §.) multò tutius eſt & melius. Illud enim ſi heres, priuſquàm adierit hereditatem, ſolenniter conficiat; in eoq; omnia omnino bona, quæ reperiuntur in hereditate defuncti, diligenter deſcribi curet: legatariis vel fideicommiſſariis vel aliis creditoribus defuncti ultra vires hereditatis non tenebitur. *d.* L. *ult. §. & ſi præfatam.* 4. C. *d. t.* Id autem quomodo conficiendum ſit, copioſè docetur. *in d.* L. *ult. §. ſin autem dubius.* 2. *cum §. ſeq.* C. *eod.* Quemadmodum verò alias unusquisq;

favo-

favori, pro ſe introducto, renunciare poteſt. *L. penult. C. de pact. L. poteſt heres.* 71. *ff. ad* L. *Falcid.* ita & heres inventarium conficere non cogitur: ſed, ſi hoc malit, ad auxilium deliberationis convolare poterit: ita tamen ut hoc caſu, omiſſo inventario, omnibus in ſolidum debitis hereditariis teneatur, ut ipſe Juſtinianus tradit *hic in fine & d. l. ult. §. ſin autem hoc.* 14. *C. de jur. delib.*

*§. Item extraneus.* 7. *& ult.*

Quandoquidem in §§. præcedentibus Imp. Juſtin. adeundæ hereditatis ſæpe mentionem fecit: non inconvenienter hoc loco ſubjicit, quomodo hereditas adiri & acquiri poſſit. Aditur autem dupliciter: Primò nudâ voluntate, verbis tamen declarata: ut quia heres ſe hereditatem aditurum & ſuſcepturum apertè profiteatur; Secundò geſtione pro herede, id eſt, re & facto aliquo; quando ſcilicet quis in bonis defuncti ſeſe pro herede geſſerit, hoc eſt, actum aliquē exercuerit, qui non niſi ab herede fieri queat, *hoc §. noſtro: &* L. *pro her.* 20. *ff de acquir. vel omitt. her.* Porrò ut is qui ſe pro herede gerit, per hoc cenſeatur adiviſſe hereditatē, maximè neceſſarium eſt; ut ſciat eum, in cujus bonis pro herede gerit, teſtatum vel inteſtatum

*Aditio hereditatis.*



Digitized by Google

deceſſiſſe, & ſe ei heredem eſſe. hoc §. noſtro. verſ. dummodo ſciat &c. L. *qui hereditatem*. 19. *&* L. *heres inſtitutus*. 32. *ff. de acqu. vel omitt. hered.* Neminem enim pro herede gerere poſſe, vivo eo, cujus in bonis gerendum ſit, Labeo ait, referente Pomponio *in* L. *neminem*. 27. *ff. d. t.* Sicut nec pro herede uſucapi quicquam poſſe ex bonis viventis, idem Pomponius reſpondit. *L.* 1. *ff. pro hered.* cùm viventis hereditas in rerum natura non ſit. L. 1. *ff. de hered. vel act. vend.* & improbus exiſtimetur, qui de vivi hereditate eſt ſolicitus. L. 2. §. *interdum*. 2. *ff. de V. & P. ſubſtit.* Quemadmodum autem aditio fit non ſolum re & facto: ſed etiam verbis & alio quovis judicio voluntatis: ita & repudiatio ſeu recuſatio. L. *ſi quis extraneus*. 21. §. 2. *l. recuſari*. 95. *ff. de acquir. vel omitt. hered. & hoc §. noſtro. verſ. ſicut autem &c.* adeò quidem ut ſi ſemel extraneus heres repudiaverit hereditatem, eandem amplius acquirere non poſſit; niſi ob minorem ætatem reſtitueretur. L. *ſicut major*. 4. C. *de repudiand. vel abſtin. hered.* Denique quod Imper. Juſtinianus hic in fine addit de ſurdo & muto, eos quoque pro herede gerere & acquirere hereditatem poſſe: id confirmatur *per* L. *mu-*

*Repudiatio ſeu Recuſatio.*

*Surdi & muti geſtio pro hered.*

*L. mutum.* 5. & *L. pater.* 93. § 1. & 2. *ff. de acquir. vel omitt. hered.* Hujuſque ratio eſt perſpicua: quia aditio hereditatis non exigit hodie ſolennia verba, ſicuti olim Cretio, de qua prolixè Ulpianus *in fragment. Inſtit. tit.* 22 §. *Cretio.* & *ſeq.* & Duaren *Lib.* 2. *Diſput. anniverſ. cap. penult.* ſed tantum nudæ voluntatis requirit indicium, quod etiam mutum & ſurdum de ſe præbere poſſe conſtat.

---

# De Legatis,

## Tit. XX.

### *Ad princip. Tit.*

CUm hactenus de teſtamentis, eorumque parte præcipua, ſine qua nullum teſtamentum conſiſtit, de Inſtitutionibus videlicet & exhæredationibus diſſeruerit Juſtinianus Imper. commodè nunc ad reliquas partes magis ſingulares tractandas progreditur: inter quas potiſſima cenſetur Legatum. Illud enim olim in teſtamento duntaxat relinqui poterat, § *præterea.* 10. *infra.*



Digitized by Google

*fra de fideicommiſſ. hered.* De eo autem ordine hoc in titulo ſequentia exponuntur. 1. quid ſit legatum. 2. quotuplex ſit. 3. quid diſtent legata à fidei commiſſis. 4. quæ res legari poſſint, vel non poſſint. 5. quibus legari poſſit vel non. 6. qua forma legata relinquantur. Poſtremò, quænam legata deficiant & inutilia vel non reputentur.

§. *Legatum*. 1.

Quia de Legatis deinceps agendum eſt: methodicâ planè ratione Imperat. Juſtin. Legati definitionem hanc præmittit. Legatum eſt donatio quædam, à defuncto relicta, ab heredê præſtanda. Generis loco ponitur *donatio*: quoniam ſicut in donatione, tam inter vivos quàm mortis cauſa, liberalitas & munificentia quædam verſatur, atque exercetur, nullo jure cogente: ita & in legato. *L.* 1 *ff. de donation.* L. *rem legatam.* 18. *ff. de adim. vel transfer. legat.* in eoq; differt legatum ab hereditate, quæ non nunquam plurimum oneris & damni in ſe continet. *L. ſi hereditatem* 32. *verſ. nam legatum. ff. mandat.* L. *hereditatis.* 119. *ff. de Verb. ſignif.* L. *ult. C. de heredit. action.* Additur in definitione à *defuncto relicta.* Rectè *à defuncto*, & non, *à teſtatore*: quia

*Legati definitio.*

quia verbum iſtud (*defuncto*) generale eſt, & ad omnem defunctum tam teſtatum quàm inteſtatum pertinet: ſi quidem hodie, poſtquam legata fidei commiſſis per omnia ſunt exæquata. §. 3. *infr. h. t.* L. 2. *C. commun. de* Legat. non minus legatum, quam fidei commiſſum ab inteſtato relinqui poteſt, *arg.* §. *præterea.* 10. *infr. de fidei comm. hered.* Verba porrò illa definitionis poſtrema (*ab herede præſtanda*) tanquam ſpuria à multis expunguntur: tum quia neque libri veteres, neque Theophilus *hic in paraphraſi*, neque Conſtantinus Hermenopolus *Lib.* 15. *Epitom. tit.* 10. ea agnoverint: tum quia ſæpè ab ipſo teſtatore, non ab herede legata præſtari ſoleant. *L. Lucius.* 22. *ff. de* Legat. 2. L. *filia* 11. *C. h. t.* Verùm enim verò cùm juris ratio non repugnet; verba iſta retineri poſſe & debere arbitror. Nam & in definitionibus & in toto jure ſpectandum eſt, quod ut plurimum accidit. L. 3. & 6. *ff. de Legib.* jam autem plerumque Legatum, ejuſque poſſeſſio, ab herede tradenda eſt legatario: tametſi dominium ipſo jure rectâque viâ à defuncto tranſeat in Legatarium, etiamſi rem nondum apprehenderit. L. *Legatum.*

*tum.* 80. *ff. de legat.* 2. L. *à Titio.* 64. *ff. de furt. & ſimilibus.* Etenim lex hanc poteſtatem habet, ut dominium in aliquem, etiam ſine traditione poſſeſſionis, transferre poſſit: cùm aliàs ſine traditione dominium inter homines non transferatur. *§. per traditionem.* 40. *ſupra de rer. diviſ. l. traditionibus.* 20. *C. de pact.*

*§. Sed olim.* 2.

*Diviſio.* Congruo ordine definitioni Legati Imper. Juſtinianus diviſionem ejuſdem ſubjicit; quæ olim quidem quadrimembris erat. Legabatur enim vel per vindicationem, vel per damnationem, vel per ſinendi modum, vel per præceptionem. De quibus quatuor legatorum generibus, eorumque inter ſe differentiis videantur Ulpianus *in fragm. Inſtitut. tit.* 24. Cajus L. 2. *Inſtit. t.* 5. Paulus *Lib.* 3 *ſentent. tit.* 6. Theophilus & interpretes plerique *ad hunc §. noſtrum.* Verùm hodie nulla planè legatorum diviſio eſt. Juſtinianus ſiquidem noſter (poſt Imperatores Græcos, Conſtantinum, Conſtantium & conſtantem L. *in legatis.* 21. C. *hoc tit.*) omnem legatorum diſtinctionem & differentiam ſuſtulit; omnibuſque Legatis unam & eandem naturam attribuit: nec non legata-

gatariis, pro illis conſequendis, tres actiones, videlicet actionem perſonalem, actionem in rem, & hypothecariam comperere voluit. *L. 1. C. commun. de* Legat. *& hoc §. noſtro.* Actio porro perſonalis ideò legatariis ad conſequenda legata ſibi relicta competit: quia propter aditam hereditatem, heredem quaſi ex contractu obligatum habent. L. *ſi quis abſentis. 5. §. 2. ff. de obligat. & act. §. heres quoq; 5. infra de obligat. quæ qu. ex contr. naſcunt.* Actio verò in rem ideo illis datur: quia dominium rei legatæ ſtatim à morte teſtatoris legatariis acquiritur. *L. à Titio. 64. ff. de furt.* Actio deniq; hypothecaria iccirco iiſdem accommodatur: quoniam res hereditariæ ipſis tacitè obligatæ cenſentur. *d. l. 1* C. *commun. de leg.*

*§. Sed non uſq; 3.*

*Differentia inter legata & fideicommiſſa.*

Etſi multæ olim inter legata & fidei commiſſa fuerunt differentiæ, *de quibus latius hic interpretes:* earum tamen unam duntaxat, & quidem præcipuam, Imp. Juſtinianus hoc loco affert: nempe quod in legatis ſtrictum jus ſpectetur, in fidei commiſſis voluntas potius defuncti: ac proinde pinguior & benignior ſit natura fidei commiſſorum, quàm legatorum. L. *penult. ff. de legat. 1.*



Digitized by Google

*L. cum proponebatur.* 64. *ff. de Legat.* 2. *L. fidei commiſſa.* 11 *§. item ſi quis.* 19 *in fine. ff. de Legat.* 3. *L. heredes.* 57. *§.* 1. *ad fin. ff. ad Sc. Trebell. L. cùm virum.* 16. *verſ. ſanè. C. de fidei commiſſ.* Hujuſque ratio hæc aſſignari poterit: quia legata erant civilia; fidei comiſſa autem juris gentium & magis naturalia. Atqui jus Civile eſt ſtrictum: jus naturale eſt benignius & laxius. Cæterum Juſtinianus iſtam & quaſvis differentias alias ſuſtulit, & omnia legata fidei commiſſis omnino exæquavit, *hoc §. & L.* 2. *C. commun. de Legat.*

§. *Non ſolùm.* 4.

*Res leganda.* Ex hoc §. diſcendum: non ſolum res ipſius teſtatoris, vel heredis, ſed & alienas legari poſſe; modò parari poſſint, etiamſi difficilis eorum paratio ſit. *L. cùm ſervus.* 39 *§. conſtat.* 7. *& §§. ſeqq. ff de Legat.* 1. Neque verò propterea res legata invito domino aufertur, & alienatur, contra *tot. tit. C. de reb. alien. non alien.* Nam res aliena ita legatur; ut heres neceſſum habeat illam juſto pretio à domino volente & conſentiente redimere, atq; alteri cui legata eſt, præſtare. Quod ſi dominus eam vendere nolit (ſicut nemo invitus rem ſuam vendere compellitur. *L. invitum.* 11. *L. in vendentis,*

*Aliena.*

*dentis.* 13. *&* *L. dudum.* 14. C. *de contrah. empt.*) vel immodico & iniquo precio vendere velit: tunc legatario iuſta illius rei æſtimatio ab herede præſtanda eſt, *hoc* §. *&* L. *ſi domus.* 71. §. *qui confitetur.* 3. *ff. de* Leg. 1. *L. non dubium.* 14. §. *ult. ff. de Legat.* 3. Quod tamen hic limitatur, ut ne æſtimatio quidem debeatur, ſi res legatæ ex earum numero ſint, quæ in commercio eſſe, ſicq; acquiri aut poſſideri nequeunt. Tum quia iſtarũ rerum legatum nullius momenti & inutile eſt: & ut ait Ulpianus, talia legata teſtamento aſſcribere furioſi eſt. *d. l. cum ſervus* 39. §. *ſi vero Saluſtianos*, 8. *ff. de* Legat. 1. Tum quia illarũ rerum, cum non ſint in commercio, nulla poteſt iniri æſtimatio, *notante Veſenbecio hic num.* 2. Sed & illud pronunciatum, quo dictum eſt, etiam rem alienam legari poſſe, ita hoc loco reſtringitur: ſi modo teſtator ſciverit, rem alienā eſſe: ut tunc teneatur heres, eam redimere & legatario præſtare: Sin autem ignorarit teſtator, rem eſſe alienam, legatũ ut & fidei cōmiſſum inutile erit, *teſte Paulo lib.* 4. *ſent. recept. tit.* 1. §. *ſi alien. &c.* Præſumitur enim quisq; ſuam potius quā alienam rem, quam redimeret & præſtaret heres, legare voluiſſe. *L. unum ex familia.* 67. §. *ſi rem*, 8. *ff de* Legat.

*legat.* 2. *l. cum alienam.* 10. *C. h. t.* Porrò in dubio cùm incertum eſt, utrum ſciverit teſtator ſive defunctus, nec ne, rem eſſe alienam: ratio juris dictat, legatario potius incumbere, ut probet, teſtatorem ſciviſſe, eam alienam eſſe; quàm ut heres cogatur probare, teſtatorem id ignoraſſe: cùm legatarius hoc loco ſit actor: actori autem regulariter onus probandi incumbat. *L.* 2. *L. verius.* 21. L. *ante omnia* 23. *ff. de probat. l. actor.* 23. *C. eod.* L. *qui accuſare.* 4. *C. de edend. & hoc §. noſtro, in fine.*

§. *Sed etſi rem.* 5.

Amplificationem continet iſte §. ad id, quod ſupra §. proximo dictum eſt, rem teſtatoris propriam legari poſſe: quia hoc procedit, etiamſi talis res à teſtatore alteri obligata ſive oppignorata ſit. Nam & eam heres tenetur luere, atque ab hypotheca, ſoluto creditori debito, liberam reddere, & legatario præſtare: adhibita tamen præcedentis §. diſtinctione, ſciveritne teſtator, rem oppignoratam eſſe, an ignorarit, ſed putarit eſſe liberam: ut priore quidem caſu heres eam luere cogatur; poſteriore autem non item. L. *ſi res obligata.* 17. *ff. de Legat.* 1. L. *licet* 15. *ff. de dot. præleg.* L. *prædia.* 6. C. *de fidei commiſſ.* Enimverò

*Oppignorata.*

iſti

iſti diſtinctioni locus non relinquitur, ſi teſtator expreſſè caverit, quòd ipſe legatarius & non heres, rem oppignoratam luere debeat. *hoc §. in fin. & d.* L. *ſi res obligata.* 57. *ff. de* Legat. 1. Cùm enim hoc caſu de voluntate teſtatoris certò conſtet, locus conjecturis eſſe nequit. L. *ille aut ille.* 25. §. 1. & L. *qui ſaltum.* 67. *ff. de leg.* 3. L. *continuus.* 137. §. *cum ita ſtipulatus.* 2. *ad fin. ff. de V. Obl.*

§. *Si res aliena.* 6.

Revertitur hoc loco Imperat. Juſtin. ad rei alienæ legatum, atque oſtendit: quòd is qui rei alienæ ſibi legatæ dominium oneroſâ ex cauſâ nactus eſt, petere legatum actione ex teſtamento poſſit: qui ex cauſa lucrativa, nequaquam. L. *hujuſmodi.* 84. §. *qui ſervum.* 5. *ff. de legat.* 1. Cauſa lucrativa in jure dicitur, quæ merum continet lucrum, & pro qua nihil erogamus: ut ſi rem ex donatione, vel ex legato conſequimur: quia donatarius nihil viciſſim rependit: neque etiam legatarius quicquã præſtat. Cauſa autem non lucrativa ſive oneroſa eſt, pro qua aliquid expendimus, & pro qua aliquid nobis abeſt: ut in emptione, pro merce precium; in locatione, pro uſu merces ſive penſio, in dote, onera matrimonii, quæ maritus ſuſtinet.

*Res aliena acquiſita ex cauſa lucrativa vel oneroſa.*

Digitized by Google

net. L. *unic.* §. *lucrativas.* 2. C. *de imponend. lucrat. deſcript.* L. X. Ratio differentiæ inter titulum ſeu cauſam onero-ſam & lucrativam illa hîc aſſignatur: quia duæ lucrativæ cauſæ in eundem hominem & eandem rem concurrere non poſſunt. L. *omnes.* 17. & L. *expromiſſione.* 19. *ff. de obligat. & action.* L. *ſi ſervus.* 108. §. *Stichum.* 4. *ff. de* Legat. 1. L. *Mævius.* 66. §. 1. *ff. de* Legat. 2. *l. inter ſtipulant.* 83. §. *ſi rem* 6. *ff. de Verb. oblig.* Hinc ſi alicui eadem res duobus in teſtamentis diverſis fuerit relicta, ſiquidem rem ipſam prius ex uno teſtamento fuerit conſecutus, non poteſt ejuſdem rei æſtimationem ex altero conſequi: quia aliàs eandem rem ex duabus cauſis lucrativis acciperet. Quòd ſi verò primò conſecutus ſit æſtimationem ſive pretium rei: rem ipſam ex altero teſtamento petere non prohibetur. *L. plane.* 34. §. 2. & *d.* L. *hujuſmodi.* 84. §. 2. *ff. de legat.* 1. *d. l. Mævius* 66. §. 1. *ff. de* Legat. 2. L. *apud Celſum.* 4. §. *ſi quis autem.* 29. *ff. de dol. mal. & met. except.* & *hoc* §. *noſtro, in fine.* Ejuſque ratio expedita eſt: quia non ſicut in re continetur æſtimatio: ita viciſſim res continetur in æſtimatione: ut proinde qui rem habet, æſtimationem habere videatur: ſed

ſed non contra, qui æſtimationem habet, ſtatim rem ipſam habere intelligatur. Aliud quippe res eſt, aliud precium rei, quando res abeſt. L. 1. *ff. de contrah. empt.* L. *tantum.* 88. *ff. de Verb. ſignif.*

§. *Ea quoq; res.* 7.

Subjicitur hîc ampliatio ad præcedentes §§. Etenim non ſolùm res jam extantes: verùm etiam futuræ utiliter legari poſſunt: quamvis teſtamenti tempore in rerum natura non eſſent: ut fructus, qui in illo fundo naſcentur: item partus ancillarum, ſive fœtus pecorum, qui ſunt in utero. L. *quod in rerum.* 24. *ff. de* Legat. 1. *L. etiam ea* 17. *ff. de* Legat. 3. Sic & res futuræ emi ac vendi, L. nec emptio. 8. in princ. ff. de contrah. empt. nec non in ſtipulationem deduci poſſunt. L. *interdum.* 73. *ff. de V. obligat.* *Res futura.*

§. *Si eadem res.* 8.

In hoc §. oſtenditur; quòd, unâ eâdemq; re duobus, ſive conjunctim ſive disjunctim, legatâ; ſiquidẽ uterq; legatum capere poſſit & velit, res legata æqualiter inter eos ſcindatur ſive dividatur. Sin verò alter deficiat; quia vel nolit, vel non poſſit ſuam partẽ capere: alteri tota res debeatur, eiq; alterius deficientis pars accreſcat. Conjunctim autem *Res duobus Legata.*

Digitized by Google

autem legatum dicitur iis, quibus unâ enunciatione complexis una eademque res legata eſt: disjunctim, quorum ſinguli ſingulis enunciationibus ad eandem rem vocantur, ut liquet ex exemplis hic in textu poſitis. Ratio porro cur res legata æqualiter inter collegatarios dividatur, cùm tamen ſingulis ſolida legata cenſeatur, hæc eſt: quia cum tota res utrique ſit legata; quæ tamen utrique ſolida dari nequit, hæc voluntas teſtatoris eſſe videtur, ut æqualiter inter eos diſtribuatur. Hæcque conjectura voluntatis teſtatoris, ita demum admittitur, ſi non liquidiſſime ex verbis conſtet, eum voluiſſe rem priori auferre, & poſteriori tantum adjicere. Hoc enim caſu poſteriori ſoli res debetur. L. *ſi pluribus.* 33. *ff. de Legat.* 1. *&* L. *ſi res.* 20. *ff. de Legat.* 3. Cæterum ratio, cur uno deficiente alteri res ſolida ſive tota debeatur, eſt perſpicua: quia teſtator utrique rem in ſolidum legavit. *L. unic. §. ubi autem.* 11. *verſ. ſin verò. C. de cadüc. toll.*

*§. Si cui fundus.* 9.

Quia ſupra in §. ſi res aliena. 6. dictum eſt; rei alienæ legatum extingui, ſi ex cauſa lucrativa pervenerit ad lega-

legatarium: non verò extingui ſi ex cauſa oneroſa. Idcirco hoc in loco Juſtinianus agit de re aliena, quæ partim ex cauſa lucrativa, nimirum quoad uſũ fructum, & partim ex oneroſa, nempe quoad proprietatem, ad legatariũ pervenit. Finge te dominum eſſe fundi Semproniani, atque eum mihi legari à Cajo: deinde proprietatem iſtius fundi me à te emere: poſtea vel morte tua vel capitis deminutione acquirere me quoque uſum fructum. Si moriatur Cajus teſtator, qui fundum mihi alienum legavit: pluſquam manifeſtum eſt, fundi proprietatem me à Caji herede, actione ex teſtamento petere poſſe: quoniam illam ex cauſa oneroſa habeo. At de Uſufructu, qui mihi obvenit ex cauſa lucrativa (ſiquidem morte vel capitis deminutione tua mihi accrevit) dubitatur. Et hic ex mente Juliani reſpondetur: utrumque me, ſicq; totum fundum recte petere, perinde quaſi uſusfructus in propoſito caſu ſervitutis locum obtineat, adeoq; pars fundi non ſit, ſed jus quoddam ſeparatum, atque diverſum à fundo: interim tamen ad officium judicis ſpectare, ut is jubeat heredem, æſtimationem nudæ proprietatis, deducto uſufructu, mihi legatario

*Acquiſita partim ex lucrativa partim ex oneroſa cauſa.*

rio

tio præſtare: ne ſcilicet duæ cauſæ lucrativæ circa eandem rem atque perſonam uno eodemq; tempore concurrant; quod legibus prohibitum eſt. *d. §. ſi res aliena. 6. ſupr. h. t.* L. *omnes.* 17. & L. *ex promiſſione.* 19. *ff. de obligat. & act.* L. *Mævius.* 66. §. 1. *ff. de Legat.* 2. *cum concordantibus.*

*§. Sed ſi rem Legatarii.* 10.

*Res propria Legatarii.* Ait Imper. Juſtin. quod res Legatarii propria, ei legari utiliter, adeò non poſſit: ut ne æſtimatio quidem ejus debeatur. L. *proprias.* 13. *C. h. t.* Sic neq; emptio rei ſuæ, neq; ſtipulatio ſubſiſtit. L. *ſuæ rei.* 16. *ff. de contr. empt.* L. *nemo.* 82. & 87. *ff. de Verb. oblig.* Horumque omnium ratio manifeſta eſt: quia quod cujuſq; proprium eſt, amplius ejus fieri nequit, *ut hic dicitur,* & §. *ſic itaq; diſcretis.* 14. *infr. de action.* L. & *an eadem.* 14. §. *pen. ff. de except. rei judic.* L. *non ut ex pluribus.* 159 *ff. de reg. jur.* Cùm autem legatũ iſtud ab initio ſit inutile: vires non recipiet, nec tum convaleſcet, quando res legatarii eſſe deſiit, juxta vulgatam juris regulam, quâ traditur: quod initiò vitioſum eſt, non poſſe ex poſt facto convaleſcere, per princip. tit. ſupra de exheredat. lib. L. *cætera.* 41. § 2. *ff. de Legat.* 1. L. *quod initiò.* 29. *L. omnia*

quæ

*qua.* 201. *& L. qua ab initio.* 210. *ff. de reg. jur.*

§. *Si quis rem ſuam.* 11.

Expoſitum eſt *ſupra in* §. *non ſolum.* 4. *h. t.* ſi teſtator leget rem alienam, quam putabat eſſe ſuam, legatum eſſe inutile. Huic caſus contrarius in præſenti §. proponitur. Nam ſi teſtator legaverit rem ſuam, quam vel alienam vel ipſius legatarii eſſe putavit, legatum valet, & utile eſt: nec error aut opinio teſtatoris falſa impediet, quo minus legatum ſubſiſtat. Tum quod plus valere debeat, quod in veritate eſt, quam quod in opinione. *hoc* §. *noſtro.* L. 2. §. *ſi à pupillo.* 15. *ff. pro empt.* L. *ſi pater.* 4. §. 1. *verſ. plus enim. ff. de manum. vind. & ſimilibus.* Tum etiam quod manifeſtum ſit; eum qui rem legare voluit, quam alienam putavit, multò magis legaturum fuiſſe, ſi ſciviſſet, ſuam eſſe; cùm faciliùs rem ſuam transferre & heredem ſublatâ neceſſitate redimendi minus onerare potuerit. *arg.* L. *unum.* 67. §. *ſi rem.* 8. *ff. de Legat.* 2.

*Res ſua pro aliena habita.*

§ *Si rem ſuam.* 12.

Iſte §. ad tit. proximè ſeq. qui eſt de ademptione legatorum, pertinere videtur. Quæritur enim hic an alienatio rei legatæ à teſtatore poſtea facta, ſit

*Legata pòſt alienata.*

ſit dicenda ademptio, nec ne? Ideo autem hic ponitur §. ille: quia & ipſe quodammodo ad rei alienæ legatum referri poterit. Etenim in quæſtionem vocatur: utrum ſi teſtator rem ſuam alicui legaverit, & poſtea eam alienaverit, hoc ipſo legatum intelligatur revocatum, & cui relictum erat, ademptum? Et reſpondetur per diſtinctionem: ut ſi teſtator habuerit animũ adimendi legatum, eaque mente alienaverit rem legatam, quod eam hoc ipſo adimere velit legatario, ademptum cenſeatur legatum. Sin verò non adimendi animo vendiderit vel alienaverit, nihilominus legatum valeat & debeatur. Cæterum num adimendi animo alienaverit, teſtator legatum, an verò non, ex eo colligitur: ſi neceſſitate rei familiaris compulſus vendiderit. Nam tunc animum & voluntatem adimendi legatum non habuit. Sin autem ultrò & ſuâ ſponte, nullâ neceſſitate adductus, alienaverit; animum adimendi habuiſſe intelligitur. L. *cum ſervus.* 15. L. *rem legatam.* 18. *ff. de adim. vel transfer. legat.* L. *fideicommiſſa.* 11. §. *ſi rem ſuam.* 12. *ff. de legat.* 3. Quod ſi ex toto fundo legato teſtator partem alienaſſet: reli-

reliquam duntaxat partem deberi placet: quia etiamſi adjeciſſet aliquid ei fundo, augmentum legatario cederet. auctore Pomponio. L. *ſi ex toto.* 8. *in princ. ff. de Legat.* 1. Porro cùm alienatio ex neceſſitate facta à teſtatore, non extinguat Legatum multò minus ejus oppignoratio illud extinguet: tum quod res oppignorata in dominio teſtatoris maneat. §. *contra* 1. *ſupr. quib. al. lic. vel non. L. fœnerator.* 6. *ff. de naut. fœn.* L. *reſcriptum.* 12. *in princ ff. de diſtract. pignor. cum ſimilibus.* Tum quod oppignoratio ferè ſemper ob neceſſitatem rei familiaris fiat: quam ut aliquis ſublevet mutuum accipiens. pignus dare ſolet. *ut dicetur ad* §. *ult. infr. quib. mod. re contr. obligat.* Heres igitur rem oppignoratam luere, legatarioque præſtare debet, *hoc* §. *& L qui poſt teſtam.* 3. *C. h. t.*

§. *Si quis debitori* 13.

Inquit Imp. Juſtin. poſſe teſtatorem ſuo debitori utiliter id legare, quod debet. *L* 1. *ff. de liberat. legat.* Nam licèt debitor adhuc ſit dominus rei debitæ, *d. l.* 1. *in princip.* adeoq; ipſi res propria legari videatur, cum debitum legatur, *contra* § *ſed ſi rem.* 10 *ſupr. h. t.* attamen idcircò legatum valet & ſubſiſtit, quod non *Debitum legatum.*

non tam res, quàm jus ſeu obligatio, quæ non debitoris ſed creditoris eſt, legari intelligatur. Proindeque debitor non poteſt amplius vel ab herede teſtatoris, vel ab alio, nomine illius debiti, conveniri: ſed ſi conveniatur, exceptione uti poterit. Quin imò heres teſtatoris à Legatario poteſt conveniri, ut ipſum liberet, *hoc §.* & L. 3 *§. nunc de effectu.* 3. *ff. de liber. legat.* Præterea non ſolùm in perpetuum, ſed etiam ad tempus debitum remitti & liberatio legari poteſt: ſic ut intra certum tempus, puta intra decennium, à debitore non petatur debitum, *hoc § noſtro, in fine.* L. *non ſolùm noſtrum.* 8. § 1. *ff. de liberat. legat.*

§ *Ex contrario.* 14.

**Creditum legatum.**

Dictum eſt de debito ſeu nomine, quod creditor ſuo debitori legat: hic agitur de eo, quod vice verſa debitor legat ſuo creditori. Hocque legatum ait Imper. Juſtin. catenus utile eſſe, quatenus plus continet, quàm in principali debito erat. Plus autem continet & plenius eſt legatum, quam debitũ, ſi id quod in diẽ vel ſub conditione debetur, purè legetur. Verbi cauſâ: ſi fundum quem Sempronius Titio debet ſub hac conditione. ſi cæſar hoſtes ſuos intra annum vicerit, abſq; omni die & condi-

tione

tione eidem Titio leget. Plus namq; eſt in hoc legato, quàm in debito, propter præſentem ſolutionem iſtius debiti: quod alias conditione demum vel die exiſtente, Titius creditor fuiſſet conſecuturus. Sicut enim minus ſolvit qui tardius ſolvit: ita qui ſtatim & ſine dilatione ſolvit, plus ſolvere intelligitur. §. *ſi quis agens*, 33. *verſ. tempore. &c. infr. de action.* Quid verò, inquies, ſi dies venerit, vel conditio extiterit vivo adhuc teſtatore; irritum ne fiet legatum: quia ſcilicet in eum caſum inciderit, à quo incipere non poterat? Et reſpondetur; non fieri irritum, nec prorſus inutile & ſine effectu eſſe. *hoc* §. *noſtro* & L. *verbis*. 5. *ff. ad* L. *Falcid.* Ejusq; ratio in promptu eſt: quia ex legato illo legatarius rei debitæ legatæ dominus efficitur. L. *legatum*, 80. *ff. de Legat*. 2. L. *à Titio* 64. *ff de furt*. atq; ita ex legato plus juris in re conſequitur, quàm antea habuit: & præterea plures ac pinguiores actiones, puta rei vindicationē & actionem hypothecariā habet, quibus legatum perſequi poteſt. §. 2. *ſupr. h. t.* L. 1. C. *commun. de Leg.* §. *Sed ſi uxori*, 15.

Dos à marito idcirco uxori rectè poteſt legari. Plenius eſt legatum dotis quá de dote actio: propterea quod legatum *Dos.*

tum ſtatim à morte teſtatoris debetur: at dos actione de dote non ſtatim ſed intra annum in rebus mobilibus repeti poteſt, *L. 1. §. 2. ff. de dot. præleg.* L. *unic. §. cum autem. 7. verſ. exactio. C. de rei uxor. act.* Deinde commodum hujus legati quoque eſt in eo, quod actio dotis non plus exigit, quàm quantum reus facere poſſit. *L. maritus. 12. ff. de dot. præleg. §. item ſi de dote. 37. infra de action.* Hoc autem legatum ſola lege Falcidia minuitur. *arg. L. 2. ff. de dot. praleg. & notat Hotomann. hic enunciat.*

1. Et hoc quidem obtinet in dote, quæ marito numerata eſt. Illam verò, quam non accepit, non ita ſimpliciter ac indefinitè legare poteſt: *Dotem quam ab uxore accepi, ipſi do lego.* Cum enim hîc nulla plane dos ſit: non poteſt eſſe ullum dotis legatum. Quod ſi tamen certam aliquam quantitatem, aut certum corpus, tanquam ſibi in dotem datum, etiamſi datum non eſſet, uxori legaverit; valet legatum: quoniam hîc conſtat, quantum legatum fuerit: & nec alias falſa demonſtratio legatum perimit, *§. huic proxima. 30. infra h. t.* Sic ſi maritus uxori ſuæ quadraginta leget, quæ heres ipſi reddat dotis nomine, quanquam ſciat, dotem jam ante reddi-

redditam eſſe: tamen quadraginta debentur. L. *cùm quidam*. 21. *ff. de Leg*. 2. *§. Si res legata*. 16.

Tractatur hoc loco de interitu rei legatæ, ad quem ille pertineat: num ad legatarium, an verò ad heredem? & diſtinguitur, ut ſi quidem ſine facto & culpa heredis perierit, damnum ſit legatarii. Nam ipſe legatarius, ſtatim à morte teſtatoris, effectus eſt rei legatæ dominus. L. *legatum*. 80. *ff. de legat*. 2. L. *à Titio*. 64. *ff de furt*. Atqui ad dominum pertinet rei interitus, qui ſine alterius culpa & facto contingit. *L. ſi nulla*. 8. *&* L. *pignus*. 9. *C. de pignorat. act*. Quod ſi verò caſu res legata interierit, cui cauſam dederit culpa aut factum heredis: iniquum utique eſſet, hoc damnum ad legatarium ſpectare, ipſique factum & culpam alienam nocere. *arg. l. quod te mihi*. 5. *ff. de reb. Credit*. L. *illud*. 17. *ff. de peric. & commod. rei vend*. L. *factum*. 155. *&* L. *in condemnatione*. 173. §. 2. *ff. de Reg. jur*. Pertinebit igitur damnum interitus ad heredem: ſed hoc ita niſi eodem modo res apud legatarium peritura fuiſſet. L. *ſi plures*. 14. *§. fin. ff. depoſ*. L. *cùm res*. 47. §. *ult. ff. de Legat*. 1. Proinde juxta prædictam diſtinctionem, ſi ſervus alienus legatus ſine facto & culpa

*Rei legatæ interitus ad quem ſpectet?*

culpa heredis à ſuo domino fuerit manumiſſus: heres non tenetur, ſed legatum extinguitur. Sin autem heredis ſervus legatus ſit, & ab herede ſive ſciente, ſive ignorante, eum eſſe legatum, manumiſſus ſit: legatum ſervi non extinguitur, ſed heres eo nomine obligatus legatario ad æſtimationem ſervi illius manet, *hoc* §. L. *ſi heres.* 35. & L. *ſi quis inquilinus.* 112. §. 1. *ff. de Legat.* 1.

§ *Si quis ancillas.* 17.

*Ancilla cum liberis legata.*

Si ancilla cum liberis legata ſit: & ancilla ſola ſi non ſint liberi: & liberi ſoli, ſi non ſit ancilla, debentur, *hoc* §. & L. *ſi ancilla*, 62. *cum l. ſeq. ff. de Legat.* 1. Hujuſque ratio illa eſt: quoniam qui natos cum ancilla legat: principaliter eos & non tanquam acceſſionem legaſſe judicatur, ut duo hic legata ſeparata cenſeantur. *L.* 3. *ff. de pecul. legat.* Eadem ratione ſi ſervi ordinarii, qui alios ſervos in ſuo peculio habent, fuerint cum Vicariis, qui in illorum peculio ſunt, legati: etiamſi ordinarii perierint, nihilominus tamen adhuc vicarii legato cedunt: quia nimirum duo ſeparata ſunt legata, & vicarii æque principaliter ut ordinarii, legati. L. *ſed etſi.* 4. *ff. d. t.* & *hoc* §. *noſtro.* Aliud verò dicendum

*Servi ordinarii cum Vicariis.*

dum eſt; ſi ſervus cum peculio relictus fuerit. Servo namque alienato vel manumiſſo, vel mortuo; legatum etiam peculii extinguitur. L. 1. *ff. de pecul. legat.* Quæ enim acceſſionum locum obtinent, extinguuntur, cum principales res peremptæ fuerint. L. 2. *ff. eod.* L. *cùm principalis* 178. *ff. de Reg. jur.* Idem q; eſt cùm fundus legatur cum inſtrumentis. Nam & fundo ſublato; inſtrumenta, quæ acceſſio ſunt ipſius fundi, non amplius debentur. *hoc §. noſtro, in fin. &* L. 1. §. 1. *ff. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* *Servi cum peculio.* *Fundi cum inſtrumentis.*

§. *Si grex* Legatus. 18.

Grege ovium legato, ſi omnes gregis oves uſque ad unam perierint, quæritur: an illa unica ovis, quæ ex toto grege ſupereſt, debeatur? & videbatur, illam non deberi: cùm grex legatus fuerit, qui in una ove conſiſtere nequit, *arg.* L. *ultim. princ. ff. de abig. L. 1. §. ult.* L. 2. *&* 3. *ff. de Rei vindic.* Hic tamen deciditur: legatarium ovem, quæ reliqua eſt, vendicare ſive actione in rem ab herede petere poſſe: cùm toto grege legato, ſingulæ etiam oves intelligantur legatæ. *L. ſi grege* 22. *ff. de legat.* 1. Porrò grege legato, & capita, quæ poſtea accedunt, ad le- *Grex ovium.*

 gata-

garium pertinent: quandoquidem teſtator non illum gregem, quantus tum erat: ſed quantus eſſet, cùm dies legati cedet, legaſſe cenſetur. L. *grege.* 21. & *leg. ſeq. ff. eod. tit.*

§. *Ædibus.* 19.

*Ædes.* Quod de grege in præcedenti §. proditum eſt, idem quoq; de ædibus legatis dicendum videtur: ut videlicet illarum incrementa, columnæ & marmora, item tegulæ, tigna, feneſtræ, oſtia, & cætera, quæ poſt teſtamentum factum ædibus legatis addita ſunt, legato cedant. L. *cæteræ.* 41. §. *penult. ff. de Legat.* 1. & *hoc* §. *noſtro*, uſq; adeo ut ſi areæ legatæ domus ſit impoſita, utrumque & ſolum ſive area & ædificium debeatur. L. *ſervum.* 44. §. *ſi areæ* 4. *ff. de legat.* 1. L. *ſi areæ.* 39 *ff. de legat.* 2.

§. *Si peculium.* 20.

*Peculiū.* Peculio legato diſtinctione res declaranda eſt. Aut enim vivo domino, qui peculium ſervi ſui legavit, aliquid peculio accedit; aut poſt domini teſtatoris mortem, jacente adhuc hereditate. Si vivo teſtatore quippiam peculio accedat, vel decedat; id indiſtinctè, & (ut Imper. Juſtinianus hic loquitur) ſine dubio ad legatarium pertinet, quicunque ille ſit, ſive ſervus ipſe manumiſſus,

ſive

ſive extraneus. Si poſt mortem teſtatoris aliquid accedat ad peculium: tunc aut ipſi ſervo manumiſſo peculium eſt legatum; & totum ad ipſum cum augmento ſpectat. Aut legatum eſt extraneo: & hic rurſum diſtinctio adhibenda eſt. Nam vel ex ipſis rebus peculiaribus auctum eſt peculium, puta ex partu ancillarum, fœtuve pecorum, quæ in peculio erant: vel aliunde auctum eſt, puta ex operis ſervorum, aut ex donationibus, ex legatis &c. Priore caſu augmentum cedit ipſi legatario: posteriore ad heredem pertinet: niſi aliud ſenſiſſe teſtatorem appareat, *hoc §. noſtro, verſ. ſed ſi extraneo. &c. & L. deniq. 8. §. ult. ff. de pecul. legat.* Cur autem augmentum peculii, quod ex ipſis rebus peculiaribus provenit, ad legatarium pertineat; quod aliunde, non item; ratio differentiæ hæc redditur: quia æquiſſimum eſt, ut quod ex ipſo peculio proficiſcitur, detur ei, cui legatum eſt peculium, *arg. §. item ea quæ ex animalibus, 19. ſupr. de rer. diviſ. §. 1. & §. de iis autem ſervis. 4. ſupr. per quas perſ. cuiq; acquir.* Præterea obſervandum eſt: peculium tacitè non ſequi ſervum in teſtamento manumiſſum, aut alteri legatum; neque deberi huic, vel illi, niſi

expreſſe legetur. L. *ſi legatus. 24. ff. de pecul. leg.* Diverſum jus obtinet in ſervo, inter vivos manumiſſo. Hunc enim tacitè ſequi peculium, niſi expreſſè ei fuerit ademptum, pateſcit *ex hoc §. verſ. peculium autem &c. & L. unic. C. de pecul. ejus qui libert. meruit*: ubi hujus diverſitatis rationem aſſignat hanc Accurſius: quod majorem liberalitatem videatur velle erga ſervum exercere, qui inter vivos illum manumittit, quã qui in teſtamento: eo quod priori caſu manumiſſor operis ſui liberti fruatur; poſteriori verò, non item. Ad hæc ex hoc §. in verſ. iidem reſcripſerunt &c. diſcendum: peculio ſervo manumiſſo legato, non contineri pecuniæ petitionem, quam is in rem dominicam impenderit. Etenim impudens & iniquus admodum eſſet hic ſervus: ſi cum eo, qui ſecum liberaliſſime egit, ſeque liberum fecit, tam ſordidè agere vellet: ut ea, quæ pro domino impenderit, repeteret. L. *ſi peculium. 6. §. ſicut. 4. ff. de pecul. legat.* Denique *ex fine hujus §.* notandum: quòd peculium intelligatur tacitè ſervo relictum, cùm rationibus redditis liber eſſe juſſus eſt, atque reliqua, quæ videlicet rationibus ſubductis & expenſis computatis debita remanent

ment & ſuperſunt, inferre. L. *deniq;* 8. §. *interdum.* 7. *ff. d. t.* Nam qui partem peculii ſervum inferre voluit: reliquũ ei reliquiſſe creditur. Qui enim aliquid excipit, non poteſt non videri de cæteris rebus aliter ſenſiſſe, inquit Neratius *in L. quæſitum* 12. §. *idem reſpondit.* 43. *v. nam qui hac ff. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* §. *Tam autem Corporales.* 21.

Legari poſſunt res non ſolum corporales, ut fundus Tuſculanus, ſcyphus, libri, veſtes, ſuppellex, alimenta, vinum, oleum, frumentũ, aurum & argentum: ſed etiam Incorporales, ſive quæ in jure conſiſtunt, ut uſus, uſusfructus, habitatio, item ſervitutes prædiorum, reditus, obligatio, nomẽ ſeu debitum &c. *hoc* §. *& L. cætera.* 41. *in pr. ff. de Leg.* 1. ſanè ſi nomen legatum teſtator vivus ipſe exegerit, legatum extinguitur. *L. ſi ſic legatũ.* 75 §. 2. *ff. d. t. & hic in verb. niſi exegerit vivus teſtat. &c.* niſi alia mens teſtatoris appareat. L. *fideicommiſſa* 11. §. *ſi rem ſuam* 12. *&* §. *ſeq. ff. de* Leg. 3. Quin imò non modo res ſed & facta legari poſſunt: ſi videlicet teſtator damnet heredẽ ſuum ad aliquid faciendũ, veluti ad domum legatarii reficiendã, foſſam fodendam, navẽ ædificandam,

*Res incorporales*

*Facta.*



Digitized by Google

vel legatarium ære alieno liberandum. *hoc §. noſtro in fin.* L. *ſi cui* 49. §. *ult. ff. de Legat.* 1. L. *mortuo bove* 49. §. *ult. ff. de Legat.* 2.

§. *Si generaliter.* 22.

Genus. Genere legato, niſi quid aliud teſtator expreſſe caverit, electio legatarii, non verò heredis erit. L. *ſi ſervus.* 108. §. 2. *ff. de Legat.* 1. *& hoc §. noſtro*: ita tamen ut Legatarius nec optimum eligat, nec peſſimum. L. *legato generaliter.* 37. *&* L. *ſi heres.* 110. *ff. de Legat.* 1. L. *ult.* §. 1. *in fin. C. commun. de legat.* Poſtea quam autem ſemel elegit legatarius: amplius variare & mutatâ voluntate aliam rem eligere nequit. L. *apud Aufidium.* 20. *ff. de opt. vel elect. leg.* Sicut neque is cui alternativè, ideſt, ſub diſjunctione quippiam legatum eſt. L. *ſi is cui.* 19. *ff. de Legat.* 2.

§. *Optionis.* 23.

Optio. Legato generis affine & ſimile eſt legatum optionis. L. 2. L. *cùm ita legatur.* 9. §. 1. *ff. de opt. vel elect. leg.* L. *ſi optio.* 3. *ff. qui & à quib. manum. liber. non fiunt.* Eſt autem legatum optionis, quando teſtator jubet legatarium aliquam rem optare vel eligere: ut Sempronius ſervum, libros, veſtimenta &c. quæ volet, eligito, optato, ſumito. Hocque legatum

Digitized by Google

tum olim hanc in ſe tacitam conditionem habebat: ut legatarius tum demum obtineret legatum, ſi ipſe eligeret. Unde accidebat, ut ſi legatarius, antequam optaret, decederet; hujuſmodi legatum, tanquam perſonalem conditionē continens, ad heredes non tranſmitteretur, *per hunc textum noſtrum: ibi, & ideò niſi ipſe* Legatarius. *&c.* Verùm hoc ipſum ſuſtulit Imper. Juſtinianus, & conſtituit; ut optionis legatum ad heredem tranſmittatur, dum tamen legatarius poſt aditam hereditatem mortuus fuerit. L. *un.* §. *in noviſſimo.* 5 *C. de caduc. tollend.* Sed quid dicendum, ſi legatum optionis pluribus ſit relictum, vel plures heredes unius legatarii inter ſe in electione diſſentiant: ut eſt naturalis facilitas hominum ad diſſentiendum. L. *item ſi unus.* 17. §. *principaliter.* 9. *ff. de recept. qui arbitr. &c.* Et reſpondet Imperator: controverſiam iſtam & diſſenſionem hodie ſorte dirimendam eſſe: ita ut ille, quem ſors tetigerit, eligat, remque ſolus habeat, & cæteris æſtimationem pro rata præſtet *hoc* §. *in fine* & L. *ult. in pr. C. commun. de Legat.* quemadmodum & alias in hujuſmodi difficultatibus, quando res aliter expediri nequit, ad ſortem decurritur. L.

*ſed cum ambo.14.ff. de judic.L.ſi qua ſunt.5.ff.fam.erciſc. L. generaliter.24.§.quid ergo.17.ff. de fidei comm. libert.* L. 2.*in pr.* C.*quand. & quib. quart. pars debet: & ſimilibus.*

§. *Legari.* 24.

De rebus hactenus quæ legari poſſint, ſufficienter dictum eſt: nunc ſequitur de perſonis, quibus legata relinqui valeant. De his autem generalis regula traditur: illis ſolum legari poſſe, cum quibus teſtamenti factio eſt, paſſiva ſaltem: ut eos intelligamus, qui ſibi ex teſtamento vel aliis acquirere poſſunt: quamvis ipſi teſtandi jus non habeant. §. *ni extraneus.* 4. *ſupr. de her. qual. & differ.* Unde filiis familias, infantibus, ſervis & aliis legari poteſt, quibus teſtamenti factio activa non competit. Ratio regulæ evidens eſt: quia jura teſtamentorum, & quæ his cohærent, cùm ſint juris Civilis. L. 3. *ff. de teſtament.* non poſſunt eſſe iis communia, qui neutro modo factionem teſtamenti habent L. *ſi ſervo.*101. §. 1. *ff. de Legat.* 1. L. *ſi eo tempore* 4. *ff. de his quæ pro non ſcript. hab.*

*Perſonæ, quibus legari poſſit.*

*Liberi & ſervi.*

§. *Incertis.* 25.

*Incertæ.*

Regulæ in præcedenti §. poſitæ affertur hic declaratio per antitheſin &

exem-

exemplum contrarium, quod ex illa ſequitur. Nam legari incertæ perſonæ (quæ qualis fuerit, ſatis ex textu clareſcit) hac ratione non poterat: quod tempore teſtamenti ignotum ſit, utrum incerta perſona, cui legabatur, teſtamenti factionẽ habeat, an non: & quia alioqui certum eſſe debet conſilium teſtantis. *Ulpian. in fragment. Inſtit. tit.* 22. *§. incerta perſona &c.* Quid verò ſi heres, à quo legatum incertæ perſonæ eſſet relictum, illud ſolviſſet per errorem, cùm cogi non poſſet: habeatne actionem ad repetendũ illud ſive condictionem indebiti? Non habuiſſe, hic in fine rectè reſpondetur. Licet enim jure Civili tale legatum eſſet indebitum: jure tamen naturali debitum erat, propter voluntatem teſtatoris, quæ obligationem naturalem introducit, etiamſi ſolennis aut legitima non fuerit. Indubitati autem juris eſt, condictionem indebiti ceſſare in ſolutis iis, quæ jure naturali debebantur, tametſi jure Civili non deberentur, neque peti poſſent. Indebitum quippe eſt, quod nullo jure neque naturali, neque Civili, debetur. *L. naturaliter.* 13. *L. fidei commiſſum.* 62. *ff. de Condict. indeb.* L. *pen. §. fin. ff. de Iur. & fact. ignor.*

*§. Poſthumo. 26.*

*Poſthumus alienus.*

Poſthumus alienus ſive extraneus incertæ perſonæ comparatur. Sicut igitur olim incertæ perſonæ inutiliter legabatur: ita & legatum poſthumo alieno factum jure Civili inane erat. Sciendum autem: ut heres omnis vel ſuus eſt, vel alienus ſeu extraneus, ut ſupra expoſitum *ad tit. de hered. qual. & diff.* ita & poſthumum vel ſuum eſſe vel alienum. Suus poſthumus dicitur, qui in utero eſt, & qui cum natus fuerit, teſtatori ſuus heres eſt futurus, id eſt, proximus in ejus poteſtate. *Ulpianus in fragment. Inſtit. tit. 22. §. eos qui, &c.* Ergò à contrario poſthumus alienus eſt, qui ubi natus fuerit, teſtatori ſuus heres non erit, hoc §. noſtro. Exemplum poſthumi alieni, hic affertur in nepote, ex filio emancipato concepto. Is enim avo non eſt heres ſuus, ſed alienus. Tum quia non naſcitur in poteſtate avi, ſed patris ſui. §. penult. ſupr. quib. mod. patr. pot. ſolv. Tum quia non eſt avo proximus heres, *arg. L. ſi emancipatus. 6. §. 1. & 2. ff. de bonor. poſſ. contr. tab. §. ſui autem. 2. verſ. ita demum, infr. de hered. quæ ab inteſt. defer.*

§. Sed

*§. Sed nec hujuſmodi.* 27.

Juſtiniani conſtitutione (quæ hodie in libris noſtris juris Civilis non extat: ſed cùm Græca eſſet, veriſimiliter intercidit: ut multæ ignorantia Græcarum literarum à deſcriptoribus Latinis ſunt omiſſæ, *teſte VVeſenbecio hic num. 2. ad finem*) tam in certis perſonis, quàm alienis poſthumis rectè legatur: ſi modo ullâ ratione vel nunc vel ex futuro eventu, certitudo aliqua colligi poſſit, *ut notat Bartol. in L. quidam relegatus. 5. ff. de reb. dub. eumq́ referens Mynſingerus hîc in fine.* Enimverò tutor incertus, ſicut olim dari non potuit. *l. tutor incertus. 20. ff. de teſtam. tut.* ita nec hodie dari poterit: etiamſi aliquo futuro eventu veniret certificandus. Ejuſq; ratio eſt perſpicua: quia certus mox ab initio tutor eſſe debet, ne contingat ſuſpectus, qui incerto judicio daretur, cùm præſertim in fidem & diligentiam ejus inquiri oporteat. *arg. initii. ſupr. tit. de ſatisdat. tut.*

*§. Poſthumus autem.* 28.

Poſthumi alieni inſtitutionem etiam olim utilem fuiſſe ex hoc noſtro *§.* non quidem jure Civili ac XII. tabularũ, ſed jure honorario ſeu Prætorio, nempe ut daretur ipſi bonorum poſſeſſio ſecundũ

tabu-

Digitized by Google

tabulas, initiò tit. infr. de bonor. poſſeſſion. Excipitur poſthumus, qui eſt in utero ejus, quæ non poteſt nobis eſſe juſta uxor. L. *ſi quis poſthumus.* 9. §. 1. *ff. de liber. & poſthum. hered. inſtit. & hoc §. noſtro, in fine.*

§. *Si quidem in Nomine.* 29.

**Error nominis.** In hoc §. agitur de errore nominis, an & quatenus is legatum vitiet: & oſtenditur, errorem in nomine, prænomine, cognomine, vel agnomine, non impedire, quo minus legatum valeat, ſi modo al unde de Legatario conſtet. L. *ſi in nomine* 4. *C. de teſtament.* Hujusque ratio illa aſſignatur: quia nomina ſignificandorum hominum gratia reperta ſunt: qui ſi alio quolibet modo intelligantur, nihil planè refert. *L. ſi ita.* 8. §. 2. *ff. de bonor. poſſ. ſecund. tab. d. l.* 4. *C. de teſtam. L. ad recognoſcendos.* 10. *C. de Ingenuis manumiſſ.* **Perſonæ.** Cæterum ſi in ipſa legatarii perſona erratum ſit: proculdubio legatum non debetur, ut ſi quis legaturus Lucio, leget Mævio, quem Lucium eſſe putavit. Cum enim in legatis, ſicut in hereditatibus maximè dominetur voluntas teſtatoris, ac principem locum obtineat. L *ſi mihi & tibi* 12. *in fin. ff. de Legat.* 1. L. *Labeo* 7. §. *ult. ff. de ſupell. legat.* Error autem talis

in

in perſona commiſſus diſſenſum teſtatoris arguat circa perſonam legatarii. L. *ſi per errorem* 15. *ff. de Iurisdict.* L. 2. *in princip. ff. de judic.* L. *nihil conſenſui.* 116. § *ult. ff. de R. Iur.* conſequens eſt, ut tale legatum nullius ſit momenti. L. *quotiens* 9. *in pr. ff. de hered. inſtituend.*

§. *Huic proxima.* 30.

Cum demonſtratio plerumque vice nominis fungatur. L. *certum*, 6. *ff. de reb. Cred. ſi cert. pet.* L. *nominatim.* 34. *ff. de Condit. & demonſtrat.* rectè Imperator Juſtinianus, poſt quàm de falſo nomine dixit, etiam de falſa demonſtratione ſubjungit, eamque legatum minime perimere docet. Veluti ſi teſtator ita legaverit: *Stichum ſervum meum vernam do, lego*, cùm Stichus non eſſet verna, hoc eſt, in domo teſtatoris natus, ſed ab eo emptus. Aut ſi ita legaverit: *Stichum ſervum, quem à Sejo emi, do, lego*: cùm non à Sejo ſed à Sempronio eſſet emptus His & ſimilibus caſib9 valet legatum, eadem ratione qua ſupra dictum eſt, errore nominis legatū non vitiari: quod videlicet ejuſmodi demonſtrationes ſignificandarum perſonarum & rerum gratia adhibeantur: de quibus ſi aliunde conſtet: quantumvis circa demonſtrationē erra-

*Falſa demonſtratio.*

erratum ſit: nihilominus tamen voluntas teſtantis exitum habere poterit. *L. demonſtratio*. 17. L. *falſa demonſtratio*. 33. *& l. ſeq. ff. de Condit. & demonſtrat.*

§. *Longe magis*. 31.

*Falſa Cauſa.*

De errore, qui circa cauſæ adiectionem contingere ſolet, Imper. Juſtinianus nunc attexit & à majori ratiocinatur: nempè quòd longè minus vitiare legatum debeat falſa cauſa, quàm falſa demonſtratio: quia ſit minus neceſſaria. Nam etiam ſine cauſa, ex mera liberalitate legari poteſt: at non ſine aliqua demonſtratione. L. *tùm tale*. 72. §. *falſam cauſam*. 6. *ff. de* Condit. *& demonſtrat.* Planè ſi cauſa legato adjecta, conditionaliter fuerit à teſtatore enunciata per particulam, *Si*: nam legatum vitiare non dubium eſt, hoc §. noſtro in fine. quia conditionem ea eſt natura, ut ſpecificè & in forma adimpleri debeant. L. *ſi poſt*. 5. §. 2. *ff. quand. dies legat. ced* L. *qui heredi* 44 §. *contra*. 3. *&* §. *ult. &* L. *Mævius*. 55. *ff de Condit. & demonſtr.*

§. *An Servo*. 32.

*An ſervo legari poſſit domino ipſius herede inſtituto.*

Quærit hoc loco Juſtinianus: an domino herede inſtituto, ipſius ſervo legari poſſit? Et reſpondet, adhibitâ diſtinctione inter legatum purum & Conditionale. Purè namque ſervo heredis inuti-

inutiliter legatur: at ſub conditione rectè ac utiliter. *L. legata inutiliter.* 14. *in princip. ff. de adimend. vel transfer. legat.* Ratio cur ſervo heredis pure legari non poſſit, hæc eſt; quia legari heredi à ſemetipſo nequit, hoc eſt, nemo & legatarius & heres eſſe poteſt. *L. & quidem.* 18. L. *Legatum.* 116. §. 1. *ff* *de* Legat. *Ulpian. in fragment. Inſtit. tit.* 24. §. *heredi &c.* At qui ſervo legat, ipſi domino legaſſe intelligitur: quandoquidem ſervus quicquid acquirit, ſtatim domino ſuo acquirit: ac proinde etiam iſtud legatum. L. *non minus.* 31. *ff. de hered. inſtit.* L. *placet.* 79. *ff. de acqu. vel omitt. her.* Et licèt poſtea ſervus, vivo adhuc teſtatore, manumittatur; tamen legatum non confirmabitur: quoniam quæ legata ab initio non conſiſtunt, ex poſtfacto convaleſcere non poſſunt. L. *cætera.* 41. §. 2. *ff. de* Legat. 1. L. 1. *ff. de reg. Caton.* Ratio autem, cur ſervo heredis ſub conditione rectè legetur, illa eſt: quia dies legati ſub conditione, non ante conditionis eventum cedit; id eſt, tum demum legatum ſub conditione deberi incipit, cùm extitit conditio. L. *cedere.* 213. *ff. de V. Signif.* At legatũ purè, ſtatim poſt teſtatoris mortem debetur. *L. unic.* §. *in noviſſimo.* 5. *C. de Cad. toll.*

§. Ex:

*§. Ex diverſo. 33.*

*An domino, ſeevo ipſius herede inſtituto?*

Caſus in præcedenti §. poſitus, hoc loco invertitur. Nam ſi ſervus ſit heres inſtitutus & ipſius domino aliquid legatum fuerit; ſive purè ſive ſub conditione; legatum valet. Hoc enim caſu fieri poteſt, ut Legatum & hereditas in eadem perſona non concurrant; ſive (ut Imperator hic loquitur) hoc caſu hereditas à legato ſeparari poteſt. Idq; duobus fit modis: vel alienatione ſervi, vel manumiſſione ante juſſum adeundi factâ. Etenim ſi alienetur; hereditatem novo domino acquirit: ſin manumittatur; ſibi ipſi acquirit. *§. ſervus autem* 1. *& ſeqq. ſupr. de hered inſtit.* utroq; autem caſu legatum domino debetur. Quod ſi ſervus in ejuſdem domini poteſtate maneat, ejuſq; juſſu hereditatem adeat: legatum inutile fit & evaneſcit. Hic namq; concurrunt in eadem perſona emolumentum legati, & obligatio juris ſive hereditas contra regulam juris. *in* L. *cum* Legato. 17. *verſ. quin etſi confeſtim. ff. quand. dies legat. ced.*

*§. Ante heredis. 34.*

*Legatum ante heredis inſtitutionem relictum.*

Ex hoc §. notandum: quòd olim legatum non valebat, ſi ante heredis inſtitutionem relinqueretur, hoc videlicet modo: Lucio decem do, lego: Pamphilum

lum heredem inſtituo. Hujuſq; ratio erat: quod Inſtitutio heredis eſſet forma ſubſtantialis, ſive caput & fundamentum totius teſtamenti. *L. quod per manus.* 10. *&* L. *ult. ff. de jure Codicill.* L. *penult. verſ. non poteſt ullum teſtamentum. ff. de his quæ in teſtam. del.* Verùm hodie ex Conſtitutione Juſtiniani teſtatori licet etiam ante heredis inſtitutionem & inter medias inſtitutiones, tam legatum relinquere, quàm ſervos manumittere; L. *ambiguitates.* 24. *& l. ſeq. C. de teſtam.* Ratio hujus novi juris hæc redditur: quia magis attendi debet voluntas teſtatoris, quam ordo ſcripturæ: hoc §. noſtro, verſ. ſed quia incivile &c. L *cum pater.* 77. *§. fidei* 12. *ff. de legat.* 2. Sic ſtipulatio quoque præpoſterè concepta, olim inutilis erat: hodiè verò ex ejuſdem Juſtiniani Conſtitutione ſuſtinetur. §. *item ſi quis.* 14. *infr. de Inutil. ſtipul.*

§. *Poſt mortem.* 35.

Legatum poſt mortem heredis vel legatarii relictum, olim non valebat: verbi gratiâ, cùm heres meus mortuus fuerit, do, lego. *Paulus* Lib. 3. *ſent. tit.* 7. *de Leg.* §. *poſt mortem &c.* Tum quod incertũ ſit, quis heredi aut legatario futurus ſit heres. Sicut autem olim incertæ perſonæ legari non poterat: ita nec *Poſt mortem heredis aut legatarii.*

ab

ab incerta perſona Ulpian. *in fragm. Inſtitut. tit. 24. §. poſt mortem, & §. incertæ perſonæ. &c.* tum quod alieno heredi nemo quicquam mandare queat, *teſte VVeſenbecio hic num. 2.* Aſt hoc Juſtinianus emendavit, & conſtituit: iſtiusmodi legatum poſt mortem heredis aut legatarii relictum valere. L. un. C. ut action. ab hered. & contra hered. incip. cùm præſertim fidei commiſſum ita relinqui & olim potuerit. L. *filius familias.* 114. §. *apud Marcellum.* 3. *ff. de Legat.* 1. L. *ſi fuerit.* 5. *in fin ff. de Legat.* 3. fideicommiſſa autem & legata hodie per omnia ſunt exæquata. §. *ſed non usq;.* 3. *ſupra h. t.*

§. *Pœnæ quoq;.* 36. *& ult.*

*Legatum pœnæ causâ.*

Olim legatum pœnæ cauſa, id eſt, coercendi heredis gratiâ, quò magis aliquid faceret vel non faceret, relictū inutile erat, *hoc §. noſtro*, Ulpian. *in fragment. Inſtit. tit. 24. §. pœnæ cauſa &c.* Hujuſque juris veteris ratio præcipua fuiſſe videtur: quòd pœna naturæ legatorum adverſetur: quæ ſicut omnis donatio non ex odio aut pæna; ſed ex amore & benevolentia erga legatarium proficiſcuntur. *L. nec adjecit. 9. ff pro ſocio.* Adeo autem legatum pœnæ cauſa relictum non valebat; ut I. ne ipſe

quidem

quidem Imperator illud, utpote prorſus nullum, agnoſcere vellet, hoc §. noſtro, ibi, nec principem agnoſcere, &c. Eoque pertinent dicta *ſupra ad §. ult. tit. quib. mod. teſtam. infirm.* II. ut ne quidem ex teſtamento militis valeret: cujus tamen ſola voluntas in teſtando dominari & ſpectari ſolet: non verò ſolennia & regulæ juris, *hoc §. noſtro, ibi, nec ex militis &c. & expoſitum ſupra tit. XI. de militar. teſtam.* III. ut ne libertates quidem, quarum tamen magnus eſt alias favor, pœnæ cauſâ relictæ valerent, *hoc §. verſ. quin etiam nec libertates. &c.* L. *libertas, 122. ff. de Reg. jur:* IV. ut nec heres adjici, ſive coheres dari pœnæ cauſa poſſet, *hoc §. verſ. eò amplius &c.* V. ut ne fideicommiſſa quidem, quorum tamen benignior erat natura, hoc pacto dari poſſint, *auctore Ulpiano in fragment. Inſtit. tit. 25. §. pœna cauſa. &c.* Cæterum jure novo legata pœnæ nomine & dari poſſunt & rurſus adimi vel transferri: modo teſtator non ejuſmodi quid heredem facere juſſerit, quod impoſſibile eſſet, aut legibus interdictum, aut probroſum ſive turpe. Tale namque legatum inutile eſt, *hoc §. noſtro in fine.* L. *unic. C. de his, quæ pœn. nomin. in teſtam. relinqu.* quamvis

alia

alia legata ſub impoſſibili conditione relicta, nihilominus debeantur; & conditio illa pro non aſcripta habeatur. §. *Impoſſibilis.* 10. *ſupr. de hered. inſtit.*

# De Ademptione Legatorum & Translatione.

## Tit. XXI.

### *Ad princip. Tit.*

Quibus modis relinquantur & conſtituantur legata, hactenus expoſitum eſt: proximum eſt videre, quomodo extinguantur & intereant; ſive qua ratione eadem adimantur & transferantur. Adimuntur autem legata vel expreſſè vel tacitè. Expreſſe: quando teſtator vel eodem teſtamento, vel Codicillis iiſdem, verbis contrariis, vel etiam quibuscunque aliis, legatum prius datum rurſus adimit, *hoc princ.* L. 2. L. *ſi quis.* 3. §. *cum Titio.* 10 *ff. de adim. vel transf. legat.* L. *datum legatum.* 17. C. *de Legat.* L. 2. §. 1. *ff. de Condict. indeb.* Aſt inter ademptionem Codicil-

*Legatorũ ademptio expreſſa.*

lis

lis teſtamento non confirmatis factam: & factam in teſtamento, ſive Codicillis teſtamento confirmatis, hoc intereſt: quòd per hanc ipſo jure liberetur heres: per illam verò, oppoſitâ exceptione doli, ſi legatarius petat legatum ademptũ. L. *ſi ita.* 14 *ff. de legat.* & *ibi Bartolus num.* 2. Tacitè legata adempta cenſentur; quando non ex verbis, ſed ex aliquo facto voluntas & pœnitentia teſtatoris colligitur. Idque fieri ſolet tum graviſſimis inimicitiis cum legatario ſuſceptis & mutatione formæ rei legatæ: tum alienatione rei legatæ, & debiti legati exactione *d. l. ſi quis ita.* 3. §. *ult.* L. *cum ſervus.* 15. L. *rem legatam.* 18. *ff. de adim. vel transfer. legat.* L. *Seja.* 6. §. 1. *ff. de aur & arg. legat.* L. *ſi ita legatum.* 65. §. *ult ff. de legat.* 1. L. *lana legata.* 88. *in princ.* & §. *nave.* 2. *ff. de legat.* 3. *latè* Donell. L. 8. *Comment. de jur. Civil. cap.* 17. *pag.* 268. Atque ad tacitam hanc ademptionem non nunquam etſa translatio pertinet, *de qua infr.* §. 1. *h. t.* L. *ſicut.* 5. & L. *translatio.* 6. *ff. de adimend. vel transf. legat. ubi quatuor modi, quibus translatio fit, exponuntur.* *Tacitæ.*

S §. Trans-

Digitized by Google

§. *Transferre.* 1.

*Translatio.* Sicut adimi legatum poteſt, ita & ad alium transferri; veluti hoc modo: Quod Titio legavi, id Sejo do, lego. *hoc §. noſtro, & L. ſicut. 5. ff. de adimend. vel transfer. legat.* Translatio autem legati (Paulo auctore) fit quatuor modis. *Ejuſmodi.* Aut enim à perſona in perſonam transfertur: aut ab eo qui dare juſſus eſt, transfertur, ut alius det: aut cùm res pro re datur, ut pro fundo decem aurei: aut quod purè datum eſt, transfertur ſub conditione. L. *translatio 6. ff. eod.* Cæterum adeo priori legatario adimitur legatum, factâ translatione in aliam perſonam: ut etiamſi in eum translatum ſit, cum quo non eſt teſtamenti factio: tamen illi, cui ademptum eſt, non debeatur. L. *plane. 34. in pr. ff de Legat. 1. L. licet. 20. & L. legatam 24. §. 1 ff. de adim. vel transf. legat.* Si tamen quod uni purè legatum erat, alteri ſub conditione legetur: non ſtatim receſſum videtur à primo; ſed ita demum, ſi conditio ſequentis extiterit: niſi heres probaverit, teſtatorem fuiſſe hoc animo, ut priori indiſtinctè & omnimodò ademptum legatum voluerit. *L. quodſi 7. ff. d. t.*

De

# De Lege Falcidia.

## Tit. XXII.

### *Ad princip. tit.*

Dixit Imperator ſuccinctè de Legatorum vel ademptione vel translatione; nunc conſequenter eorum imminutionem, quæ fit potiſſimum per Legem Falcidiam, ſubjicit: deq; ea primum exponit, quæ ejuſdem Legis ſit ſententia, & ex quibus cauſis introducta. Dein qui Lege Falcidia uti poſſint. Tum quibus de rebus Falcidia detrahatur. Denique quâ ratione per legem Falcidiam legata minuantur. Sententia igitur Legis Falcidiæ eſt: quod per eam modus certus impoſitus eſt legatis, quibus olim ex Lege XII. Tabularum totam hereditatem exhaurire & exinanire licebat. *L. Verbis legis. 120. ff. de V. Sign.* Hæc nimia legandi licentia (quæ non minus teſtatori nocebat, quàm heredi: cùm ſæpe fieret, ut deſerto teſtamento, inteſtatus quis dece-

*Lex Falcidia.*

deret) certo quodam modo, tanquam freno coercita, atque coarctata eſt. Modus autem eſt iſte: ut ultra dodrantem, hoc eſt, novem uncias, legare nemo poſſit: ſed quadrans (id eſt, tres unciæ) heredi integer & illibatus relinquatur. *L.* 1. *in princ. ff. ad* L. *Falcid.* §. *Et cùm quæſitum.* 1.

*Quinam Falcidiam detrahant.*

Hoc loco oſtenditur, quinam Falcidiam detrahant: & ſignificatur, quòd non modò omnes ſed ſinguli etiam heredes ex ſua parte quartam Falcidiam legatis detrahere & retinere poſſint. *L. in ſingulis,* 77. *ff. ad* L. *Falcid.* Exemplûm hoc eſto: Teſtator qui ducenta habebat in bonis, Titium & Sempronium in partes æquales ſibi heredes inſtituit: atque Titium nonaginta legati nomine Cajo præſtare juſſit: à Sempronio autem nihil omnino legavit: ſed ipſi portionem ſuam integram atq; illibatam reliquit. Hoc caſu etiamſi Sempronius partem ſuam habeat ſalvam; & propterea lege Falcidiâ uti nequeat: nihilominus tamen Titio legato gravato integrum erit lege Falcidiâ uti & quartam partem ſuæ portionis, id eſt: viginti quinque retinere: ut ita in ſingulis heredibus lex Falcidia locum habere

bere poſſit. Et ratio in promptu eſt: quia lex Falcidia heredum cauſa eſt lata: adeoque omnibus & ſingulis heredibus non uni tantum, proſpectum voluit. L. *poteſt.* 71. & *d. l. in ſingulis.* 77. *ff. eod. tit.*

### §. *Quantitas.* 2.

Docet in hoc §. Imper. Juſtinianus: heredem in Falcidia deducenda modum patrimonii, non qui hereditatis adeundæ, ſed qui mortis tempore fuit, ſequi & ſpectare debere, L. *in quantitate.* 73. *in princ. ff. ad* Leg. *Falcid.* Proinde ſi poſtea inter mortem teſtatoris & aditam hereditatem quicquam acceſſerit, vel deceſſerit hereditati, id heredis tanquam domini & lucro & damno cedit: atque legatariis nec prodeſt, nec obeſt. *L. in ratione.* 30. *in princ. ff. eod.* Idque exemplis ipſe Imperator latiùs illuſtrat. Neque verò dici poterit, illud durum, iniquum atque damnoſum eſſe heredi. Si quidem (auctore hic Juſtiniano) heredi liberum eſt, non adire hereditatem; ſed repudiare, ſi heres eſt extraneus: vel, ſi eſt ſuus & neceſſarius, abſtinendi facultatem habet. Sibi ergò imputet heres, quod adierit, ſicque legatariis ad ſolvenda legata ſe obligarit: cum potuerit

*Patrimonium in Falcidia deducenda quo tempore ſpectandum.*



Digitized by Google

non adire, ſed teſtamentum deſtituere ac deſerere: quo facto omnia in eo ſcripta, atq; ita etiam legata corruerent & evaneſcerent. L. *ſi nemo*, 9. *ff. de teſtam. tut.* *L. eam quam.* 14. *C. de fideicommiſſ.* Cæterum ne hoc fiat: conſultum eſt legatariis; ut remiſſâ aliqua parte de Legatis ſuis cum herede tranſigant. *hoc §. noſtro, in fine & d. l. in quantitate* 73. *ff ad* Leg. *Falcid.*

§. *Cùm autem*, 3.

*Res ante Falcidiã quæ detrahenda.*

Hoc §. declarat Juſtinianus: quæ res prius detrahendæ ſint, quàm ratio Legis Falcidiæ ponatur, ſive computatio ineatur. Primò autem detrahitur omne æs alienum, etiam id, quod ipſis heredibus debebatur à defuncto tempore mortis. L. *qui fundum* 87. §. *ſi quis heredem.* 2. *ff. ad* L. *Falcid*, L. *in imponenda.* 6. & L. *irritum.* 8. C. *eod.* Ejuſq; ratio eſt: quia bona cujuſq; ea intelliguntur, quæ deducto ære alieno ſuperſunt. L. *ſubſignatum.* 39. §. 1. *ff. de V. S.* Proinde ſi æs alienum hereditarium defuncti ſubſtantiæ fines occupaverit: hoc eſt, ſi tota hereditas ære alieno exhauſta fuerit: nihil omninò legatariis debetur, L. *ſucceſſores.* 16. *C. ad* L. *Falcid.* Cujus ratio hæc aſſignatur: quia legatarii ſoliciti ſunt de lucro captando: at creditores

tores de damno vitando certant. Hos autem illis ſemper præferri, æquitati conſentaneum eſt, *notante Rittershuſio hic pag.* 319. Deinde in Falcidiam non computatur funeris impenſa: adeo quidem, ut etiam omne creditum præcedere ſoleat & debeat. *L. pen. ff. de relig. & ſumpt. funer.* Satius quippe & ſanctius eſt, de ſuo teſtatorem funerari, quàm aliquos legata conſequi. L. *& ſi quis.* 14. §. 1. *verſ. ſatius eſt. ff. d. t.* Præterea precia pro ſervis manumittendis relicta, Falcidiam effugiunt. L. *ſed ſi non ſervus.* 36. § 2. *& L. æris alieni.* 39. *ff. ad L. Falcid.* idque favore libertatis, ut & alia multa, indultum eſſe cenſetur. §. ult. ſupr. de donation. L. *Libertas.* 122. *ff. de reg. jur.* Hiſce ergo omnibus ex hereditate defuncti ita prius deductis: in eo quod reliquum eſt, ratio Legis Falcidiæ ponenda eſt, ut totum hoc in quatuor partes dividatur: quarum una apud heredem maneat ipſo jure, & tres partes pertineant ad Legatarios, pro rata ſcilicet portione ejus, quod cuiq; eorum relictum eſt, *hoc* §. *noſtro in fine &* L. *in quantitate.* 73. §. *ult. ff. ad* L *Falcid. ubi hujus rei exempla proponuntur.*

# De Fideicommiſſariis Hereditatibus: & ad Sct. Trebellianum.

## Tit. XXIII.

### *Ad princip. Tit.*

QUandoquidem explicatũ eſt hucuſque, quid ſint Legata, & quomodo ea rectè relinquantur; atq; ſemel relicta iterum adimantur; & quomodo illis certus modus per Legem Falcidiam ſit impoſitus: idcircò haut inconcinnè ſequitur tractatus de fideicommiſſis, propter ſimilitudinem, quæ inter hæc intercedit. Fideicommiſſa autem vel ſunt univerſalia ſeu generalia, quæ hic hereditates fideicommiſſariæ appellantur, & ad univerſam hereditatem vel quotam ſive partem ejus reſtituendam pertinent: vel ſingularia aut particularia & ſpecialia, quibus non pars hereditatis ſed res ſingulæ relinquuntur, per princip. infr. tit. proxim. Priuſquam verò

*Fideicommiſſorum diviſio.*

verò de his poſterioribus. quæ ſupra legatis eſſe adæquata diximus, uberius dicatur: diſpiciendum eſt de fideicommiſſis univerſalibus, quæ utpote digniora, jure præmittenda ſunt. L. 1. *in pr. ff. de Rei Vindic.* §. *ſingulorum.* 11. *ſupr. de Rer. diviſ.* L. 1. & 2. *ff. de alb. ſcrib.*

§. *Sciendum.* 1.

Fideicommiſſa olim nullam vim habebant: ſed ex fide, pudore ac benevolentia heredis (cujus fidei teſtator commiſerat, ut alteri aliquid reſtitueret) pendebant. Unde Ulpianus *in fragment. Inſtit. tit.* 25. *in princ.* Fideicommiſſum eſt, inquit, quod non Civilibus (id eſt, directis) verbis, ſed precativè relinquitur: nec ex rigore juris Civilis proficiſcitur, ſed ex voluntate datur relinquentis. Verùm Divus Auguſtus, primus omnium fideicommiſſa rata eſſe, deque iis Conſules jus dicere juſſit, *hoc* §. *noſtro, &* §. *ult. infr. h. t. & initiò tit. infr. de jure Codicill.* Quod cum omnibus videretur juſtum & æquum, ita videlicet voluntates ultimas defunctorum conſervari: progreſſu temporis cæpit id aſſiduæ Juriſdictionis eſſe; adeo ut tandē proprius Prætor fuerit creatus, qui ſolū de fideicomiſſis cognoſceret, &

*Vis & authoritas.*

ius diceret: unde & Prætor fidei commiſſarius appellatus fuit, *de quo Ulpianus d. tit. 25. § fidei commiſſa non per formulam.* L. 2. §. *capta deinde.* 32. *ff. de orig. jur.* L. 2. *C. qui potior in pignor. hab. & ſimilibus.*

§. *Inprimis.* 2.

*Forma & modus ea relinquendi.*

De forma & modo relinquendi fidei-commiſſum hîc tractatur & oſtenditur: fidei commiſſum teſtamento relictum, ita demum valere, ſi quis recto jure, id eſt, verbis directis, civilibus & imperativis, non autem obliquis ſeu precariis heres ſit inſtitutus. Hujuſq; fidei commiſſi in teſtamento relicti, exemplum in textu præſenti exponitur; & ejus ratio hæc aſſignatur: quod alias inutile eſſet teſtamentum, in quo nemo heres inſtituitur: cùm teſtamenti caput ac fundamentum in heredis inſtitutione conſiſtat. §. *ante heredis.* 34. *ſupr. de Legat. L. 3. verſ. non poteſt ullum. ff. de his quæ in teſtam debent. L. 1. in pr. ff. de hered. inſtit. cum concordantibus.* Sed & hoc ad formam fidei commiſſi pertinet: quòd vel purè vel ſub conditione vel ex certo die relinqui poteſt, *hoc §. in fin.* L. 1. §. *ſed & quotiens.* 9. *ff. ad SC. Trebell.* Idq; commune eſt fidei commiſſis cum Legatis & cum directa inſtitutione heredis:

redis : eo duntaxat excepto, quod heres ex certo tempore aut ad certum tempus inſtitui nequeat. §. *heres & purè*. 9. *ſupr. de hered. inſtit.* L. *hereditas*. 34. *ff. eod.* ne ſcilicet hereditas in pendenti maneat, & medio tempore teſtator inteſtatus dicatur, contra regulam juris. *L. jus noſtrum*. 7. *ff. de reg. jur.*

§. *Reſtituta*. 3.

*Effectus hereditatis ex fideicommiſſo reſtitutæ.*

Effectus hereditatis ex fideicommiſſo reſtitutæ, ille hoc loco affertur : ut is quidem, qui reſtituit hereditatem, nihilominus heres permaneat, L. *ei, qui ſolvendo*. 88. *ff. de minor. 25. ann.* is verò cui hereditas eſt reſtituta, aliquando heredis, aliquando legatarii loco habeatur : heredis quidem, cum tota ipſi hereditas reſtituitur : Legatarii autem, cùm pars hereditatis ei præſtatur. L *ſi filius familias*. 5. §. 1. *ff quod cum eo qui in alien. poteſt. eſt, negot geſt. eſſe dicet* §. *ſed quia heredes*. 5. *verſ. poſt quod Senatus conſultum infr. h. t.*

§. *Et Neronis*. 4.

*Senatus conſulta de fideicommiſſis Trebellianum.*

Duo Senatus conſulta de fidei commiſſis ſunt facta, quæ tandem à Juſtiniano exæquata & conjuncta fuerunt. §. *ſed quia ſtipulationes*. 7. *infr. h. t.* unũ quod Trebellianum, de quo hîc : alterum verò Pegaſianum appellitatur, *de*

*quo infr.* §. *ſeq*. Cæterum Trebellianum factum eſt tempore Neronis Imperatoris, Conſulibus Romanis, Trebellio Maximo & L. Annæo Seneca: à quorum altero nomen quoque ſuum accepit. In eo cautum erat, ut ſi hereditas tota (ſecus ſi pars aliqua, *ut declarabitur ad* §. *nihil autem intereſt*. 8. *infra h. t.*) ex fideicommiſſi cauſa eſſet reſtituta: tunc omnes actiones hereditariæ tam activæ quàm paſſivæ, ut vulgò loquuntur; hoc eſt, quæ tam heredi quàm in heredem competebant, ad fideicommiſſarium tranſirent: ut quemadmodum ipſe univerſa hereditatis commoda perciperet; ita omnia onera hereditaria ſuſtineret. *L.* 1. §. 2. *ff. ad Sct. Trebell. L. ſecundum*. 10. *ff. de Reg jur.*

§. *Sed quia heredes*. 5.

*Pegaſianum.* Senatus conſultum Pegaſianum tempore Veſpaſiani Imperatoris, Conſulibus Pegaſo & Puſione, unde & Pegaſianum dictum, factum eſt: quo cautum fuit, ut, cùm heredes qui vel totam hereditatem, vel maximam ejus partem reſtituere rogati eſſent, plerumque hereditatem, utpote plus oneris, quàm utilitatis deferentem, repudiarent, eaque ratione ultimæ defunctorum voluntates destituerentur, liceret ſcri-

ptis

pris & hereditatem reſtituere rogatis heredibus, ad exemplum ac imitationem Legis Falcidiæ, quadrantem ſive quartam hereditatis partem ex fideicommiſſis retinere. Sed & hoc expeditum erat: quod heres inſtitutus, cùm quartam detraxerat, ſubire cogebatur onera hereditaria; ſed à fideicommiſſario ſtipulari poſſet, ut damnum & lucrum ſibi cum eo commune eſſet pro rata portione: vel pro quarta illa actiones ſibi hereditariæ, pro herede, & adverſus heredem competerent: pro reliquo autem dodrante competerent fideicommiſſario, vel in fideicommiſſarium. Heres porrò ejuſmodi fideicommiſſarius habebatur legatarii partiarii loco, id eſt, cui pars bonorum ſive hereditatis legabatur, *hoc §. noſtro, verſ. poſt quod Senatus conſultum, &c. Ulpian. in fragment. Inſtit. tit. 24. §. ſicut. & tit. 25. §. is qui rogatus eſt. &c.*

§. *Ergo.* 6.

Hoc in §. Juſtinianus ſuperiora repetit, & paulo uberius declarat, quando ſenatus conſulto Trebelliano, quando item Pegaſiano locus fuerit. Summatim autē dicit quòd ſi non plus dodrante fidei-



Digitized by Google

fideicommiſſum ſit, actiones ex Trebelliano in fideicommiſſarium tranſeant: ſin autem amplius dodrante ſit fideicommiſſum, tunc heres, ſiquidem ſuâ voluntate adierit, communia cum fideicommiſſario onera habeat: ſin à Prætore coactus adierit, omnium & commodorum & incommodorum ſit expers; actionibus nimirum omnibus in fideicommiſſarium tranſlatis. *L. quia poterat.* 4. *&* L. *nam quod.* 14. *§. qui compulſus.* 4. *ff. ad Sc. Trebell.*.

*§. Sed quia ſtipulationes.* 7.

***SCti Trebelliani Vis quæ hodie ſit in reſtituenda hereditate tota.***

Juſtiniani Conſtitutione omne Pegaſiani Senatusconſulti jus atque vis omnis in Trebellianum ita transfuſa & tranſlata eſt; ut heres hereditatem reſtituere juſſus, vel quartam, vel quod ei deeſt, retinere, ſolutumve repetere poſſit: actiones autem & onera pro rata parte inter heredem & fideicommiſſarium communicentur: at ſi totam hereditatem ſponte coactuſve reſtituit; ab omnibus tum commodis, tum incommodis removeatur. Idque adeo procedit, ut adverſus agentes Creditores & legatarios exceptionem heres habeat: nec hodie opus ſit cautione de indemnitate, quam ipſe aliàs fideicommiſſarius præſtare teneretur. L. *quia pote-*

*poterat*. 4. & L. *cum hereditas* 36 *ff. ad Sct. Treb.* & *notat Mynſing. hic n.* 10.

§. *Nihil autem intereſt*. 8.

Quæ hactenus de tota hereditate reſtituenda expoſita ſunt: eadem quoq; de parte, vel parte partis intelligi debent. § *hoc noſtro*. L. 2. C. *ad Sct. Trebell.* L. *filium quem*. 24. C. *famil. ereiſc.* verbi gratiâ: ſi quis heres ſit ſcriptus ex beſſe, eumque vel ejus partem reſtituere alteri rogatus: poterit inde quartam deducere & retinere; actionibus pro rata inter heredem & fideicommiſſarium diviſis. Quòd ſi coactus reſtituat heres, nihil neque commodi neq; oneris penes ipſum remanebit, ut habetur in fine §. præcedentis. Illiusque ratio non obſcura eſt: quia plerumque quæ de tota aliqua re dicuntur: eadem etiã in parte ejus obtinent. *arg. L. quæ de tota* 76 *ff de rei vindicat. L. an pars.* 3. *ff. pro derelict.* & L *Iuris gentium* 7. §. *adeo*. 6 *verſ. igitur in totum. ff. de pact.* *Vel ejus parte.*

§. *Si quis unâ*. 9.

Quod ſupra dictum eſt, actiones, reſtitutâ hereditate, inter heredem ac fideicommiſſarium dividi: ejus velut exceptio quædam hîc affertur in herede illo, qui rogatus eſt reſtituere hereditatem, re certâ aliquâ, vel etiam pluribus *Quando Actiones inter heredem & fideicommiſſarii non dividantur.*

bus rebus, aut certâ pecuniæ ſummâ præceptâ ſiveprius deductâ & retentâ, etiamſi maxima hereditatis pars in ea contineatur. Ille enim actiones hereditarias cum fideicommiſſario haud ſcindit aut dividit: ſed rem iſtam, quam ex voluntate teſtatoris præcepit ſive deduxit, ſine ullo onere, tanquam legatarius quidam retinet: & actiones omnes in ſolum fideicommiſſarium transfert. L. *ſi legatus*. 30. §. *multum* 3. *ff. ad Sc. Trebellian.* Atque hoc locum ſibi vindicat tam in eo, qui ex parte heres inſtitutus jubetur partem hereditatis, re aliquâ retentâ, reſtituit; ut videlicet & is rem ſuam habeat quaſi ex Legato & omnia onera ad fideicommiſſarium transferat, *hoc* §. *noſtro in fine.* Ratio hujus exceptionis jam nota eſt: quia ſcilicet talis heres loco legatarii habetur. *L. penult. C. de hered. inſtit.* Atqui legatarium non teneri actionibus hereditariis exploratum eſt: ſiquidem legatum continere merum lucrum dicitur. *L. ſi hereditatem*, 32. *verſ. nam legatum. ff. mandat.*

§. *Præterea*. 10.

Hic §. complectitur ampliationem, quâ

quâ ea, quæ de fideicommiſſis in teſtamento relictis dicta ſunt, extenduntur ad relicta ab inteſtato, ita ut inteſtatus; hoc eſt, ſine teſtamento moriturus, eum ad quem bona ſua vel legitimo, id eſt, Civili jure, vel honorario ſeu Prætorio per bonorum poſſeſſionem perventura ſunt, roget; ut quamprimum hereditatem adierit, eam vel totam vel ejus partem aliquam alteri reſtituat. *L.* 1. *§. hoc autem Senatus conſultum.* 5. *&* L. *recuſare.* 6. *§.* 1. *ff. ad Sc. Trebell.* L. 3. *&* 5. *C. eod.* L. *filius-familias.* 114. *ff. de* Legat. 1. Cui non obſtat *§. inprimus.* 2. *ſupra h. t.* ubi dicitur ad fideicommiſſariam hereditatem ritè relinquendam opus eſſe, ut quis recto jure heres inſtituatur. Id enim ſolum requiritur ad fideicommiſſa in teſtamento relinquenda, *ut ex ſequentibus ejusdem §. verbis liquidè apparet.* Quamvis autem legata olim relinqui non potuerint, niſi in teſtamento, *ut in fine hujus §. Imperator innuit*: hodie tamen cum legata fideicommiſſis per omnia ſint exæquata, etiam ab inteſtato legata relinqui poſſe, communiter obtinuit. L. 2. *C. commun. de Legat.* *§. ſed non usq;* 3. *ſupra de* Legat.

*Fideicommiſſũ ab Inteſtato relictum.*

*§. Eum*

§ *Eamquoq;* II.

*Qui poſſint rogari reſtituere fideicommiſſa.*

Non ſolum proximè præcedens: ſed & præſens §. reſpicit perſonas, à quibus poſſint fideicommiſſa relinqui, ſive quæ eadem reſtituere rogari poſſint: & docet, non tantùm heredem, verùm etiã fideicommiſſarium, cui aliquid reſtituitur, rogari poſſe, ut hoc ipſum, quod accepit, alteri reſtituat: L. 1. §. *de illo.* 8. *ff. ad Sc. Trebell.* verbi gratiâ; Titius mihi heres eſto: rogo autem Titium, ut quam primum heres extiterit, hereditatem Sempronio reſtituat: & rogo Sempronium, ut quamprimum hereditatem à Titio acceperit, eam Cajo reſtituat. Illud ſciendum, quòd ejuſmodi fideicommiſſarius, qui rogatus eſt reſtituere alteri, quod accepit, vel ejus partem vel aliquid aliud, quartam de eo detrahere haud poſſit. Nam ut detractioni ſive deductioni locus ſit, neceſſe eſt, ut is, qui vult deducere, gravatus ſit tanquam heres & quidem directus. L. Lex *Falcidia.* 47. *in fin. ff. ad* L. *Falcid.* L. *mulier.* 22. §. *ult. ff. ad Sct. Trebell.* Sed & hoc obſervandum: neminem oportere plus legati vel fideicommiſſi nomine præſtare, quàm ad eũ ex hereditate pervenit L. 1. §. *ſi is qui.* 17. *verſ. neminem. ff. eod. tit.*

§. Et

## §. Et quia. 12. & ult.

Ultimus hic §. ( *ex L. fin* C. *de fideicommiſſ. deſumptus*) ad probationem fideicommiſſi, occultè ſine ſcriptura & ſine teſtibus relicti, atque in ſolius heredis fidem collati, pertinet. In eo autem ſummatim Imper. Juſtinianus aſſerit: ſi fideicommiſſum vel univerſale vel ſpeciale relictum ſit ab aliquo, ſive is ſit heres ſive legatarius ſive fideicommiſſarius, nec ſatis de illo conſtet; quia ſcilicet defunctus neq; ſcripturam neq; teſtes ullos adhibuerit: poſſe fideicommiſſarium (ſi tamen ipſe prius de calumnia juraverit: hoc eſt, jusjurandum præſtiterit; ſe non calumniandi ſeu vexandi animo, ſed quod ita ſe rem habere plane ſibi habeat perſuaſum, fideicommiſſum petere) jusjurandum deferre heredi; hocque facto heredem cogi jurare, nihil omninò à ſe relictum, & tunc abſolvendum eſſe: vel ſi is juramentum præſtare recuſet ad fidei commiſſi reſtitutionem omnimodo compelli: quantumvis aliàs regulâ tritâ, actore vel petitore non probante, reus abſolvatur, tametſi ipſe nihil præſtare poterit. L. *qui accuſare.* 4. C. *de edend.* L. *nimis grave.* C. *de teſtib.* Cæterum jus iſtud ſingulare à Juſtiniano conſti-

*Fideicommiſſi occultè relicti probatio.*

conſtitutum eſt tum ob favorẽ & ſtudiũ ultimarum voluntatum conſervandarum, quas exitum habere publicè expedit: tum etiam ob odium & perfidiam illius, qui fideicommiſſum reſtituere recuſat, *hoc §. noſtro, ibi, ne depereat ultima voluntas teſtatoris, &c.* L. *fin.* C. *de fideicomm.* ubi Juſtinianus hanc rationem ſubjungit: quod cùm res geſta ſit ſine teſtibus, & unius heredis fidei concredita; non debeat ad extraneam fidem decurri relictâ propriâ: cum ipſe ſibi judex & teſtis inveniatur, cujus religio & fides à fideicommiſſario electa eſt, qui jusjurandum detulit: Hancq; ſententiam Imperat. mutuatus videtur à JC. Ulpiano *in* L 1. *pr. ff. quar. rer. act. non datur*. Porrò ſi ſemel negaverit is, à quo fideicommiſſum petitur, fideicommiſſum à ſe relictum: ſed ad juris ſubtilitatem recurrat, ac prætendat, minus legitimè & ſolenniter, uti oportebat, illud relictum eſſe: etiamſi res ita ſe habeat, nihilominus tamen ad ſolutionem fideicommiſſi adigi debet: in pœnam ſcilicet prioris ſui mendacii atque perfidiæ commiſſæ, *tradente Hunnio hic in fine.*

De

# De Singulis Rebus per Fideicommiſſum relictis.

## Tit. XXIV.

### *Ad princip. tit.*

EXpoſito fideicommiſſo univerſali, quo vel tota hereditas vel ejus pars aliqua, alteri ab herede reſtituenda venit: recte ſequitur tractatus de fideicommiſſo ſingulari ſive particulari & ſpeciali, quo ſcilicet non quota hereditatis, ſed res ſpecialis ſive quantitas (veluti fundus, argentum, veſtis, &c.) alicui reſtituitur. Relinquitur autem hujus generis fideicommiſſum non ſolum ab herede; verùm etiam à Legatario, eorumque herede, hoc eſt, teſtator vel heredem inſtitutum vel Legatarium vel eorũ heredem rogare poteſt, ut hanc vel illam rem alii reſtituat. *L. ſi fuer.* 5. §. 1. *ff. de Leg.* 3. Qamvis porrò in

*Fidei-commiſſũ ſingulare.*

Digitized by Google

in fine hujus principii afferatur legati & fideicommiſſi differentia: quòd videlicet fideicommiſſum relinqui poſſit à legatario, legatum verò non item: attamen cùm Juſtiniani Lege per omnia fideicommiſſis legata ſint exæquata; legatarium quoque legato onerari poſſe, verius eſt. *L. 2. C. commun. de Legat.*

§. *Poteſt autem.* 1.

*Res per fidei commiſſum quæ relinqui poſſunt.*

Non modò res ipſius teſtatoris propriæ, ſed etiam prorſus alienæ per fidei commiſſum relinqui poſſunt: ita tamen ut is à quo fideicommiſſum relictum eſt, teneatur res alienas à domino emere: aut ſi is nolit res ſuas vendere, æſtimationē earum præſtare cogatur, perinde ut de Legatis dictum eſt, *in §. non ſolùm. 4. ſupr. de Legat.* Hâc tamen interim obſervatâ regulâ: neminem rogari poſſe, ut plus alicui reſtituat, quam ipſe ex teſtamento, aliave ultima defuncti voluntate, vel etiam ab inteſtato acceperit. Nemo quippe (ut vulgò dicitur) amplius poteſt onerari, quàm ſit honoratus. *L. 1. § ſi is qui. 17.* L. *ex facto. 17. §. 2. ff. ad Sc. Treb.* L *plane. 94. in fin. & L. filiusfamilias. 114. §. 3. ff. de Legat. 1. L. ſed etſi. 6. in fine. ff. de* Legat. *3. L. ab eo. 9. C. de fideicommiſſ.* & ſecundum naturam eſt: ut onus ſeu incommodum

dum ſit par ac reſpondeat commodo. L. *ſecundum naturam.* 10. *ff. de Reg. jur.*

§. *Libertas.* 2.

Hic §. pertinet ad locum de rebus, quæ per fideicommiſſum relinqui poſſunt; & oſtendit, etiam libertatem per fideicom̃iſſum ſervo, tam alieno quàm proprio, relinqui poſſe: ita tamen ut ſi alieno ſervo libertas per fideicom̃iſſum ſit relicta, neceſſe habeat is, qui libertatem ſervo præſtare juſſus eſt, eum à domino redimere & redemptum manumittere. L. *alieno.* 31. *in princ.* & L. *Paulus reſpondit.* 39. *ff. de fideicommiſſ. libert.* Quod ſi verò dominus vendere ſervum nolit (ad hoc enim cogi non poteſt. *L. invitum.* 11. L. *in vendentis* 13. & L. *ſeq. C. de contrah. empt. & vendit.*) non ſtatim inutile eſt legatum Libertatis: Sed ſi poſtea aliquando obrigerit occaſio ſervum redimendi, debet is redimi & manumitti, niſi forſan dominus ſervi nihil ex judicio defuncti acceperit, quò ſervum venderet. Aliàs enim eum vendere compellitur. L. *deberi.* 6. *C. de fideicomm. libert.* Porro effectus hujus fideicommiſſariæ libertatis hic eſt: ut ſervus ex cauſa fidei commiſſi manumiſſus, etiamſi fuerit ſervus teſtatoris, tamen non fiat libertus teſtatoris, ſed ejus

*Libertas.*

Digitized by Google

ejus qui ipſum manumittit: aliter atq; is qui non ab alio manumitti rogatur; ſed directò ab ipſo teſtatore in teſtamento liber eſſe jubetur. Is ſi quidem ipſius teſtatoris libertus efficitur, unde & Orcinus libertus dici ſolet. L. 3. §. 3. *ff. de* Legit. *tutor*. L. *directis*. 10 *C. de teſtam. manum. L. cum teſtamentum.* 8. *C. de jur. & fact. Ignor.* & hic in verſ. at is qui directò, &c. quaſi cujus patronus jam in Orci familia & in peculio Proſerpinæ numeretur, ut loquitur Apulejus L. 3. *in Metamorphoſ. eumq; referens Rittershuſius hic pag.* 329. *in fine.*

*Libertus orcinus.*

### §. *Verba autem.* 3. *& ult.*

*Fideicommiſſa quibus verbis relinquantur.*

Hic §. ad locum de forma & modo relinquendorum fideicommiſſorum ſpectat: eſtque utrique generi fideicommiſſorum communis. Enumerat quippe verba maximè uſitata, quibus fideicommiſſa, tam univerſalia quàm ſingularia, olim relinqui ſolebant. Aſt hodie quibuscunque verbis legitimum teſtatoris ſenſum exprimentibus fideicommiſſa rectè relinquuntur: ut hac etiam in re fideicomiſſa legatis fuerint exæquata. L. 2. *C. Communia de Legat.*

De

# De Codicillis.

## Tit. XXV.

### *Ad princip. Tit.*

EXplanata hactenus teſtamentorum ordinatione, reſtat, ut & de Codicillis, tanquam teſtamento minus ſolenni, aliquid ſubjiciatur. Codicilli autem nihil aliud ſunt, quam ultima defuncti teſtati vel inteſtati voluntas imperfecta, minusque ſolennis. Cujus definitionis explicationem accuratam ex noſtris Commentariis publicis majoribus petere licet. Origo illorum, ut & fideicomiſſorum, cæpit ſub Divo Auguſto Imperatore: quam originem adeo luculenter & copioſè ipſe Juſtinianus hoc loco declarat, ut nihil vel detrahi vel addi amplius illi poſſit aut debeat. *Codicillorum definitio.* *Origo.*

§. *Non tantum*, 1.

Codicilli duobus modis fieri ſolent: vel ab Inteſtato ſive ab eo, qui ſine teſtamento deceſſit: vel facto teſtamento: & hoc iterum dupliciter; vel ante *Modi quibus fiant Codicilli.*

T vel

vel poſt conditum teſtamentum *hoc §. noſtro.* L. *conficiuntur.* 8. L. *ab inteſtato.* 16. *ff. de jure Codic.* L. *non idcircò* 4. C. *h.t.* Quorum illi ſanè olim non aliter valebant, niſi in teſtamento poſtea facto, aliiſve Codicillis expreſſè ac ſpecialiter eſſent confirmati. L. *ante tabulas.* 5. *ff. de jur. Cod.* Verùm illos valere, licet confirmati non ſint, modò non expreſſè fuerint infirmati, D. Severus & Antoniꝰ Impp. conſtituerunt, *per hunc §. noſtrum. v. ſed Divi &c.* §. *Codicillis.* 2.

*Differentia inter Codicillos & teſtamentum.* 1. Differentia inter teſtamentum & Codicillos hoc loco illa affertur; quòd Codicillis directò neque Inſtitutio, neque ſubſtitutio heredis; neq; exheredatio, neq; adjectio conditionis ad inſtitutionem antea purè factam fieri poſſit: cùm in teſtamentis iſthæc omnia fieri valeant. Itaq; tantum fideicommiſſaria hereditas per codicillos relinqui poteſt: ut ſcilicet hereditatẽ vel ejus partem alteri reſtituere quiſpiam rogetur. *L.* 2. *§. fin. L. quod per manus.* 10. *L. illud.* 13. *§.* 1. *ff. de jur. Cod.* L. *inſtitutio.* 10 *ff. de Condit. inſtit.* Illudq; Imp. propterea conſtitutum eſſe tradit; ne jus teſtamentorũ & Codicillorũ miſceatur & confundatur: idq; fieri non debere, vel ipſa nominum diverſitas cõmovere videtur *L. ſi idem.* 7 *C. h. t.*

§. Co-

Digitized by Google

*§. Codicillos. 3. & final.*

In hoc §. duæ aliæ inter teſtamentum & Codicillos indicantur differentiæ: Una eſt: quod quis plura teſtamenta re- 2.
linquere non poteſt. Semper n. prius rumpitur per poſterius. §. 2. *ſupr. quib. mod. teſtam. inf.* Codicillos a. plures relinquere poteſt. L. 6. §. 1. *ff. de jur. Codic.* Omnes ſiquidē pariter valent: niſi poſteriores contrariam voluntatem complectantur. L. 3. *C. h. t.* L 19. *C. de fidei comm.* Altera differentia hæc eſt: quod 3.
teſtamentum multas deſiderat ſolennitates, *de quibus dictum ſupr. ad tit. de teſtam. ordin.* Codicilli verò nullam: id eſt, neq; ſubſcriptionem neq; ſubſignationem teſtatoris *d.* L. 6. §. 1. *& 2. ff. de jur. Cod.* Neq; etiam tot teſtes in Codicillis requiruntur, quot in teſtamento. Sufficiunt enim quinque: cum in teſtamentis ſeptem ſint neceſſarii. L *ult.* §. *ult. C. h. t.* Nihil item refert, utrum quinq; iſti teſtes ſint rogati, an fortuito intervenerint: utrum denique ſint mares, an mulieres. *d. l. ult. §. ult. C. eod. & notat Nicol. Reuſn. in tr. de Codic. c. 10. n. 12. & ſeq.*

Finis Libri II. Inſtitutionum Imperialium.

# Inſtitutionum ſeu Elementorum Divi Juſtiniani, Sacratiſſimi Principis,

## Liber III.

## De Hereditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur.

### Tit. I.

### *Ad princip. Tit.*

Hereditatem deferri, vel ex teſtamento, quæ teſtamentaria; vel ab inteſtato, quæ legitima & juſta vocari ſolet, clareſcit *ex §. ult. ſupr. per quas perſ. cuiq; acquir. L. 1. L. veluti. 3. & L. legitimam. 8. ff. de petit. hered.* L. 2. *§. legitima. 4. ff. de ſuis & legit. hered.* L. 3. *§. 2. ff. pro ſocio. L. 2. §. 1. verſ. mater enim, ff. qu. pet. tut. vel curat.* De illa huc uſque diſſeruimus: ſupereſt igitur, ut de hac, quæ ſola lege ab inteſtato obvenit, deinceps explicemus. Accidit autem

autem quatuor modis, ut quis inteſtatus decedat; adeoque locus legitimæ ſucceſſioni fiat. hoc princip. noſtro & L. 1. *ff. de ſuis & Legit. hered.* I. cum quis nullum omnino teſtamentum fecit, cùm tamen facere poſſet. Nam ſi teſtamenti faciendi jus non habuit, ut impubes, furioſus, prodigus & alii, *de quibus ſupra tit. quibus non eſt permiſſ. fac. teſtam.* non rectè dicuntur mori inteſtati: cum privatio habitum præſupponat, *arg.* L. *decem.* 116. *ff. de Verb. oblig.* Quamvis ratione effectus iſti quoque pro inteſtatis habeantur. *d.*L. 1. *in princ. verſ. plane. ff. de ſuis &* Legit. *her.* L. 2. §. 2. & L. *ult.* §. 3. *ff. qui pet. tut.* L. *qui duos.* 42. *in fin. & L.* Lucius. 45. *ff. de V. & P. Subſtitut. cum ſimilibus.* II. Inteſtatus decedere dicitur, qui fecit quidem teſtamentum, ſed non jure, neque ut oportet, fecit. Hoc enim pro imperfecto & nullo habetur. *arg.* L *non dubiū.* 5. C. *de* LL. & paria ſunt, aliquid planè non facere, & non jure neq; ritè facere. L. *quoties.* 6. *ff. qui ſatisd. cog.* L. 2. *ff. de auctor. tul.* L. *quamvis.* 8 §. *ſi convenerit.* 8. *ff. ad SC. Vellej.* III. Inteſtatus decedit, qui teſtamentum quidem jure riteque fecit, ſed illud poſtea

*Inteſtatus quis decedat.*

infirmatum, id eſt, ruptum, vel irritum factum eſt. Rumpitur autem teſtamentum agnatione ſui heredis, ſeu nativitate poſthumi præteriti; irritum fit capitis deminutione teſtatoris & aliis modis, *de quibus ſupr. tot. tit. quib. mod. teſtam. infirm. & tot. tit. ff. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſtam.* IV. & ultimò inteſtatus decedit ſive moritur, qui initiò quidem teſtamentum jure fecit, verum ex eo nemo heres extitit: adeoq; deſtitutũ & deſertum eſt, *per hoc princip. in fin.* L. 1. *ff. de ſuis & Legit. hered.* L. *inteſtatus.* 64. *ff. de V. Signif.*

§. *Inteſtatorum.* 1.

*Ab inteſtato ſuccedunt.* 1. *Liberi ſui*

Ex Lege XII. Tabularum hereditas ab inteſtato defertur primo loco ſuis heredibus, *hoc §. noſtro.* Hujusque ratio eſt perſpicua: Tum quia ipſa natura hereditatem parentum liberis addicit. *L. nam etſi.* 15. *ff. de inoff. teſtam.* L. *ſcripto.* 7. *in fin. ff. und. Liber.* L. *cùm ratio naturalis.* 7. *in pr. ff. de bon. damnat.* L. *penult.* §. 2. *in fine. ff. de bon. libert.* Tum quia ſui heredes etiam vivis adhuc parentibus quodammodo domini ſunt bonorum paternorum §. *ſui autem. verſ. ſed ſui quidem. ſupr. de her. qual. & different.* §. 3. *verſ. & ſtatim morte. in pr. h. t.*

L. *in*

Digitized by Google

L. *in ſuis.* 11. *ff. de liber. & poſthum. her. inſtit.* L. 1. §. *Largius. verſ. quia autem. ff. de ſucceſſ. edict.*

§. *Sui autem.* 2.

Suos heredes accipere debemus filios filiaſve qui quæve in morientis poteſtate proximi fuerunt, ſive naturales ſint ſive adoptivi. *hoc §. noſtro.* L. 1. §. *ſuos. ff. de ſuis & legit. hered. §. ſui autem, ſupr. de her. qual. & differ.* ubi cùm hoc ipſũ fuſiùs explicaverimus, eò ne actum agere videamur, nos brevitatis cauſa remittimus. Cæterum ſuorum loco habentur Legitimati ex Conſtitutionibus Principum. *de quibus hic in verſ. quibus connumerari. &c.* & de iisdem non nihil dictum eſt *in §. ult. ſupr. de nupt.* Illud tantum addo: quòd licet ad legitimationem, quæ fit per ſubſequens matrimonium, jus Civile requirat inſtrumenta nuptialia ſive tabulas matrimoniales. *hoc §. noſtro, ibi, etiam nuptialia inſtrumenta, &c.* L. *nuper.* 11. *C. de natur. liber. Nov.* 12. *c.* 4. & *Nov.* 18. *c.* 11. jure tamen canonico illa non ſint neceſſaria *per c. tanta.* 6. *extr. qui filii ſint legit.* Porrò

*Sui heredes qui.*



Digitized by Google

to habuerit: ſuus tamen heres non exiſtit, nec ad hereditatem ab inteſtato admittitur; ſed deſinit eſſe ſuus; & jus quod in hereditate patris habebat, amittit. Hujusq; rationem Imperator ipſe reddit: quòd nempe cùm omnia bona ejus, qui perduellionis eſt condemnatus, fiſco vindicantur; ſicque illi fiſcus ſuccedat: ſuum heredem habere non poſſit: ſiquidem impoſſibile ſit, ut unius rei duo in ſolidum ſint ſucceſſores. Hoc igitur loco caſus notandus venit, quo filii ſucceſſione parentum privantur, adeoque puniuntur, etiamſi ipſi non deliquerint. Cuius rationem Impp. Arcadius & Honorius hanc aſſignant: quia paterni, hoc eſt, hereditarii criminis exempla in illis metuuntur. *L. quisquis. 5. § 1. C. ad* L. *Iul. Majeſt.*

*§. Cum filius. 6.*

*Nepotes cum filiis quomodo ſuccedant jure repræſentationis.*

Ex hoc §. diſcendum eſt: nepotem neptemve ex filio præmortuo pariter cum ſuperſtite filio, nempe patruo ſuo, ad hereditatem avi æquâ portione vocari; atque adeo nepotem in locum filii ſuccedere. L. 1. §. *ſi filius. 4. ff. de ſuis & legit. hered* L. 2. & 3. *C. de ſuis & legit. liber.* Quod jus ſucceſſionis vulgo vocari ſolet jus repræſentationis: ejusque

ratio

ratio eſt æquitas naturalis, ut hîc in verb. æquum eſſe videtur &c. Pari ratione pronepos proneptisve ex nepote demortuo, una cum nepote nepteve ex filio æquis ex partibus ſuccedit. *hoc* §. *noſtro, & d. l.* 1. §. *Liberos*, 7. *ff. de conjungend. cum emancip. liber. ejus &c.* Veruntamen, quia illi qui remotiores ſunt gradu, cum proximioribus jure repræſentationis, ex parentum ſuorum perſona, admittuntur: conveniens & conſequens eſt, ut inter illos hereditatis diviſio fiat, non in capita, ſed in ſtirpes. *d.* L. 2. C. *de ſuis & legit. liber.* In capita autem diviſio fieri dicitur; cùm quot ſuccedentium capita, id eſt, perſonæ fuerunt, in tot partes hereditas dividitur, & ex quibus ſingulæ ſingulis attribuuntur. L. 2. §. *hæc hereditas*, 2. *ff. de ſuis & legitim. hered.* In ſtirpes verò, cùm pro numero ſtirpium hereditas ſecatur: ut qui ſunt ex una ſtirpe, partem unam ferant: qui ſunt ex altera, partem alteram: licet ex una non niſi unus heres exiſtat, ex altera ſex vel ſeptem. *Nov.* 118. *c.* 1. *verſ. ſic tamen. &c.*

*Diviſio in Capita*

*In ſtirpes.*

T 6 §. *Cùm*

Digitized by Google

poſthumi quoque qui vivo patre nati in ejus fuiſſent poteſtate, primumque ab eo gradum obtinuiſſent, ſuorum heredum numero habentur. *hoc §. in fin.* L. 3. *ff. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſtam.* Ratio non obſcura eſt: quia poſthumi ſive in utero exiſtentes, pro jam natis habentur, quoties de ipſorum commodo agitur. L. *qui in utero.* 7. *&* 26. *ff. de ſtat. hom.* L. *cum quidam.* 30 §. 1. *ff. de acquir. vel omitt. hered.*

*§. Sui autem heredes.* 3.

*Succedunt ipſo jure.* Suis heredibus ipſo jure ſine ulla aditione, hereditas acquiritur *hoc §. &* L. *in ſuis.* 14 *ff. de ſuis &* Legit. *hered.* Unde & ignorantes & abſentes & furioſi ſine conſenſu curatoris, & pupilli ſine auctoritate tutoris (quæ ipſis aliàs opus eſt in hereditate extranei adeunda. §. *neque.* 1. *ſupr. de author. tutor.* L. *more.* 8. *cum leg. ſeq. &* L *furioſus.* 63. *ff. de acquir. vel omitt. hered.*) ſui heredes exiſtunt, iisque hereditas vel invitis acquiritur. Qua de cauſa ſui & neceſſarii appellari ſolent: quamvis Prætor ipſis facultatem abſtinendi ſe ab hereditate tribuat. L. *neceſſariis.* 57. *ff. d. t.* & expoſitum *ſupra ad* §. 2. *ſupr. de hered. qual. & differ.*

§. *In-*

Digitized by Google

§. *Interdum.* 4.

Quod dictum eſt *ſupra in* §. 2. *h. t.* ſuos heredes eſſe, qui in poteſtate morientis proximi fuerunt: ejus duæ *in hoc & ſequ.* §. ſubjiciuntur exceptiones. Nam interdum contingit, ut licèt quis non ſit ſuus heres tempore mortis ſui parentis: poſtea tamen ſuus heres efficiatur: & interdum contrà accidit, ut non ſit ſuus heres, qui tamen in poteſtate tempore mortis parentis fuit. Prioris exceptionis proponitur exemplum hic in filio: qui tempore mortis paternæ erat captus ab hoſtibus, & tandem poſt mortem patris liberatus in civitatem revertitur. In eo quippe jus patriæ poteſtatis & ſuitatis non tam ſublatum, quàm in ſuſpenſo fuit: quod beneficio juris poſtliminii, ut & alia omnia, quaſi nunquam fuiſſet captus, recipit. §. *ſi ab hoſtibus.* 5. *ſupr. quib. mod. jus patr. pot. ſolv. L. retro.* 16. *ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.*

*Suus heres quis efficitur poſt mortem defuncti.*

§. *Per Contrarium.* 5.

Alterius exceptionis in præcedente §. propoſitæ, exemplum eſt in filio ejus, qui poſt mortem perduellionis ac læſæ majeſtatis damnatus eſt. Iſte enim etſi tempore mortis paternæ ſuus heres fuerit, adeoque jus ſuccedendi ab inteſta-

*Perduellionis ac læſæ Majeſtatis reus, deſinit eſſe ſuus heres*

poſthumi quoque qui vivo patre nati in ejus fuiſſent poteſtate, primumque ab eo gradum obtinuiſſent, ſuorum heredum numero habentur. *hoc §. in fin.* L. 3 *ff. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſtam.* Ratio non obſcura eſt: quia poſthumi ſive in utero exiſtentes, pro jam natis habentur, quoties de ipſorum commodo agitur. L. *qui in utero.* 7. *&* 26. *ff. de ſtat. hom.* L. *cum quidam.* 30 §. 1. *ff. de acquir. vel omitt. hered.*

§. *Sui autem heredes.* 3.

*Succedunt ipſo jure.*

Suis heredibus ipſo jure ſine ulla aditione, hereditas acquiritur *hoc §. &* L. *in ſuis.* 14 *ff. de ſuis &* Legit. *hered.* Unde & ignorantes & abſentes & furioſi ſine conſenſu curatoris, & pupilli ſine auctoritate tutoris (qua ipſis aliàs opus eſt in hereditate extranei adeunda. §. *neque.* 1. *ſupr. de author. tutor.* L. *more* 8. *cum leg. ſeq. &* L *furioſus.* 63. *ff. de acquir. vel omitt. hered.*) ſui heredes exiſtunt, iisque hereditas vel invitis acquiritur. Qua de cauſa ſui & neceſſarii appellari ſolent: quamvis Prætor ipſis facultatem abſtinendi ſe ab hereditate tribuat. L. *neceſſariis.* 57. *ff. d. t.* & expoſitum *ſupra ad* §. 2. *ſupr. de hered. qual. & differ.*

§. *In-*

Digitized by Google

§. *Interdum*. 4.

Quod dictum eſt *ſupra in* §. 2. *h. t.* ſuos heredes eſſe, qui in poteſtate morientis proximi fuerunt: ejus duæ *in hoc & ſequ.* §. ſubjiciuntur exceptiones. Nam interdum contingit, ut licèt quis non ſit ſuus heres tempore mortis ſui parentis: poſtea tamen ſuus heres efficiatur: & interdum contrà accidit, ut non ſit ſuus heres, qui tamen in poteſtate tempore mortis parentis fuit. Prioris exceptionis proponitur exemplum hic in filio: qui tempore mortis paternæ erat captus ab hoſtibus, & tandem poſt mortem patris liberatus in civitatem revertitur. In eo quippe jus patriæ poteſtatis & ſuitatis non tam ſublatum, quàm in ſuſpenſo fuit: quod beneficio juris poſtliminii, ut & alia omnia, quaſi nunquam fuiſſet captus, recipit. §. *ſi ab hoſtibus*. 5. *ſupr. quib. mod. jus patr. pot. ſolv. L. retro*. 16. *ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.*

*Suus heres quis efficitur poſt mortem defuncti.*

§. *Per Contrarium*. 5.

Alterius exceptionis in præcedente §. propoſitæ, exemplum eſt in filio ejus, qui poſt mortem perduellionis ac læſæ majeſtatis damnatus eſt. Iſte enim etſi tempore mortis paternæ ſuus heres fuerit, adeoque jus ſuccedendi ab inteſta-

*Perduellionis ac læſæ Majeſtatis reus, deſinit eſſe ſuus heres*

poſthumi quoque qui vivo patre nati in ejus fuiſſent poteſtate, primumque ab eo gradum obtinuiſſent, ſuorum heredum numero habentur. *hoc* §. *in fin.* L. 3. *ff. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſtam.* Ratio non obſcura eſt: quia poſthumi ſive in utero exiſtentes, pro jam natis habentur, quoties de ipſorum commodo agitur. L. *qui in utero.* 7. *&* 26. *ff. de ſtat. hom.* L. *cum quidam.* 30 §. 1. *ff. de acquir. vel omitt. hered.*

§. *Sui autem heredes.* 3.

*Succedunt ipſo jure.* Suis heredibus ipſo jure ſine ulla aditione, hereditas acquiritur *hoc* §. *&* L. *in ſuis.* 14 *ff. de ſuis & Legit. hered.* Unde & ignorantes & abſentes & furioſi ſine conſenſu curatoris, & pupilli ſine auctoritate tutoris (qua ipſis aliàs opus eſt in hereditate extranei adeunda. §. *neque.* 1. *ſupr. de author. tutor.* L. *more.* 8. *cum leg. ſeq. &* L *furioſus.* 63. *ff. de acquir. vel omitt. hered.*) ſui heredes exiſtunt, iisque hereditas vel invitis acquiritur. Qua de cauſa ſui & neceſſarii appellari ſolent: quamvis Prætor ipſis facultatem abſtinendi ſe ab hereditate tribuat. L. *neceſſariis.* 57. *ff. d. t.* & expoſitum *ſupra ad* §. 2. *ſupr. de hered. qual. & differ.*

§. *In-*

Digitized by Google

§. *Interdum.* 4.

Quod dictum eſt *ſupra in* §. 2. *h. t.* ſuos heredes eſſe, qui in poteſtate morientis proximi fuerunt: ejus duæ *in hoc & ſequ.* §. ſubjiciuntur exceptiones. Nam interdum contingit, ut licèt quis non ſit ſuus heres tempore mortis ſui parentis: poſtea tamen ſuus heres efficiatur: & interdum contrà accidit, ut non ſit ſuus heres, qui tamen in poteſtate tempore mortis parentis fuit. Prioris exceptionis proponitur exemplum hic in filio: qui tempore mortis paternæ erat captus ab hoſtibus, & tandem poſt mortem patris liberatus in civitatem revertitur. In eo quippe jus patriæ poteſtatis & ſuitatis non tam ſublatum, quàm in ſuſpenſo fuit: quod beneficio juris poſtliminii, ut & alia omnia, quaſi nunquam fuiſſet captus, recipit. §. *ſi ab hoſtibus.* 5. *ſupr. quib. mod. jus patr. pot. ſolv. L. retro.* 16. *ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.*

*Suus heres quis efficitur poſt mortem defuncti.*

§. *Per Contrarium.* 5.

Alterius exceptionis in præcedente §. propoſitæ, exemplum eſt in filio ejus, qui poſt mortem perduellionis ac læſæ majeſtatis damnatus eſt. Iſte enim etſi tempore mortis paternæ ſuus heres fuerit; adeoque jus ſuccedendi ab inteſta-

*Perduellionis ac læſæ Majeſtatis reus, deſinit eſſe ſuus heres*

poſthumi quoque qui vivo patre nati in ejus fuiſſent poteſtate, primumque ab eo gradum obtinuiſſent, ſuorum heredum numero habentur. *hoc §. in fin.* L. 3. *ff. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſtam.* Ratio non obſcura eſt: quia poſthumi ſive in utero exiſtentes, pro jam natis habentur, quoties de ipſorum commodo agitur. L. *qui in utero.* 7. & 26. *ff. de ſtat. hom.* L. *cum quidam.* 30 §. 1. *ff. de acquir. vel omitt. hered.*

§. *Sui autem heredes.* 3.

*Succedunt ipſo jure.* Suis heredibus ipſo jure ſine ulla aditione, hereditas acquiritur *hoc §.* & L. *in ſuis.* 14 *ff. de ſuis & Legit. hered.* Unde & ignorantes & abſentes & furioſi ſine conſenſu curatoris, & pupilli ſine auctoritate tutoris (qua ipſis aliàs opus eſt in hereditate extranei adeunda. §. *neque.* 1. *ſupr. de author. tutor.* L. *more* 8. *cum leg. ſeq.* & L *furioſus.* 63. *ff. de acquir. vel omitt. hered.*) ſui heredes exiſtunt, iisque hereditas vel invitis acquiritur. Qua de cauſa ſui & neceſſarii appellari ſolent: quamvis Prætor ipſis facultatem abſtinendi ſe ab hereditate tribuat. L. *neceſſariis.* 57. *ff. d. t.* & expoſitum *ſupra ad* §. 2. *ſupr. de hered. qual. & differ.*

§. *In-*

Digitized by Google

§. *Interdum.* 4.

Quod dictum eſt *ſupra in* §. 2. *h. t.* ſuos heredes eſſe, qui in poteſtate morientis proximi fuerunt: ejus duæ *in hoc & ſequ.* §. ſubjiciuntur exceptiones. Nam interdum contingit, ut licèt quis non ſit ſuus heres tempore mortis ſui parentis: poſtea tamen ſuus heres efficiatur: & interdum contrà accidit, ut non ſit ſuus heres, qui tamen in poteſtate tempore mortis parentis fuit. Prioris exceptionis proponitur exemplum hic in filio: qui tempore mortis paternæ erat captus ab hoſtibus, & tandem poſt mortem patris liberatus in civitatem revertitur. In eo quippe jus patriæ poteſtatis & ſuitatis non tam ſublatum, quàm in ſuſpenſo fuit: quod beneficio juris poſtliminii, ut & alia omnia, quaſi nunquam fuiſſet captus, recipit. §. *ſi ab hoſtibus.* 5. *ſupr. quib. mod. jus patr. pot. ſolv. L. retro.* 16. *ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.*

*Suus heres quis efficitur poſt mortem defuncti.*

§. *Per Contrarium.* 5.

Alterius exceptionis in præcedente §. propoſitæ, exemplum eſt in filio ejus, qui poſt mortem perduellionis ac læſæ majeſtatis damnatus eſt. Iſte enim etſi tempore mortis paternæ ſuus heres fuerit; adeoque jus ſuccedendi ab inteſta-

*Perduellionis ac læſæ Majeſtatis reus, deſinit eſſe ſuus heres*

to habuerit: ſuus tamen heres non exiſtit, nec ad hereditatem ab inteſtato admittitur; ſed deſinit eſſe ſuus; & jus quod in hereditate patris habebat, amittit. Hujusq; rationem Imperator ipſe reddit: quòd nempe cùm omnia bona ejus, qui perduellionis eſt condemnatus, fiſco vindicantur; ſicque illi fiſcus ſuccedat: ſuum heredem habere non poſſit: ſiquidem impoſſibile ſit, ut unius rei duo in ſolidum ſint ſucceſſores. Hoc igitur loco caſus notandus venit, quo filii ſucceſſione parentum privantur, adeoque puniuntur, etiamſi ipſi non deliquerint. Cuius rationem Impp. Arcadius & Honorius hanc aſſignant: quia paterni, hoc eſt, hereditarii criminis exempla in illis metuuntur. *L. quisquis.* 5. § 1. C. *ad* L. *Iul. Majeſt.*

§. *Cum filius.* 6.

*Nepotes cum filiis quomodo ſuccedant jure repræſentationis.*

Ex hoc §. diſcendum eſt: nepotem neptemve ex filio præmortuo pariter cum ſuperſtite filio, nempe patruo ſuo, ad hereditatem avi æquâ portione vocari; atque adeo nepotem in locum filii ſuccedere. L. 1. §. *ſi filius.* 4. *ff. de ſuis & legit. hered* L. 2. & 3. C. *de ſuis & legit. liber.* Quod jus ſucceſſionis vulgo vocari ſolet jus repræſentationis: ejusque

ratio

ratio eſt æquitas naturalis, ut hîc in verb. æquum eſſe videtur &c. Pari ratione pronepos proneptisve ex nepote demortuo, una cum nepote nepteve ex filio æquis ex partibus ſuccedit. *hoc §. noſtro, & d. l. 1. §.* Liberos. 7. *ff. de conjungend. cum emancip. liber. ejus &c.* Veruntamen, quia illi qui remotiores ſunt gradu, cum proximioribus jure repræſentationis, ex parentum ſuorum perſona, admittuntur: conveniens & conſequens eſt, ut inter illos hereditatis diviſio fiat, non in capita, ſed in ſtirpes. *d.* L. 2. C. *de ſuis & legit. liber.* In capita autem diviſio fieri dicitur; cùm quot ſuccedentium capita, id eſt, perſonæ fuerunt, in tot partes hereditas dividitur, & ex quibus ſingulæ ſingulis attribuuntur. L. 2. §. *hæc hereditas.* 2. *ff. de ſuis & legitim. hered.* In ſtirpes verò, cùm pro numero ſtirpium hereditas ſecatur: ut qui ſunt ex una ſtirpe, partem unam ferant: qui ſunt ex altera, partem alteram: licet ex una non niſi unus heres exiſtat, ex altera ſex vel ſeptem. *Nov.* 118. *c.* 1. *verſ. ſic tamen. &c.*

*Diviſio in Capita*

*In ſtirpes.*



Digitized by Google

§. *Cum autem.* 7.

*Quo tempore ſpectatur, an quis ſuus ſit?*

An aliquis ſuus nec ne ſit, mortis tempore ſpectari diximus: ita ut is ſuus cenſeatur, & ad hereditatem inteſtati parentis admittatur, qui eo tempore ſuus fuerit. *§. 2. ſupr. h. t. & §. 2. ſupr. de her. qual. & diff.* Verùm hoc tum demum locum habet, quando certum eſt, aliquem inteſtatum deceſſiſſe: alioqui ſi hoc incertum ſit; vel etiam certò conſtet teſtamentum eſſe factum, inſpicitur illud tempus, quo conſtiterit, patremfamilias inteſtatò deceſſiſſe. Ideoque ſi (verbi gratiâ) teſtamentum quiſpiam fecit, in eoq; filium ſuum exheredavit, inſtituto herede extraneo, & nepote præterito: non eſt illi nepos, tempore mortis, ſuus heres: propterea quod proximiori gradu illi nepos non ſit conjunctus, præcedente eum filio exheredato. Cæterum ſi poſtea filius exheredatus decedat, & heres inſtitutus deficiat, hereditatemq; non adeat: tunc nepos proximum jam gradum obtinens, ſuus heres fit avo, eique ſuccedit: qui tamen tempore mortis gradũ iſtum non obtinebat, cùm eum filius præcederet. *L. 1. §. ſciendum.* 8. *ff. de ſuis & legit. hered. L. ſi quis filio.* 6. *in princ.*

*ff. de*

*ff. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſtam.* L. *ult. ff. de condit. inſtit.*

§ *Et licet.* 8.

Qui in utero eſt, perinde ac ſi in rebus humanis eſſet, cuſtoditur, quotiens de commodo ipſius partus quæritur. L. *qui in utero.* 7. *ff. de ſtat. hom.* Igitur nepos avo adhuc vivo conceptus, licet demum poſt mortem avi naſcatur; filio mortuo, ſi avi teſtamentum deſtituatur, ſuus heres avo efficitur. Cæterum nepos poſt avi mortem & natus & conceptus, avo non ſuccedit: quia nullo jure cognationis eum attingit: non jure Civili, quia nunquam fuit in poteſtate avi, utpote poſt cujus mortem demum conceptus eſt: non etiam jure Prætorio; quia Prætor ut plurimum jus Civile imitatur *hoc* §. *noſtro.* L. *ſi quis.* 6. *in fin. princ. ff. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſtam.* L. *Titius.* 6. & L. *item prætor.* 8 *ff. de ſuis & Legitim. hered.* Hodie tamen nepotem hunc ex perſona ſui patris, qui tempore mortis avi capax fuit, virtute transmiſſionis admitti, *poſt Bartolum, Baldum & Angelum à ſe citatos tradit VVeſenbecius hic num* 7. Quemadmodum autem nepos poſt avi mortem conceptus, non eſt ipſi ſuus heres aut cognatus: ita neque is, quem filius

*Nepos poſt mortem avi natus aut conceptus.*

 eman-

*Adoptatus à filio emancipato.* emancipatus adoptat, ullo jure avum attingit, *hoc §. noſtro, verſ. ſed nec ille &c. L. quem filius. 26. ff. de adopt.* Ratio in promptu eſt: quia filius per emancipationem jus agnati atque ſui heredis amittit, *§. fin. ſupra de Legit. agnat. tutel.* Patri igitur adoptatoris agnatus fieri non poteſt, ac proinde nec cognatus, *L. qui in adoptionem 23. ff. de adoption. L. ſi qua mihi. 12. §. ult. ff. de Rit. Nupt. L. 1. §. cognationem. 4. ff. unde Cognat.*

*§. Emancipati. 9.*

*Emancipati.* Quamvis jure Civili liberis emancipatis parentum ſucceſſio non deferatur: jure tamen Prætorio ex naturali æquitate per bonorum poſſeſſionem *Unde Liberi* una cum ſuis heredibus in partes æquales admittuntur, *hoc §. noſtro. & L. liberi. 4. ff. ſi tabul. teſtam. null. ex tab.* Cæterum hodie jure noviſſimo emancipati abſque Prætoris beneficio, ad inſtar ſuorum heredum ſuccedunt. Sublatum quippe eſt ſuorum & emancipatorum diſcrimen ad ſuccedendi rationē & effectum quod attinet. *Nov. 118. c. 1. & 4.*

*§. At*

§. *At hi qui emancipati.* 10.

Quod in præcedenti §. dictum eſt, liberos emancipatos cum ſuis heredibus admitti beneficio Prætoris: id tamdiu verum eſſe hîc oſtenditur, donec non dederint alteri ſe arrogandos. Nam ſi ſe alicui extraneo in arrogationem dederint: tunc non amplius ad bona patris ſui naturalis admittuntur, nequidem ex jure Prætorio. Siquidem Prætoris auxilium cùm ſit extraordinarium, iis non datur, quibus jure Civili & ordinario proſpectum & conſultum eſt, *arg.* L *in cauſæ* 16 *in princ. ff. de minor.* 25. *ann.* Hic autem arrogatis conſultum eſt in bonis arrogatoris, dummodò in ejus familia perpetuo manſerint. Quod ſi enim ab arrogatore iterum vivo patre naturali, emancipati ſint, ad naturalis patris, poſtea morientis, bona, per *Unde Liberi* bonorum poſſeſſionem perinde admittuntur, ac ſi nunquam in arrogatoris familia fuiſſent, *hoc* §. & L. *Liberi* 4. *ff. ſi tab. teſtam. null. ext.* Sin vero poſt mortem patris naturalis ab adoptivo emancipati fuerint; ab utriusq; ſucceſſione excluduntur per hunc §. noſtrũ, v. poſt mortẽ

*Dati in arrogationem.*

verò,

verò &c. Sed quia hoc durum erat, ut liberi iſti utriuſque patris bonis carerent, à Juſtiniano Imperatore correctum eſt, §. *ſed ea omnia.* 14. *infr. h. t.*

§. *Minus ergo.* 11.

Ex ſupra dictis hoc loco infert Imperator: quòd licèt nihil interſit inter liberos naturales & adoptivos, quamdiu manent in poteſtate parentum, tamen ſi emancipentur, magna inter ipſos ſit differentia. Filii enim adoptivi, diſſoluta adoptione per emancipationem & jure Civili in numero liberorum eſſe deſinunt, & à Prætore non adjuvantur: naturales verò filii emancipati quantum ad patrem naturalem, tametſi jure Civili facultatem ſuccedendi perdiderint: Prætoris tamen beneficio illi ſuccedere poſſunt. Ratio hic circa finem adducitur: quia juris Civilis inſtituta, aliis ejuſdem juris inſtitutis extinguuntur: at jura naturæ Civili inſtituto nunquam tolluntur, §. *ult. ſupr. de legit. agnat. tut.* *L. jura ſanguinis.* 8. *ff. de Reg. Iur.*

*Adoptivi emancipati.*

§. *Eadem hæc.* 12.

Inquit Imperator, quòd liberis præteritis, ſive ſui ſive emancipati ſint, contra tabulas naturalis patris bonorum

rum poſſeſſio detur: at contra patris adoptivi tabulas, ſi ab eo emancipati ſint, non concedatur. L. 1. *ff de bon. poſſ. contr. tab. L. pen. C. de adopt.* Hujusque ratio in aperto eſt: quia ut quis ad bonorum poſſeſſionem contra tabulas admittatur, eum ex liberis eſſe oportet. *d. l.* 1. *§. & ſui juris.* 6 *ff. de bonor. poſſ. contr. tab.* Adoptivi autem propter vinculum adoptionis emancipatione diſſolutum in numero liberorum patris adoptivi eſſe deſinunt: adeoque prorſus pro extraneis habentur, *hoc §. noſtro, in fin. d.* L. 1. §. 6. & L. 3. §. 2. *ff. eod. tit.*

### §. *Admonendi.* 13.

Dictum eſt *ſupra in §. at hi qui emancipati.* 10. *& ſeqq. h. t.* liberis emancipatis à patre adoptivo poſt mortem patris naturalis, neq; bonorum poſſeſſionem *unde Liberi* dari ad bona inteſtati, neque *contra Tabulas* ad bona teſtati. Huic quædam limitatio hoc loco ſubjicitur; id nimirum non ita exaudiendum eſſe, quaſi illi penitus à bonis patris ſui naturalis excludantur. ſiquidem bonorum poſſeſſionem *unde Cognati* habeant; adeoque tertio demum ordine admittantur, ſi nulli defuncto ſuperſtites ſint liberi ſui heredes, vel emancipati

vel

Digitized by Google

vel etiam agnati. L. 1. & 2. *ff. unde cognat.* Ratio manifeſta eſt: quia liberi iſti jus cognationis, utpote naturale etiam poſt emancipationem & adoptionem in familia patris naturalis retinuerunt. *d.* L. 1. §. *Cognationem.* 4. *verſ. evenit igitur. ff. d. t.*

§. *Sed ea omnia*, 14.

Correctio juris veteris circa liberos adoptivos, hic proponitur *ex* L. *penult. C. de adopt.* De eadem uberius explicatum eſt *in* §. *ſed hodie.* 2. *ſupra de adoption.* & §. *adoptivi* 4. *cum* §. *ſeq. ſupr. de exhered liber.* Cæterum valdè mirandum eſt; hoc jus novum neque magnæ rei, neque induſtriæ, toties in hiſce Inſtitutionibus repeti, atque ad faſtidium inculcari. Quod utrum jactantia, an oſcitantiâ noſtrorum acciderit, non habere ſe dicere, inquit Weſenbecius *hic in princip.*

§. *Item vetuſtas*, 15. *cum* §. *ſeq.*

*Nepotes ex filia.* Priori juris veteris correctioni additur hoc loco altera, de ſucceſſione maſculorum & fæminarum, ſive de differentia inter nepotes ex filio & nepotes ex filia prognatos. Etenim jure antiquo

quo nepotes, pronepotes, cæterique ex maribus deſcendentes, in infinitum parentibus ſuccedebant: nepotes autem pronepotes & cæteri ex filiabus non ſuccedebant avo, proavoque materno: quoniam ſui non erant. §. *cæteri. 3. ſupra de hered. qual. & differ.* Cujus juris ratio procul dubio hæc erat: ne bona extra familiam transferrentur: quod accidit, cum ex filiabus nati ſuccedunt: ſi quidem hi non ſunt in avi ſui materni, ſed in patris ſui familia. §. *ult. ſupr. de patr. pot.* Verùm hoc jus quia durum ac naturæ quodammodo contrarium (ut pote quæ nullum ejuſmodi diſcrimen agnoſcit: cùm ejus votum ſit, ut liberi abſq; diſcrimine parentibus ſuccedant) videretur: idcirco ab Imperatoribus Valentiniano, Theodoſio, & Arcadio, hoc modo correctum eſt; ut tam nepotes & neptes ex filia, quàm ex filio ſuccederent avo vel aviæ: ita tamen ut nepotes ex filia, tertiâ parte minus acciperent: aut ſi nepotes ex filia ſoli ſupereſſent, agnatis quartam partẽ ſubſtantiæ defuncti concederent. L. *ſi defunctus. 9. C. de ſuis & legit. lib.* L. *ſi defunctus. 4. C. Theodoſ. de legit. hered. Lib. 5. tit.*

Tandem Juſtin. Imp. etiam illud jus emendavit & conſtituit; ut nepotes ex

ex filio & Nepotes ex filia, excluſis penitus agnatis & abſque ulla deminutione trientis vel quadrantis ad ſucceſſionem avi æqualiter non quidem in capita ſed in ſtirpes vocarentur. §. *ſed nos.* 16. *h. t.* L. *ult.* C. *de ſuis & Legit. liber.* Nov. 18. & 118. *cap.* 1.

# De Legitima Agnatorum Succeſſione.

## Tit. II.

### *Ad princip. Tit.*

EXplicato primo ſucceſſionis ab inteſtato ordine, quo liberi comprehenduntur; progreditur Imper. Juſtinianus ad ſecundum, qui ad agnatos pertinet. Nam deficientibus ſuis heredibus & emancipatis, quos Prætor inter ſuos vocat, itemque nepotibus & cæteris ex filia deſcendentibus, quos Imperatorum Conſtitutiones vocant inter ſuos; ex Lege XII. Tabb. hereditas ſecundo loco defertur agnatis & qui-

*1. Succedunt Agnati.*

quidem proximis, ſi plures ſint agnatorum gradus. §. 1. *in fin.* & §. *ſi plures.* 5. *infr. h. t.* L. 1. §. *poſt ſuos.* 9. & L. 2. *ff. de ſuis & leg. hered. Cajus* Lib. 2. *Inſtit. tit.* 8. *Ulpian. tit.* 26. & *Paulus* Lib. 4. *ſent. tit.* 8.

*§. Sunt autem agnati.* 1.

Repetitur hoc loco definitio agnatorum *ex §* 1. *ſupr. de legit. agn. tut.* & L. 2. §. 1. *ff. de ſuis & Legit.* quòd nimirum agnati ſint cognáti per virilis ſexus perſonas cognatione juncti. Cognati verò, qui nobis per fœminini ſexus perſonas conjunguntur. Inter agnatos igitur & cognatos hoc intereſt, quod inter genus & ſpeciem. Nam in agnatis & cognati continentur: in cognatis non utique & agnati. Verbi gratia, Patris frater, id eſt, patruus & agnatus eſt & cognatus: matris autem frater, id eſt, avunculus, cognatus eſt, agnatus non eſt. Alterum enim civile, alterum naturale nomẽ eſt. L. *inter agnatos.* 5. *ff. unde liberi.* L. *ult.* §. *inter. ff. de grad.* & *affin.*

*Agnatorum & Cognatorum definitio.*

*Differentia.*

*§. Per adoptionem.* 2.

Agnati non ſolum illi hic intelliguntúr, qui naturâ & ſanguine nobis junguntur: ſed etiam qui per adoptionem nobis copulati ſunt. L. 1. §. *ult.* & L. 2. §. *parvi autem.* 3. *ff. de ſuis & legit. her.* Nam ſi quis, cum filium habeat in poteſtate

*Agnati per adoptionem*

ſtate ex juſtis nuptiis procreatum, adoptet alium; hic filius adoptivus alteri filio naturali fit agnatus & conſanguineus: quamvis dubium non ſit, quin ii impropriè conſanguinei appellentur, ut Imperator hîc ait: propterea quod nullum jus ſanguinis adoptio, quæ merè civilis eſt, inducat. L. *qui in adoptionem.* 23. *ff. de adopt.*

§. *Cæterum.* 3.

*Differentia inter agnatos mares & fæminas.*

Olim inter agnatos mares & fæminas, quoad ſucceſſionem, differentia hæc erat: ut illi, etiamſi longiſſimo & remotiſſimo gradu eſſent; tamen ſuccedere poſſent jure agnationis: hæ verò non item, niſi ſorores conſanguineæ ſive germanæ adeoque in ſecundo gradu eſſent. U*lpian. in fragm. Inſtit. tit.* 26. *&* P*aul.* L*ib.* 4. *ſentent. tit.* 8. Rationem hujus differentiæ veteris attingit Imperator *hic in verſ. quod ideo ita conſtitutum, &c.* quia ſcilicet mares ſunt columnæ & conſervatores familiæ: ac proinde plus commodi ex ſucceſſionibus percipere debent: Sed quia iniquũ hoc & durum erat; ita in univerſum agnatas fæminas tanquam extraneas, à ſucceſſione agnatorum ſuorum repelli: Prætor iis bonorum poſſeſſionem, *Unde Cognati*, detulit: ſicque eos etiam ultra

ultra ſorores Conſanguineas ad agnatorum hereditatem vocavit; nullo amplius agnato aut cognato proximiore exiſtente, *hoc §. noſtro, verſ. ſed quia ſanè &c.* Cæterum Juſtinianus legem XII. Tabb. quæ fæminis æque ac maribus, quocunque gradu eſſent, agnatorum hereditatem deferebat, poſteriore jure abolitam, in uſum revocavit: ita ut hodie indiſtinctè, tam agnatæ quàm agnati ſuccedant: ſecundùm tamen gradus ſui prærogativam: hoc eſt, ut illi qui gradu proximiores ſunt, remotioribus præferantur, *hoc §. in fine.* L. *pen. & ult.* C. *de Legit. hered.* ***Sublata.***

*§. Hoc etiam addendum.* 4.

Juſtinianus Imper. ſexui fæmineo adeò favet; ut non contentus fuerit, fæminas agnatas agnatis maſculis, quoad ſucceſſionem æquiparaſſe; prout in fine §. præcedentis dictum: ſed inſuper unũ gradum cognationis in ſucceſſionem legitimam, id eſt, in ordinem agnatorum tranſtulerit: adeoque ſororis uterinæ, conſanguineæve liberos, ad hereditatem avunculi, una cum fratris liberis admittere voluerit *hoc §. & L. penult. §. ult.* C. *de* Legit. *hered.* Cæterum hodie non ſolũ fratris & ſororis filii filiæq; in ſuccedendo concurrunt: ſed tota

etiam

Digitized by Google

etiam cognatio in legitimam agnationem tranſlata eſt: ut pari omninò nunc jure cognati juxta ac agnati admittantur. *Nov.* 118. *c.* 4. Quin & noviſſimo jure defuncti frater non præfertur liberis præmortui fratris aut ſororis, ut jure veteri: ſed hi unà cum ſuperſtite fratre in bonis patrui aut avunculi, jure repræſentationis in ſtirpes ſuccedunt. *Auth. ceſſante. C. de* Legit. *hered. d. Nov.* 118. *cap.* 3.

§. *Si plures.* 5.

Declarat hoc loco Imp. Juſtin. quo ordine agnati ſuccedunt: nempe ut proximius gradu remotiores excludat: pares autē pariter admittantur. *Verbi gratiâ:* frater defuncti potior habetur fratris filio aut patruo. Frater enim in ſecundo eſt gradu: fratris filius & patruus ſunt in tertio. §. 2. *&* 3. *infr. de grad. cognat.* Proximus ergò in hac materia intelligitur, quem nemo antecedit, & is ultimus ſeu poſtremus, quem nemo ſequitur. L. 2. § 2. *&* 4. *ff. de ſuis & legit. hered.* L *ex duobus.* 34 *in princip ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* L. *proximus.* 92. *ff. de V. Signif.* Nec refert, ſit ne unus tantum agnatus in gradu illo proximo: an verò plures ſint agnati ejuſdemque gradus. Hi namque omnes ſimul ſuccedunt,

hoc

hoc §. noſtro. Neque adverſatur, quod Lex XII. Tabb. numero ſingulari ſive unitatis utitur, & proximum vocat, non proximos Etenim in uſu juris frequenter ſingulari appellatione utimur, cum plura generis ejuſdem ſignificare volumus. L. *in uſu*. 158. *ff. de V. S.* ſicut & contra plurali numero utuntur jurecon-ſulti pro ſingulari, de re unica loquentes; ut patet ex voce Liberorum, pugillarium, & Codicillorum. L. *non eſt*. 148. *ff. de Verb. Signif. Aul. Gellius Lib*. 2. *Noct. Atticar. c.* 13.

§. *Proximus autem*. 6.

De tempore quo quis proximus eſſe debeat, diſtinctè agit Imperator, & dicit: Aut teſtamentum quis nullum omninò fecit, & hoc caſu tempus mortis ipſius defuncti eſt ſpectandum: Aut teſtamentum quidem fecit, ſed ex eo nemo hereditatem adiit! & tunc reſpiciendum eſt tempus repudiatæ hereditatis, ſive deſerti ac deſtituti teſtamenti; licèt illud longo intervallo à morte ſit ſejunctum. *L. 7. §. interdum* 5. *& ſeq. ff. de ſuis & legit. hered.* Hucque referri poterit, quæ annotavimus *ad §. cùm autem 7. ſupr. tit. proximo*.

§. *Placebat.* 7.

Iſte § ut melius intelligatur, triplex jus diſtinguendum eſt: jus Civile antiquum, jus Prætoriũ & jus novum à Juſtiniano introductum. Jure antiquo ut in ſuorum heredum, ita & agnatorum hereditatibus ſucceſſio locum non habebat. *L.* 1. § *ſciendum* 8. L. 2. *in princ. ff de ſuis & legit. hered. Ulpian. in fragment. Inſtit. tit.* 26. § *ſi plures. verſ. quod ſi nemo &c.* Hujusq; ratio eſt, quia jus civile cũ ſit ſtrictum, non patitur ut hereditas uni ſemel delata, iterum deferatur alteri. *Paul. Lib.* 4. *ſent. tit.* 8 §. *in hereditate, &c.* Jure Prætorio (quod aſperitatem ac rigorem juris Civilis mitigare conſuevit) ſucceſſioni locus erat. Ceterum quia directò Prætor contra jus civile facere nihil potuit: admiſit tanquam cognatos, quos admittere non potuit tanquam agnatos. *hoc* §. *verſ. quod iterum. &c. tot. tit. ff & C. de ſucceſſor. edict.* Porrò jus novum admiſit ſucceſſionem in hereditatibus legitimis, & quidem non tantum ingenuorũ ſed et libertinorum. *ut hic in verſ. ſed nos nihil &c. &* §. *ſed noſtra.* 3. *infr. de ſucceſſ. Libert.* Idq; duplici de cauſa. Tum, quia cum jure Prætorio inter cognatos eſſet ſucceſſio,

Digitized by Google

ſio, abſurdum videbatur inter agnatos eandem non admitti: tum quia cùm in onere ſcilicet tutela ſit ſucceſſio, ita ut proximiori agnato vel mortuo vel capite deminuto ſuccedat in tutelæ adminiſtratione ſequens. *d. 3. §. penult. ff. de legit. tutor.* æquum viciſſim ſit, ut etjam ſucceſſio ſit in commodo hereditatis. ſecundùm naturam quippe eſt, commoda cujusq; rei eum ſequi quem ſequuntur incommoda. *L. ſecundum. 10. ff. de reg. jur.*

*§. Ad* Legitimam 8. *& ult.*

*Succeſſio patris in bona filii emancipati.*

Succeſſio olim patri in bona filii emancipati non aliter concedebatur, quàm ſi filium ſpecialiter contractâ fiducia emancipaſſet, hoc eſt, jus legitimæ ſucceſſionis ſibi expreſſè reſervaſſet. hoc §. noſtro in fine. Hodiè verò iſthæc fiducia in emancipatione ſemper intervenisſe intelligitur, licèt ſpecialis hujusmodi pactio de legitima hereditate conſervanda haud interpoſita fuerit: ac proinde parens filio ſuo emancipato ab inteſtato ex tacito pacto inter agnatos ſuccedit *L. ult. C. de emanc. lib* Ratio autem cur pater filio emancipato ſuccedat ab inteſtato, æquiſſima eſt: quia patri acceptũ ferre debet filius, quod jam omnia ſibi acquirat: qui ſi in poteſtate retentus

 fuiſſet,

fuiſſet, omnia patri acquiſiturus erat. L. *placet 79. ff. de acqu. vel omitt. hered. l. acquiritur. 10. §. 1. ff. de acquir. rer. dom.* ejuſque mortui bona pater erat occupaturus tanquam peculium & non tanquam hereditatem. *L. 2. ff. de caſtrenſ. pecul.*

---

# De Senatus conſulto Tertylliano.

## Tit. III.

### *Ad Princip. Tit.*

*Succeſſio matris in bonis liberorum.*

POſtquam *ex §. ult. tit. ſuperioris* intellectũ eſt, patrem quoq; inter agnatos vocari ad liberorum emancipatorum ſucceſſionem: Non erit rationi diſſentaneum aliquid jam ſubjicere de jure ſuccedendi matri dato. Et quidem jure XII. Tabb. mater à ſucceſſione liberorum penitus repellebatur, ut et liberi à ſucceſſione matris, autoribus Inſtiniano hic & Ulpiano in fragment. Jeſtitut. tit. 26. §. penult. Propterea quod mater liberis tantùm cognationis jure conjuncta eſt. *§. vulgò. 4. infr. de ſucceſſ.*

*cognat*

*cognat.* At jus civile vetus ſive XII. Tabb. cognatos non novit, ſed ſuos duntaxat & agnatos, ut qui gentis familiæque antiquitatem conſervarent. Cæterum Prætor naturali æquitate motus hujus juris duritiem ſuo more nonnihil mitigavit, & matri bonorum poſſeſſionem *Vnde cognati* accommodavit. Licèt enim jure civili deficiat: ſanguinis tamē ratio eam ad hereditatem vocat. *L.2.ff.unde cognat.* *Ex jure Prætorio.*

*§ Sed hæ juris anguſtiæ.1.*

Quia per Prætoris beneficium, cujus modo mentionem fecimus, matri nondum ſatis conſulebatur, utpote per quod tertio demum ordine poſt ſuos & agnatos admittebatur: Conſtitutio Claudii Imperatoris ſecuta eſt, quæ matri ſucceſſionem legitimam liberorum detulit, non tamen omnium, ſed eorum tantum, quos in acie amiſiſſet. *arg.princ.ſupr.de excuſat.tutor.* *Ex conſtitutione Claudii Imp.*

*§. Poſtea autem 2.*

Quando quidem Divi Claudii conſtitutio non generaliter, ſed in gratiam ſolumodo earum matrum promulgata videbatur, quæ filios in acie pro republ. fortiter pugnantes, amiſiſſent: ideo Senatus Conſultum Tertyll. matri, non *Ex Sctto Tertylliano.*

 etiam

Digitized by Google

fuiſſet, omnia patri acquiſiturus erat. L. *placet 79. ff. de acqu. vel omitt. hered. l. acquiritur. 10. §. 1. ff. de acquir. rer. dom.* ejuſque mortui bona pater erat occupaturus tanquam peculium & non tanquam hereditatem. *L. 2. ff. de caſtrenſ. pecul.*

---

# De Senatus conſulto Tertylliano.

## Tit. III.

### *Ad Princip. Tit.*

*Succeſſio matris in bonis liberorum.*

POſtquam *ex §. ult. tit. ſuperioris* intellectũ eſt, patrem quoq; inter agnatos vocari ad liberorum emancipatorum ſucceſſionem: Non erit rationi diſſentaneum aliquid jam ſubjicere de jure ſuccedendi matri dato. Et quidem jure XII. Tabb. mater à ſucceſſione liberorum penitus repellebatur, ut et liberi à ſucceſſione matris, autoribus Inſtiniano hic & Ulpiano in fragment. Jeſtitut. tit. 26. §. penult. Propterea quod mater liberis tantùm cognationis jure conjuncta eſt. *§. vulgò. 4. infr. de ſucceſſ.*

*cognat.*

Digitized by Google

*cognat.* At jus civile vetus ſive XII. Tabb cognatos non novit, ſed ſuos duntaxat & agnatos, ut qui gentis familiæque antiquitatem conſervarent. Cæterum Prætor naturali æquitate motus hujus juris duritiem ſuo more nonnihil mitigavit, & matri bonorum poſſeſſionem *Vnde cognati* accommodavit. Licèt enim jure civili deficiat: ſanguinis tamē ratio eam ad hereditatem vocat. L.2.*ff.unde cognat.*

*Ex jure Prætorio.*

*§ Sed hæ juris anguſtiæ.* 1.

Quia per Prætoris beneficium, cujus modo mentionem fecimus, matri nondum ſatis conſulebatur, utpote per quod tertio demum ordine poſt ſuos & agnatos admittebatur: Conſtitutio Claudii Imperatoris ſecuta eſt, quæ matri ſucceſſionem legitimam liberorum detulit, non tamen omnium, ſed eorum tantum, quos in acie amiſiſſet. *arg.princ.ſupr.de excuſat.tutor.*

*Ex conſtitutione Claudii Imp.*

§. *Poſtea autem* 2.

Quando quidem Divi Claudii conſtitutio non generaliter, ſed in gratiam ſolumodo earum matrum promulgata videbatur, quæ filios in acie pro republ. fortiter pugnantes, amiſiſſent: ideo Senatus Conſultum Tertyll. matri, non

*Ex Sctto Tertylliano.*

 etiam

etiam aviæ (quod tamen hodie correctum eſt & cautum ut avia etiam nepoti ſuccedat, ſervatâ inter aſcendentes prærogativâ *Nov.* 118. *c.* 2. *& Auth. defunct. C. ad Sc. Tertyll.*) plenius proſpexit, ſtatuitque: ut mater ingenua jus trium liberorum habens, libertina verò quatuor, ad bona filiorum filiarumve inteſtatorum admittatur, etiamſi filia familias ſive in patria poteſtate ſit. *hoc §. & l. 2. ff. ad Sct. Tertyll.* Hoc quippe præmio Senatus matres ad liberorum procreationem & educationem invitare voluit: cum & Reipublicæ interſit, civitatem liberis repleri. *L. 1. ff. ſolut. matr.*

*§. Præferuntur. 3.*

*Mater à quibus excludatur.*

Quod modo dictum eſt, matrem ex Senatusconſulto Tertylliano ad bona filiorum filiarumve inteſtatò mortuorum admitti: id non per omnia procedit. Primo enim liberi à defuncto filio relicti ſuperſtites ab ejus legitima hereditate matrem excludunt, ſive ſint ſui ſive ſuorum loco, velut emancipati. *§. emancipati. 9. ſupr. de hered. quæ ab inteſt. def.* ſive primi ſint gradus, ut filii, ſive ulterioris ut nepotes, pronepotes & deinceps. Hi namque omnes liberorum appellatione veniunt. *L. liberorum* 220. *in pr. ff. de Verb. ſignif.* Deinde matri præfertur

fertur pater utriuſq; ideſt, tam filii quàm filiæ, emancipatorum ſcilicet. Hoc §. noſtro, verſ. pater verò. *L.* 2. §. *objicitur.* 15. *ff. ad SC. Tertyll.* Nam quando patris in poteſtate manentes decedunt: non relinquunt ſucceſſionem aut heredes: ſed jure peculii & poteſtatis bona eorum pater occupat. L. 1. & 2. *ff. de caſtrens. pecul.* Avus autem & proavus defuncti matri non præferuntur: cùm mater illis ſit propinquior defuncto. *d. L.* 2. § *objicitur.* 15. *verſ. ſed neq; avus ff. ad ſc. Tertyll.* Præterea frater conſanguineus ſive ſolus ſit, ſive ſoror itidem, una cum ea ſuccedit æquis partibus & defuncti matrem excludit: ſoror autem Conſanguinei ſola una cum matre defuncti ſuccedit, hoc §. verſ. frater autem. *d. l.* 2. §. *ſi ſit conſanguinea.* 18. & *L. ſi quis.* 7 *ff. eod. tit.*

*§. Sed nos.* 4.

Duo Juſtinianus in Senatusconſulto Tertylliano emendavit, quorum primum in hoc, alterum ſeqq. §. exponitur. Itaq; conſtituit Imperator: Ut mater ſive ingenua eſſet, ſive libertina, ſive plures liberos habuerit, ſive eum ſolum, cujus de ſucceſſione quæritur, indiſtinctè filio defuncto ſuccedat. *hoc* §. & *l.* 2. C *de jur. lib.* Ratio hujus emendationis hæc eſt, tum quod mater ingentes do-

*Ex emendatione Iuſtiniani.*

dolores & pericula puerperii ſive partus ſuſtinere cogatur. *L. aſſiduis.* 12 §. 1. C. *qui potior. in pignor. hab.* Tum etiam quòd ei nil quicquam imputari poſſit, quòd pauciores quàm tres vel quatuor liberos pepererit: Adeoque impium ſit, caſum iſtum fortuitum in ejus detrimentum admittere, hoc eſt, propter paucitatem liberorum, matrem ſucceſſione defraudare: cùm neque alias à quoquam caſus fortuitus præſtari debeat. *L. contractus* 23. *in fin. ff. de Reg. jur.*

§. *Sed cum antea.* 5.

Alterum emendationis circa ſenatus conſultum Tertyllianum, membrum hic proponitur, quo mater omnibus legitimis perſonis, id eſt, agnatis, ſine veteri diminutione partis tertiæ, in ſucceſſione filii præfertur: ſolis fratribus & ſororibus defuncti exceptis, ſive conſanguineis ſive ſola jura cognationis habentibus, ſeu uterinis, qui unà cum matre ſuccedunt: hoc tamen obſervato diſcrimine, ut matre cum defuncti ſororibus ſolis concurrente, hereditatis diviſio fiat in ſtirpes: concurrente verò eadem cum fratribus defuncti vel ſolis, vel ſimul cum ipſis etiam ſororibus, hereditas in capita diſtribuatur, adeoque tot partes fiant,

quot

quot ſuccedentium ſunt perſonæ. *hoc §. in fine* & L *ult*. C. *h. t.*

*§. ſed quemadmodum 6.*

Limitatio hoc loco illius, quod dictum eſt, matri dari ſucceſſionem in bonis filii vel filiæ, affertur: ut nimirum id procedat, quando mater debitum officium liberis in petendis idoneis tutoribus præſtitit: non etiam, ſi neglectu liberorum ſucceſſione indignam ſeſe reddidit. L. 2. §. *ſi mater.* 23 *ff. ad Sc. Tertyll. L.* 2. §. 1. *ff. qui pet. tut. l. matris.* 6. C. *d. t.* *Neque* intereſt, ſintne liberi naturales, an ex juſtis ac legitimis nuptiis procreati. Hoc enim delicto, dum ſuæ ſoboli mater non conſuluit, ſe indignam ejus hereditate effecit. *d. l.* 2. §. 1. *ff.* & *l. ult.* C. *qui pet. tut. vel curat.*

*§. Licet autem. 7. & ult.*

Huc uſque expoſita, non tantùm in hereditatibus liberorũ legitimorum & juſtorum; verum etiam illegitimorum, locum ſibi vindicant: ita ut mater non minus ſpuriis & vulgò quæſitis, quam juſtè procreatis ſuccedat Etenim quoad matrem, quæ jure naturæ & ſanguinis cognata eſt, nulla inter naturales & legitimos liberos differentia attenditur. L. 1. §. *ff. ad Sc. Tertyll.* & *l. ſi ſpurius.* 4. *ff. und. cognat.*



Digitized by Google

# De Senatus conſulto Orphitiano.

## Tit. IV.

### *Ad Princip. Tit.*

*Succeſſio liberorum in bonis matris.*

QUa ratione mater liberis ex Senatus conſulto Tertylliano ſuccedat, titulo ſuperiore expoſitum eſt: nunc è contrario, quomodo matri beneficio Senatus conſulti Orphitiani ſuccedant liberi, ſubjicitur. Quemadmodum autem ex priore Senatusconſulto mater ſuccedit filio vel filiæ, etiamſi illa in patria ſit poteſtate: At ex hoc Senatus conſulto matri inteſtatæ filius vel filia ſuccedit, quamvis patris in poteſtate ſint, etiam excluſis conſanguineis & agnatis defunctæ matris. L. 1. *l. matris. 4. l. filii. 6. & L. penult. ff. ad Sc. Tertyll.* & hoc princip. Neutram igitur ſucceſſionem patria poteſtas impedit: propterea quod utraque ſucceſſio ratione plane naturali, nimirum jure ſanguinis, quod jure civili dirimi non poteſt, nitatur. *L. jura ſanguinis, 8. ff. de Reg. jur.*

§. Sed

§. *Sed cum ex hoc.* 1.

Sicut ex Senatus conſulto Tertylliano avia non admittebatur ad ſucceſſionem nepotis vel neptis : ita vice verſâ ex hoc Senatus conſulto Orphitiano neque nepotes vel neptes ſuccedere aviæ poterant. *hoc §. noſtro.* Sed Principum conſtitutionibus, quæ circa hoc Senatus conſultum factæ ſunt, id emendatum eſt, & ſancitum : ut non ſolum filius & filia ad matris ; verum etiam nepotes ac neptes ad ſucceſſionem aviæ inteſtatæ vocentur. *L. ſi defunctus.* 4. *C. Theodoſ. de legit. hered.* Cæterum jure noviſſimo dubium non eſt ullum, quin mutua parentum & liberorum ſucceſſio in infinitum habeat locum. *Nov.* 118. *c.* 1. *&* 2. *Aviæ.*

§. *Sciendum.* 2.

Ait Imp. Juſtinianus ; ſucceſſiones quæ ex Tertylliano & Orphitiano Senatus conſultis deferuntur, minima capitis deminutione, id eſt, emancipatione non tolli, aut perimi. Cujus ratio hæc eſt : quia iſthæc capitis deminutio non perimit novas hereditates, hoc eſt, eas ſucceſſiones, quæ ex novis legibus ſive Senatus conſultis, poſt legem duodecim tabularum factis, deſcendunt : ſed tantum veteres *Hereditates novæ & veteres.*

hereditates, id eſt, quæ lege XII. Tabb. ratione ſuitatis vel agnationis deferuntur, *hoc § & l 1. §. capitis. 8 ff. ad Sct. Tertyll. l. capitis. 11. ff de ſuis & legit. hered.* L. *Tutelas. 7. ff. de cap. min.* Ratio rationis ſive hujus differentiæ non obſcura eſt; quia veteres hereditates nituntur ſolummodo cauſa civili, puta jure poteſtatis vel agnationis; novę autem nituntur ratione naturali, nimirum jure cognationis & ſanguinis. Atqui exploratum eſt: quod civilis ratio civilia quidem jura corrumpere poteſt, naturalia verò non utique. *§ ult. ſupr. de* Legit. *agn. tut. l jura ſanguinis. 8. ff. de reg. jur.* Porrò rectè dictum eſt, capitis deminutione minima veteres duntaxat hereditates perimi. Etenim maxima & media capitis deminutionibus etiam jura cognationis; ac proinde ſucceſſiones quoque novæ ex novis legibus natæ pereunt. *§. quod autem. 6. ſupr. de capit. demin.* effectus inquam illius cognationis tollitur, non ipſa cognatio, quæ eſt plane naturalis, *notante hic Ritterſhuſio. pag.* 357.

§. *Noviſſimè.* 3.

*Spurii non ſuccedunt matri illuſtri.* Inquit hoc in §. Imperator, quòd ex Senatusconſulto Orphitiano etiam vulgò quæſiti ſive ſpurii ad matris legitimam

mam hereditatem admittantur L. 1. § 2. *ff ad ſc. Tertyll.* Excipitur mater illuſtris, cui ſpurii nō ſuccedunt, ſi modo extent liberi ex legitimo matrimonio procreati. L *ſi qua illuſtris.* 5. C. ad Sc. Orphit. ubi hujus rei hæc ratio additur: quia in mulieribus illuſtribus (quibus caſtitatis obſervatio præcipuum debitum eſt) nominari ſpurios, ſatis injurioſum, ſatiſque acerbum eſt.

§. *ſi ex pluribus.* 4 & *ult.*

De omnibus hereditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur, in genere hic traditur: quod, ſi pluribus ſimul deferatur ab inteſtato hereditas, uno illam repudiāte, portio ejus cæteris accreſcat L. 1. § *ſi nemo* 9. *ff. ad ſc. Tertyll.* L. *ſi ex pluribus.* 9 *ff. de ſuis & legit. hered.* quòd ſi verò quis prius moriatur, quàm portio accreſceret, jus accreſcendi ad heredem transmittit, *hoc §. noſtro in fine. d. l. ſi ex pluribus* 9 *ff. d. t. l. hæc ſcriptura.* 26. §. 1. *ff. de condit. & demonſt.* Ejuſque ratio hæc eſt; quia jus accreſcendi non eſt perſonale, ſed reale. *arg. l ſi totum.* 83. *ff de acqu. vel omitt. hered.* Ea autem beneficia, quæ rei cohærent, non perſonæ, ad heredem tranſeunt. L. *privilegia.* 196 *ff de reg jur.*

# De Succeſſione cognatorum.

## Tit. V.

### *Ad Princip. Tit.*

*Succeſſio Cognatorum.*

TErtius ſucceſſionis inteſtatæ ordo, jure honorario ſive prætorio introductus, hoc titulo continetur. Cũ enim cognati Lege Decemvirali ab hereditate legitima prorſus excluderentur, neq; ullo vel Senatus conſulto vel Principali reſcripto adjuvarentur: illis Prætor ex æquitate mederi voluit. Afferuntur autem hic quatuor perſonarum genera quæ tertio iſthoc cognatorum ordine à Prætore vocantur; de quibus luculenter diſſeritur *in §§. ſubſequentibus.*

§. *Qua parte*, 1.

1 Cognati, quos tertio hoc ordine Prætor ad ſucceſſionem inteſtati vocat, ſunt primò agnati, capite minuti, ſive emancipati, eorumq; liberi. *L. legitimis. 5. ff. und. cognat.* Hi enim licet minima capitis deminutione deſinant eſſe agnati: nõ tamen deſinunt eſſe cognati. Emancipatio namq;, utpote civilis, cognationem naturalem tollere & abolere non potuit *§. ult ſupr. de legit. agn. tut.* Cæterum Anaſtaſius Imp. emancipatos fratres ſive

ſorores una cum fratribus integri juris conſtitutis (id eſt, qui in poteſtate remanſerunt, atq; ita integrum jus agnationis retinuerunt) ad legitimam fratris ſororisve hereditatem ita vocat, ut duplo plus ſinguli ex integris, hoc eſt nō emancipatis accipiant, quàm emancipati. *L.11 & l. ult. §.1 C. de legit. hered. l.4. C. de Legit. tutel.* §. *Eos etiam.* 2.

Secundò vocantur & admittuntur à Prætore tertio hoc proximitatis gradu seu ordine ad bonorū poſſeſſionem unde cognati illi, qui per fæminini ſexus perſonas ex tranſverſo cognatione junguntur, i.e. cognati propriè ac in ſpecie dicti. *§. , de leg. agnat. tut. & §.1 de leg. agn. ſucc.* Proximitatis nomine h. l. cognatio naturalis ſignificatur. Nā in ea ſola proximior ſpectatur. In ſuorum autem agnatorumve ordine, non tam quis ſit gradu proximior, quam quis ſuus, quiſve agnatus ſit, conſideratur: atq; ſic remotior interdum proximiorem excludit, *docente hic Tuningio & VVeſenbecio n.1.* 2.

§. *Liberi quoque* 3.

Tertiò liberi adoptivi ad hæreditatē patris naturalis hoc tertio ordine vocantur, *hoc §. & l.1. §.4. ff. unde cogn.* Ratio eſt: quia per emancipationem ſive adoptionē, patria poteſtate ſoluta, deſierunt eſſe ſui heredes, nec etiam à Prætore 3.

juvantur tanquam liberi : quoniam jure civili ipſis eſt proſpectum : cùm patri ſuo adoptivo ſuccedant. Ceſſat quippe Prætorium ſeu extraordinarium auxilium, ubi eſt ordinarium. L. *in cauſa.16.ff de minor.25.ann.*

*§.Vulgò quæſitos.4.*

4. Quartò & ultimò liberi vulgò quæſiti hoc tertio cognatorum ordine, tam inter ſe invicem quàm matri ſuæ & aviæ maternæ ſuccedunt. *hoc §.& l.ſi ſpurius.4.l.Modeſtinus.8 ff.und.cognat.* non item patri : quia nullum patrem habere intelliguntur, *hoc §.noſtro.* vel quia patrem demonſtrare non poſſunt, vel poſſunt quidem, ſed eum habent, quem per leges habere non licet. L. *vulgò concepti.23.ff.de ſtat.homin.*

*§.Hoc loco.5.& ult.*

Differentia inter agnatos & cognatos, quoad ſucceſſionem hic affertur illa : quod agnati ad hereditatem admittantur, etiamſi decimo ſive longiſſimo gradu ſint, hoc eſt, in infinitum : cognati vero uſq; ad ſextum duntaxat vel ſeptimum gradum, ſi ex ſobrino vel ſobrina nati ſint, ſuccedant. L.1.§.*hæc autem 3.ff.und.cognat.* At hodie cognati

non

non amplius ad ſextum gradum, ſed in infinitum cum ipſis agnatis ſuccedunt: ſalvâ tamen ſemper gradus prærogativa. *Nov.* 118. c. 4.

# De Gradibus Cognationum

## Tit. VI.

### *Ad Princip. Tit.*

QUando quidem ſuperioribus titulis ſæpius repetitum eſt: agnatos ut & cognatos, ab inteſtato ſuccedere ſecundum ſui gradus prærogativam: ita ut qui prior in gradu ſit, potior etiam in ſucceſſione habeatur: idcirco perquam neceſſarium fuit, graduum computationem hoc titulo tradere; ut ea perſpecta, ſtatim dignoſcere poſſimus, quoto quiſque gradu ſit, quique cui præferri debeat. Gradus autem dicti ſunt à ſimilitudine ſcalarum locorumve proclivium. Ut enim ibi de proximo in proximum aſcendimus vel deſcendimus, ita & hic una generatio ex alia perpetuo de- *Gradus unde dicti.*

deſcendit, & de una generatione ad alteram tranſimus ad aliam. L. *ult.* § *gradus.* 10. *ff. de gradib. & aff.n.* Cæterum cognationis verbum generali ſignificatu hoc loci accipitur: ut tam agnatos quam cognatos, ſive tam agnationem quam cognationem in ſpecie ſumptam comprehendat § *agnationis* 8. *infr. h. t. & d. l. ult.* § 1. & 2. *ff. eod.* Ejus triplex linea ſeu ordo hic indicatur: ſuperior, qui eſt parentum ſive aſcendentium; inferior, qui eſt liberorum ſeu deſcendentium: & ex tranſverſo vel à latere, qui eſt fratrum ſororumve, eorumq; qui ab iis deſcendunt, id eſt, agnatorum & cognatorum. L. 1. *in princ ff. de grad. & affin.* Cæterum ſuperior, inferiorque cognatio, à primo; lateralis verò ſive ex tranſverſo à ſecundo gradu incipit. Hujuſque ratio eſt perſpicua: quia gradus ex generatione oritur. § *hactenus* 7. *infr. h. t.* Inter fratres autem & ſorores, cum non ſit generatio (non quippe frater ex fratre generatur) nec gradus eſſe poteſt. Ideoque ut in latere ſive tranſverſo limite reperiatur gradus, generatio inquirenda eſt, & aſcendendum ad eos, à quibus fratres ſunt generati; ut ſunt pater & mater, qui in primo conſtituti ſunt gradu: unde ſtatim ad fratrem & ſororem pervenitur, ſecun-

*Linea.*

ſecundusque gradus efficitur. *d.l.ult.§.9. verſ. idem fit. ff. de grad. & affin.*

*§. Primo gradu.* 1.

Primo cognationis gradu 4. perſonæ, nomine differentes, hic recenſentur ex Paulo jureconſulto. *in l. ult. §. 12. ff. de gradib. & affin.* nimirum ſurſum verſus duę, Pater et mater; deorſum verſus itidem duæ; Filius & filia: qui licèt plures eſſe poſſint, numerum tamen graduum non augent: cum inter ſe non differant, adeoque pro uno eodemq; conputentur, *docente Mynſingero hic numer. 2.* *Gradus 1.*

*§. Secundo gradu.* 2.

Secundo gradu cognationis 12. continentur perſonæ, duplicatis nempe h. l. perſonis enumeratis. Duo namque avi ſunt, & duæ aviæ à patre ſcilicet & matre: nepos item ac neptis, tam ex filio quam ex filia: denique frater & ſoror, tam ex patre quam ex matre. L. *ult. §. ſecundo gradu. 13. ff. de grad. & affin.* ubi notandum, quod ex proprietate ſignificationis appellatione fratris non veniat ſoror: niſi eadem ratio ſubſit. L. *tres fratres. 37 ff. de pact. l. ſi ita ſit ſcriptum 45. ff. de legat. 2. Alciat. in l. 1. num. 2. ff. de Verb. ſignif.* Econtra verò appellatione ſororis frater nunquam includitur, 2.

etiamſi

etiamſi eadem ſubeſſet ratio : quandoquidem ſermone fæminino ſexus maſculinus neq; proprietate ſermonis, neque interpretationis beneficio comprehenditur. L. *ſervis legatis*. 81. *in prin. verſ. ancillis ff. de* Legat. 3. *d. l. ſi ita ſit ſcriptũ*. 45. *ff. de* Legat 2. ubi Pomponius hanc rationem aſſignat: quod exemplo peſſimum ſit, fæminino vocabulo ſive ſermone etiam maſculos contineri.

§. *Tertio gradu*. 3.

3. Tertius gradus cognationis complectitur perſonas triginta duas ; ſedecim rectas: totidemque tranſverſas : quas omnes recenſet Paulus *in* L. *ult*. § *tertio gradu*. 14. *ff. de grad. & affin*. Illud hic obſervandum eſt : quod vocula illa (θεῖος) cum ſimpliciter ponitur, promiſcue intelligi poſſit, vel de avunculo vel patruo. L. *cum quis*. 37. §. *codicillis*. 5. *ff. de Legat*. 3. Itaque Græci ut hanc dubitationem tollant, aliquam notam addere ſolent, ut apud Æſchinem in quadam ad Cteſiphontem epiſtola eſt ; ὁ ἐκ μητρὸς θεῖος, ut ſignificetur avũculus Apud Lucianum in ſomnio itidem eſt ὁ ἡμῶς μητρὸς θεῖος Sed et Juſtinianus Imp. ſæpius hac voculâ utitur in ſua novella conſtitutione 118 c. 3.

Quar-

Quarto cognationis gradu continentur perſonæ octoginta, de quibus videatur Cajus in l 1. §. *quarto gradu.* 6 & Paulus in. L. *fin.* §. *quarto gradu.* 15. *ff. de grad. & affin.* Conſobrini autem appellatio ambigua eſt. Nam propriè conſobrini dicuntur, qui duabus ex ſororibus nati ſunt: abuſivè verò etiam, qui ex fratribus: tametſi hi verius patrueles dicantur, *hoc* §. *noſtro & legibus modo allegatis.* 4.

§. *Quinto gradu.* 5.

Quinto gradu cognationis comprehenduntur perſonæ centum octoginta quatuor, juxta lectionem Holoandri: quamvis alii centum & nonaginta duos numerent. *L. ult.* § *quinto gradu.* 16 *ib q; Gothofred. ff. de gradib. & affin.* 5.

§. *Sexto gradu.* 6.

In ſexto cognationis gradu numerantur perſonæ quadringentæ quadraginta octo, ſecundum dinumerationem Pauli in. L. *fin.* § *ſexto gradu.* 17. *ff. de grad. & affin.* Porro tritavus dicitur, quaſi tertii avi avus. Avus quippe eſt abavi, qui patris tertius avus eſt: ſicuti trinepos tertii nepotis, nimirum abnepotis nepos, *notante Mynſingero hic num.* 2. 6.

§. *Hacte-*

§. *Hactenus.* 7.

Ait Imp. Juſtinianus, quòd generata quæq; perſona gradum adjiciat: hoc eſt, quantum generationum numerus, tantundem graduum numerus excreſcat: quippe cum gradus nihil aliud, quàm generatio cenſeatur. Sed quæ vera ſit dinumerandorum graduum ratio, explicatiùs perſecuti ſumus in publicis noſtris commentar. *ad hunc §. num.* 4. *& ſeqq.*

§. *Agnationis.* 8.

Agnationis gradus ſimiliter numerantur, ut Cognationis, hoc §. noſtro. Nam & agnati ſunt cognati generaliter verbo cognatorum accepto. *L. ult. §. cognati.* 2. *ff de gradib. & affin. L. pen. ff. und. legit.*

§. *Sed cum magis.* 9. *& ult.*

Ex hoc §. diſcendum: quòd rei cujuſq; cognitio certiùs ex oculorum quàm aurium ſenſu percipiatur. Hujuſq; ratio hæc deſignari poterit: quia aſpectus per ſe ac vi ſua, nulliusq; alterius operâ percipit: auditus verò alienâ operâ, *teſte Ariſtotele in libro περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν, qui de ſenſu & ſenſilibus.*

De

# De Servili Cognatione.

## Tit. VII.

### *Ad Princip. Tit.*

SUperiori titulo de liberorum hominum cognatione eſt dictum: reliquum eſt, ut & de ſervorum cognatione diſpiciamus. Nam in ſervitute quoque cognationem contrahi probabilius eſt: quippe cum cognatio ſit juris naturalis. § 1 *ſupr. de ſucceſſ. cognat §. fin. ſupr. de legit. agnat. tut.* quod ſervis cum liberis hominibus eſt commune *L. quod attinet.* 32. *ff. de Reg jur.* Cæterum cum illius cognationis jure civili nulla fuerit unquam habita ratio. L. 1. §. 2. ff. und. cognat. inde accidiſſe videtur, quod nec jure Prætorio ſerviles iſti cognati, poſtquam ſervitute liberati ſunt, inter cognatos fuerint admiſſi. Verũ Juſtinianus Imp. æquitatem naturalem ſecutus, conſtituit, ut liberi ex ſervili cõſortio ſive contubernio procreati, cum

*Cognatio Servilis.*

*Succeſſio.*

cum & ipſi & parentes ad libertatem pervenerint, poſſint parentibus ſuccedere excluſo patrono, qui prius liberis ſui liberti præferebatur, & præterea liberi ipſi ſibi invicem ſuccedant, ſive illi ſint, qui ex contubernio ſunt nati, ſive cum iis alii, qui poſt manumiſſionem juſtis ex nuptiis ſunt ſuſcepti, concurrant. Porro iſta Juſtiniani conſtitutio in corpore Gothofredi eſt L. 4. §. *illud.* 10. C. *de bonis libert. & jur. patronat.* reſtituta à Cujacio. Lib 20. *obſervat. cap.* 34.

§. *Repetitis.* 1.

Quod dictum eſt ſupra; eos qui pari in gradu ſunt, pariter ſuccedere. §. *ſi plures.* 5. *ſupr. de* Legit. *agn. ſucceſſ.* item, gradu proximiorem excludere remotiorem. §. 1. *verſ. non tamen.* & §. *proximus.* 6. *ſupr. d. t.* illud non eſſe perpetuum hoc loco oſtenditur. Etenim ſui heredes ſive in pari gradu ſint, ſive etiam in remotiori, nihilominus tamen aſcendentibus vel parentibus & ex tranſverſo conjunctis ſive collateralibus præferuntur: Itemque agnati etiam remotiores excludunt cognatos proximiores: quod Juſtinianus hic exemplis aliquot luculenter declarat, ſane hodie agnatum non amplius præferri cognato, apparet *ex Novell.* 118.

De

# De Succeſſione Libertorum.

## Tit. VIII.

### *Ad Princip. Tit.*

CUm de ingenuorum ſucceſſione diſputatum ſit hactenus; bono ordine hoc in titulo de ſucceſſione libertorum tractatur. Primùm autem quomodo ex Lege XII. Tabb. libertis ſuccedatur, traditur: deinde quemadmodũ jure Prætorio: poſtea quo pacto ex lege Papia: deinceps qua ratione novo jure & ex conſtitutione Juſtiniani. Unde pateſcit: quatuor ſubinde diverſa jura de iſthac ſucceſſione fuiſſe prodita. Ad primum quod attinet: antiquiſſimâ lege XII. Tabb. patronus eo demum caſu ad liberti ſucceſſionem admittebatur, quo Libertus neque teſtamentum feciſſet, neque ſuum heredem reliquiſſet. Libertum porrò hic accipere debemus eum quem quis ex ſervitute ad Civita-

*Succeſſio libertorũ ex L. XII. Tabb.*

tem Romanam perduxit, ſive ſponte, ſive rogatus ſit, eum manumittere. L. 3. §. 1. *ff. de ſuis & legit. hered.*

§. *Quade cauſa.* 1.

*Ex jure prætorio.* Alterum jus de ſucceſſione Libertorum hic affertur; nempè Prætorium, quo patronis tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato proſpectum fuit: ſiquidem libertus liberos naturales & legitimos ſimul, id eſt, ex juſtis nuptiis procreatos non reliquiſſet. *L. 1. ff. de bon. libert.* & explicatiùs Imperator ipſe hic proſequitur.

§. *Poſtea verò.* 2.

*Ex Lege Papia.* Tertium hoc loci jus ſubjicitur, lex nimirum Papia, qua conſtitutum fuit, ut ſi libertus fuerit locupletior ac centum millia ſeſtertiûm, id eſt, (ut cenſet Mynſingerus hic ſub num. 6.) mille aureos illius ætatis, in bonis habuerit, ac pauciores quam tres liberos reliquerit: tunc indiſtinctè, ſive teſtamentum factum eſſet, ſive non, in virilem portionem admitteretur patronus, ac tantum quantum unus ex liberis acciperet: ſin tres ille reliquerit liberos, patronus omnino repelleretur, *hoc §. noſtro in fine.*

§. *Sed noſtra.* 3.

*Ex jure novo Juſtiniani.* Attexitur hic quartum & novum jus à Juſtiniano ſuper libertorum ſucceſſio-

ne

ne inductum; quo jure ſi patrimonium liberti minus ſit centum aureis, ei teſtari licet præterito patrono: ab inteſtato autem ejus liberi patronum excludent. Sin verò patrimonium liberti centum aureorum ſit, aut hanc ſummam excedat, isque teſtamentum fecerit, cùm nullos habeat liberos, vel eos exheredarit: tertiam bonorum partem patronus conſequetur. Porrò non ſolùm ipſe Patronus, qui manumiſit Libertum; ſed poſt ejus mortem liberi quoque ipſius, nec non cognati & agnati, ſalvâ tamen ſemper prærogativâ gradus, ad ſucceſſionem liberti vocantur: quoniam & hi manumiſſoris jure cenſentur. L. *quæritur.* 38. *ff. de bon. libert.* & L. *Liberi.* 8. *ff. de adſign. lib.*

*§. Sed hæc de iis.* 4. *& ult.*

In hoc §. exponit Imperator, quinam ſint liberti quibus ſuccedatur: & ait, quocunque modo manumiſſi ad libertatem pervenerint, Libertos eſſe. Eſt enim hodie unum duntaxat Libertinorum genus, ſublatâ veteri differentia Dedititiorum, Latinorum & Civium Romanorum. L. *un. C. de dedit. lib. toll.* L. *un. C. de Latin. Lib. toll.* §. *ult ſupra de Lib.*

# De Aſſignatione Libertorum.

## Tit. IX.

### *Ad Princip. Tit.*

QUod ſupra titulo proximo expoſitum eſt, non tantùm patronum ipſum; ſed etiam ejus liberos liberto ſuccedere: ejus exceptio hic affertur, per Senatusconſultum Claudianum introducta, hæc nimirum, niſi patronus uni ex liberis libertum aſſignaverit. *Aſſignatio liberti* Aſſignatio namq; iſta hanc vim habet; ut quantum ad bona liberti attinet, eum ſolum faciat patronum ipſius, cui aſſignatus eſt, & cæteri liberi in illis nihil habeant juris, *per hoc princip.* Rectè autem dicitur, quantum ad bona liberti attinet. Etenim in reliquis partibus jus patronatus commune eſſe videtur, & æqualiter in liberos tranſit, monente hic Weſenbecio. Ratio hujus exceptionis eſt patria poteſtas, qua pater

non

non ſolum poteſt uni liberorum plus dare, quàm alteri: ſed etiam planè ab hereditate ſuâ, quem vult excludere. L. *in ſuis* 11. *ff. de liber. & poſthum. her. inſtit. tot. tit. ſupr. de exher. liber.*

§. *Nec tantum*, 1.

Quemadmodum aliàs maſculinum complectitur fæmininum. *L.* 1. *ff. de Verb. ſignif.* ita & hic liberta uni ex filiis aſſignari poteſt: & non ſolum filio ac nepoti, ſed etiam filiæ aut nepti. Quin & is libertus, qui apud hoſtes eſt, aſſignari poterit, propter ſpem ſcilicet poſtliminii. L. 1. §. *is quoq;* 2. *ff. de aſſign. libert.* *Liberta.*

§ *Datur.* 2.

Poteſtas aſſignandi iis demum permittitur parentibus, qui duos pluresve liberos in poteſtate habent: ac proinde ſi patronus filio, quem in poteſtate habet, libertum aſſignaverit, & poſtea filium emancipaverit, aſſignatio evaneſcit, *hoc* § *noſtro*, idq; ſecundùm vulgatam regulam, per quam ea quæ ab initio conſtiterunt, poſtea evaneſcunt, ſi recidant in illum caſum, à quo incipere non poterunt. L. *pro parte.* 11. *ff. de ſervitut.* L. *exiſtimo.* 98. & *L. pluribus.* 140. §. 2. *ff. de Verb. oblig.* L. 3. *in fin. ff. de his quæ pro non ſcript. habent.* *Aſſignandi libertos poteſtas cui detur.*

*§. Nec intereſt. 3. & ult.*

*Forma aſſignandi libertos* Aſſignatio à Patronis fieri poteſt quibuscunque verbis, vel nutu, vel teſtamento, vel codicillis, vel per Epiſtolã, vel teſtationem, vel chirographam, *hoc §. L. 1. §. 3. ff. de aſſign. libert.* Sed & vel purè vel ſub conditione, vel ex die certa, non autem uſque in diem certum fieri poteſt. L. *aſſignare. 7.* L. *ſub conditione. 10. &* L. *ult. §. ult. ff. eod. tit.*

---

# De Bonorum Poſſeſſionibus.

## Tit. X.

### *Ad Princip. Tit. cum §. 1.*

RES per Univerſitatem quatuor nobis acquiruntur modis: hereditate ſive ſucceſſione, bonorum poſſeſſione, arrogatione & bonorum libertatis conſervandæ cauſa addictione. *§. ult. ſupr. per quas perſ. nob. acquir.* De hereditate tam teſtamentaria quàm legitima huc uſque explicatum eſt: proximè

mè igitur ſupereſt bonorum poſſeſſio, de qua porrò diſſeratur. Bonorum poſſeſſio eſt jus perſequendi, retinendique patrimonii ſive rei, quæ cujuſque cum moritur, fuit. L. 3. §. 2. *ff. h. t.* quã definitionem fuſius declaravimus *in publicis noſtris commentariis*. Ex hoc autem *princip.* & §. 1. notandum eſt, bonorum poſſeſſionem à Prætore eſſe introductã partim emendandi, ſupplendi & impugnandi, partim etiam confirmandi juris Civilis cauſa, tam in ſucceſſionibus ab inteſtato, quàm ex teſtamento. Hoc quippe officium Prætoris eſt, cum ſit legum miniſter ac cuſtos & quaſi viva vox juris Civilis; non ſolùm tueri & exequi illud, verum etiam ubi opus eſt, ejus aſperitatem ac rigorem mitigare, defectum ſupplere, & iniquitatem corrigere; id quod exemplis hic ſufficienter declaratur.

*Bonorum poſſeſſionis definitio.*

*Origo.*

§. *Quos autem ſolus*, 2.

Ex hoc §. diſcendum; quod heredem ſive dominum faciat Lex, Senatuſconſulta & Conſtitutiones: Prætor verò nõ faciat. Lex ideo, quia ea à populo jubebatur: qui non modò bonorũ, ſed etiam corporis cujusque Civis dominus erat. Cum itaq; lex omnium humanarũ rerũ domina: ſequitur, in ej9 poteſtate fuiſſe,

*Heredem quæ faciant.*

 illas

illarum dominos conſtituere. *L. 2. ff. de Legib.* De Senatusconſultis autem & Conſtitutionibus hæc cauſa eſt: quod cum lege Regiâ populi poteſtas omnis in Principem ſit translata: cuncta unius arbitratu ac moderatione verti cæperunt. Principis igitur arbitratu Senatusconſulta conſtitutionesque, quæ vim legis obtinent, fiebant. At Prætor idcircò dominia rerum dare non poterat: quia legis tantùm jurisq; Civilis miniſter ac diſpenſator quidam erat: *docente Hotomanno hic enunciat. 1*

*§. Sunt autem. 3.*

*Diviſio B. P.* Bonorum poſſeſſiones aliæ ex teſtamento, ſeu potius occaſione teſtamenti deferuntur: aliæ verò ab inteſtato, ſive cùm nullum teſtamentum eſt factum. Ex teſtamento ſunt duæ: Bonorum poſſeſſio contra tabulas, & ſecundum tabulas: ab inteſtato autem octo. 1. Unde liberi. 2. Unde legitimi. 3. Unde decem perſonæ. 4 Unde Cognati. 5 Tanquam ex familia. 6. Unde Patroni eorumque liberi & parentes. 7. Unde vir & Uxor. 8. Unde cognati manumiſſoris. Quas poſſeſſiones omnes & ſingulas *in publicis noſtris commentariis* abundè expoſuimus.

*§. Sed*

*§. Sed eas quidem.* 4.

Decem poſſeſſionis bonorum ſpecies, Prætoria jurisdictione introductas, hactenus Imperator commemoravit: nunc quaſnam ex his approbârit, quas item abrogârit, ordine ſubjungit. Retinuit autem & confirmavit *hoc §.* ſex bonorum poſſeſſiones: duas ex teſtamento; contra tabulas & ſecundum tabulas: & quatuor ab inteſtato, unde liberi, unde legitimi, unde cognati, unde vir & uxor, eaſque bonorum poſſeſſiones ordinarias appellat *in fine hujus §.* non quod ſint juris Civilis, ſed quia ordine deferantur. *§. cum igitur. 6. ibi, easq; per ordinem diſpoſuiſſet. infr. h. t.* L. 1. *ff. quis ord. in poſſeſſ. ſervet.* ***Species B. P. retentæ.***

*§. Septima.* 5.

Superioribus bonorum poſſeſſionibus, tam teſtamentariis quàm ab inteſtato, ſubjicitur hoc loco alia quædam, quæ neutri generi certo ac ſtabili jure annumerari poteſt: ſed interdum ex teſtamento eſt, interdum ab inteſtato, prout res exigit: hoc eſt, prout aliquis vel ex teſtamento vel ab inteſtato ad bonorum poſſeſſionem vocatur ex



Digitized by Google

*Ex novis LL. Sctis & Constitutionibus.* novis Legibus, vel Senatusconſultis vel Conſtitutionibus. Exempli gratiâ: ex conſtitutione Hadriani Imperatoris defertur hereditas & bonorum poſſeſſio militis, ex militari delicto capitis damnati, cognatis uſque ad quintum gradum: qui tamen aliàs lege non vocabantur, propter capitis deminutionem militis. L. *ſi quis filio 6. §. ſed & ſi quis 6. ff. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſtam.* L. 1. & 2. *ff. de Veteran. & milit. ſucceſſ.* L. *ſi quis. 22. §. 1. ff. de legat. 3.* Hanc bonorum poſſeſſionem Prætor ultimum & extraordinarium auxilium vocavit, ut Juſtinianus hic indicat: eaque *quibus ex Legibus*, vel, *ut ex Legibus*, appellari poterit. L. *un. ff. ut ex LL. Sctis, bonor. poſſeſſ. det.*

§. *Cum igitur*, 6.

*Tempus petendi B. P.* In hoc §. tempus, ad petendam bonorum poſſeſſionem à Prætore præfinitum, deſcribitur, & oſtenditur, quòd liberi & parentes, tam naturales quàm adoptivi, bonorum poſſeſſionem petere debeant intra annum: cæteri autem agnati & cognati, intra dies centum. Ratio differentiæ, cur longius tem-

tempus conceſſum ſit liberis & parentibus, quam aliis, ab Ulpiano redditur; in honorem ſanguinis videlicet, ſeu propioris neceſſitudinis: quæ facit, ut penè ad propria bona venire videantur; ac proinde arctandi non erant. L. 1. §. *largius.* 12. *ff. de ſucceſſor. edict.*

*§. In petenda. 7. & ult.*

Attexitur hic explicatio temporis & dierum & formæ ſive modi petitionis bonorum poſſeſſionis, & traditur: in petenda bonorum poſſeſſione dies utiles ſingulos conſiderari. L. 2. *ff. quis ordo in poſſeſſ. ſervet.* Dies autem utiles ſunt, quibus quis & ſcivit ſibi delatam, & petere potuit bonorum poſſeſſionem L. 1. *ff. de diverſ. & temporal. præſcript.* L. 2. *C. qui admitt. ad bonor. poſſ.* Porrò de modo petendi bonorum poſſeſſionē ſciendum eſt: quod licet ea olim ſolennibus quibusdam verbis peti conſueverit. *arg. L. 1. ibi, ſi ſolenniter petierint bonorum poſſeſſionem, C. commun. de ſucceſſ.* hodie tamen qualiſcunq; teſtatio agnoſcendæ bonorum poſſeſſionis apud quemlibet judicem ſeu Magiſtratum facta ſufficiat. *L. ult. C. qui admitt. ad bonor. poſſeſſ. poſſ.* *Modus petendi.*



Digitized by Google

# De Acquiſitione per Arrogationem

## Tit. XI.

### *Ad princip. Tit.*

*Acquiſitionis per arrogationem à reliquis differentia.*

QUatuor ex modis acquirendi per Univerſitatem propoſitis in § ult. ſupr. per quas perſ. cuiq; acquir. tertius, nimirum arrogatio, ſub hoc titulo explicatur. Quæ acquiſitio à ſuperioribus duabus, nempe hereditate & bonorum poſſeſſione, cum in aliis rebus, tum quoad originem differt. Hereditas enim tam teſtamentaria, quàm legitima, eſt ex L. XII Tabb. aliave juris Civilis ſcripti parte introducta: bonorum verò poſſeſſio eſt ex Edicto Prætoris, *initiò tituli præcedentis* Aſt iſthæc per arrogationem acquiſitio moribus ſive conſuetudine eſt recepta & comprobata, per hoc princip. propterea quod patria poteſtate, quæ moribus inſtituta eſt, nititur. L. *patre furioſo.*

*ſo. 8. circa princip. ff. de his qui ſui vel alien. jur. ſunt.*

§. *Ecce enim.* 1.

Jure veteri univerſa arrogati bona arrogatori pleno jure acquirebantur. Cùm enim ipſe arrogatus in poteſtatem arrogantis tranſiret: conveniens videbatur, ut unà ſecum in ejuſdem poteſtatem bona quoq; & res, quæ ſunt veluti acceſſiones perſonæ, transferret. L. *ſi paterfamiliâs* 11. *in princ. ff. de adopt.* L. *qui ex liberis.* 11. §. 2. *ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab.* Excipiebantur ſolùm illa, quæ minima capitis deminutione pereunt. Hæc quippe & arrogatione, quæ & ipſa quædam capitis deminutio eſt, extinguuntur. §. minima 3. ſupr. de capit. demin. Cujuſmodi ſunt operæ officiales, jus agnationis & olim uſus & uſusfructus. Sunt enim hæc jura omnia perſonalia: quæ proinde perſonâ per mortem civilem ſeu capitis deminutionem extinctâ, ipſa quoque perimuntur. *arg.* §. *ſolvitur.* 5. *infr. de ſocietat.* & L. *privilegia.* 196. *ff. de reg. jur.*

*Quid arrogatori acquirebatur jure Vet.*

§. *Nunc autem.* 2.

Jure novo Juſtinianeo non omnia arrogati bona ad arrogantem tranſeunt. Siquidem bonorum adventitiorum ſolum is uſumfructum adipiſcitur, remanente

*Iure novo.*

nente proprietate penes arrogatum. Si vero arrogatus in poteſtate patris adoptivi moriatur: ad patrē pleno jure bona illi9 pertinent, *hoc* §. L. 6 *C. de bon. quæ lib.* ſunt r. perſonæ, quæ patrem in bonis filii antecedunt: ut liberi & fratres defuncti. Eos enim arrogatori præferri, æquitas naturalis ſuadet. *hoc* §. *L. ult. C. commun. de ſucceſſ.*

§. *Sed ex diverſo*. 3. & *ult*.

*Debita Arrogati*

Ex hoc § notandū: quod arrogator eorum nomine, quæ arrogatus ante arrogationē, debuit, non quidem ſuo ſed arrogati nomine conveniatur: idq; ex æquo & bono: cum alioqui ipſe arrogator jure ipſo non teneatur, niſi de eo quod poſt arrogationem arrogatus contraxit, peculio arrogati tenus videlicet. *L.* 42. *ff. de pecul.* Cæterū ſi arrogator filium arrogatum defendere noluerit: creditores bona arrogati competentibus actionibus perſequi poterunt. *hoc* §. *in fine*.

---

# De eo, cui Libertatis Cauſa Bona addicuntur.

## Tit. XII.

### *Ad princip. Tit.*

PRimus acquirendi modus per Univerſitatem fuit juris Civilis,

Digitized by Google

nempe hereditas: ſecundus ex jure Prætorio, bonorum poſſeſſio: tertius conſuetudine paulatim fuit comprobatus, per arrogationem videlicet, de quo proximè dictum. Quartus & poſtremus adhuc ſupereſt, addictio nimirum bonorum libertatis conſervandæ cauſa: qui ex conſtitutione ſive reſcripto Divi Marci originem trahit, *hoc principio & L. ſi hereditas 6.* & L. *ult. C. de teſtament. manumiſſ.* *Addictio bonorum Libertatis cauſâ.*

§. *Et ita Divi.* 1.

Hoc loco referuntur ipſa Conſtitutionis ſeu reſcripti Imperatoris Marci verba: quæ ferè ſingula Juſtinianus *in §§. ſequentibus* diligenter interpretatur, & explicat. Sed & ejuſdem Conſtitutionis ſententiam plenè refert, multaſque dubitationes circa eandem exortas accuratè decidit idem Juſtinianus *in d.* L. *ult. C. de teſtam. manum.*

§. *Hoc reſcripto.* 2.

Duplicem ob cauſam bonorum addictio introducta videtur. Primùm & quidem principaliter, ob libertates iis, quibus in teſtamento vel Codicillis datæ erant, conſervandas; quæ alioqui perituræ erant, nemine ſucceſſore exi- *Ejus cauſa.*

exiſtente. §. 6. infr. h. t. Deinde etiam in favorem defunctorum: quorum intereſt habere heredem vel ſucceſſorem qui ſatisfaceret creditoribus: ne bona illorum à creditoribus ignominiâ quâdam poſſideantur, & diſtrahantur. *hoc §. noſtro & §. 1. in fine ſupr. quib. ex cauſ. manum. non lic.*

§ *Inprimis. 3.*

*In quibus libertatibus obtineat.* In hoc §. paucis Imperator edocet: quando Divi Marci reſcriptum ſeu conſtitutio locum habeat, & oſtendit, iſti reſcripto, cùm teſtamento libertates datæ ſunt, præcipuè locum eſſe. L. *ſi hereditas.* 6. & L. *ult. C. de teſtam. manum.* Sed & idem reſcriptum ad libertates Codicillis & ab inteſtato datas, pertinere, non ambigitur *hoc §. in fin.* & L. 2. *ff. de fideicommiſſ. libert.*

§. *Tunc enim.* 4.

*Et quando.* Ait Imperator Juſtinianus: reſcriptum Divi Marci non ante locum obtinere, quàm neminem heredem forè conſtiterit. Idem ait *Ulpianus in* L. *ergò* 4. *in princip. ff. de fideic. libert.*

§. *Si is qui.* 5.

*Irrevocabiliter.* Quamvis eo caſu, quo poſt factam addictionem bonorum minor in integrum eſt reſtitutus, ille, cui bona fuerunt addicta, de hereditate cedere

te-

teneatur, ad hujus ſcilicet reſtituti compendium & periculum: quippe cùm in priſtinum ſtatum & locum omnia reponi atque reduci cenſeantur *L. 1. & 2. C. ſi ut omiſſam heredit. vel bonor. poſſeſſ. &c. L. 1. & 2. ibiq; DD. C. ſi advers. tranſaction. in integr. minor. reſtit. velit*; attamen libertates, quæ ſemel competierunt, non revocantur. *hoc* § *&* L. *ergo. 4. §. 2. ff. de fideicom. libert.* Ratio eſt perſpicua: quia datio libertatis non retractatur, etiamſi ad eam cauſam perveniat, ſecundùm quam Libertas ita dari non potuerit. § *ſemel, 6. ſupr. quib. ex cauſ. man. non lic.* L. 3. *C. de teſtam. manum.*

§. *Hac Conſtitutio. 6.*

Quibus vel inter vivos vel mortis cauſa libertates datæ ſunt, iis bona rectè addicuntur, hoc §. noſtro. Etſi enim verba reſcripti ſeu Conſtitutionis deficiunt & ceſſant: ſententia tamen & ratio hic eadem militat, favor nempe libertatis. Ex Legibus quippe fieri dicitur, non tantum quod ex legum verbis, ſed & quod ex ſententia earum fit. L. *nominis. 6. §* 1. *ff. de V. S.* L. 3. *in princip ff. de Legit. tutor.*

§. *Sed*

*§. Sed cum multas. 7. & ult.*

Lege Juſtiniani illa maximè Divi Marci reſcripto acceſſerunt. 1. ut jus poſtulandi ſit annuũ. 2. Si plures ſimul ſatisdatò poſtulent, iis bona ſimul addicantur. 3. qui plus ſe præſtaturum ſatisdabit, jus potiſſimum habeat. 4. Qui plusquàm alter, cui bona ſunt addicta, intra annum offeret, altero libertatem ſuam retinente, bona obtineat. 5. Denique ut paciſci cum Creditoribus de parte liceat. L. *ult.* C. *de teſtam. manumiſſ.*

---

# De Succeſſionibus ſublatis, quæ fiebant per bonorum Venditiones & ex Senatus conſulto Claudiano.

## Tit. XIII.

### *Ad princip. Tit.*

EXplicuit Imperator Juſtinianus hactenus quatuor per univerſitatem acquirendi modos. Sed quia olim & duæ

duæ aliæ per univerſitatem acquiſitiones frequentabantur: eas licet antiquatas, Imperator nihilominus hoc titulo perſequi voluit: ne ſcilicet antiquitatis quicquam ignoraretur. *argum.* §. 1. *ſuprà de teſtam. ordin.* Prior eſt ſucceſſio per bonorum venditiones. Poſterior eſt acquiſitio ex Senatusconſulto Claudiano. Ad priorem quod attinet: olim debitore non exiſtente ſolvendo, ſolebant creditores ejus bona publicè ac ſolenniter vendere, eaque univerſa emptori addicere. Qui emptor cùm dominus illorum bonorum univerſorum conſtitueretur: per univerſitatem ſucceſſiſſe dicebatur. Iſtam autem venditionem per multas ambages fieri fuiſſe ſolitam Juſtinianus hîc affirmat. Creditores enim ter adire oportebat Prætorem, & primum ab eo impetrare, ut ſibi bona debitoris obærati vendere liceret: deinde ut ſibi permitteretur conſtituere curatorem bonis, qui ea bona diſtraheret: tum ut liceret conditionem adjicere venditioni bonorum, & cum emptore paciſci de parte ejus, quod cuique debetur. Iſthæc autem ſolemnis venditio tam diu in uſu fuit

*Venditio bonorum debitoris.*

fuit, quamdiu judicia ordinaria ac ſolennia in uſu fuerunt. Poſteaquam verò horum in locum judicia extraordinaria venerunt, ſublatis ſcilicet formulis & impetrationibus actionum, *tot. tit. Cod. de form. & impetr. action. ſublat.* ipſa quoq; venditio expiravit. Nam hodie debitore non exiſtente ſolvendo, creditoribus datur officio judicis bona poſſidere, ut Juſtinianus hic loquitur. Cæterùm jure noviſſimo modus huic rei adhibetur: ut creditores pro quantitate debiti mittantur in poſſeſſionem, & poſſidere jubeantur. Auth. & qui jurat. C. de bonis author. judic. poſſ. Novell. 53. cap. 4. §. 1.

*§. Erat & ex Senatusconſulto.* I.

*Acquiſitio ex SCto Claudiano.* Alter acquiſitionis veteris modus ex Senatusconſulto hic erat, quo liberæ mulieris, quæ cum alieno ſervo conſueverat, bona univerſa domino ſervi illius acquirebantur: ita ut ob hoc delictum mulier illa unà cum libertate univerſis etiam bonis privaretur. Sed quia iſthæc miſerabilis erat per univerſitatem acquiſitio, *hoc §. noſtro.* ideò Juſtinianus Imperator Senatusconſultum Claudianum ſuſtulit. L. *un.* C. *de Senatus conſ. Claudian. tollend.*

De

# De Obligationibus.

## Tit. XIV.

### Ad princip. Tit.

EXplicatis huc uſq; rerum dominiis, tranſit Juſtinianus Imp. ad earumdem obligationes. Eſt autem obligatio (*definitore hic ipſo Iuſtiniano*) juris vinculum, quo neceſſitate aſtringimur alicujus rei ſolvendæ, ſecundum noſtræ Civitatis jura. Ex illis definitionis hujus verbis (*juris vinculum*) apparet, quòd obligatio ex jure vim ſuam ac robur accipiat: non ex ſolo hominum facto & voluntate. Ideoque ſub hac conditione, *ſi velam*, nulla fit obligatio: quoniam pro non dicto eſt, quod dare, niſi velis, cogi non poſſis. L. *ſub hac conditione*. 8. *ff. de oblig. & action*. Cæterum cum obligationes rei alicujus ſolvendæ præſtandæque neceſſitatem imponant. L, 3. *in pr. ff. d. t.* rectè definitioni verba hæc adduntur, *quo neceſſitate aſtringimur &c.* Porrò iſtis definitio-

*Obligationis definitio.*

nitionis verbis (*ſecundum noſtræ civitatis jura*) perſpicuè excluditur obligatio naturalis: quæ ſcilicet ſolo æquitatis naturalis vinculo (ex quo non actio, id eſt, ſolvendi neceſſitas, ſicuti ex obligatione civili, oritur) ſuſtinetur. L. *ſtichum. 95. §. naturalis. 4. ff. de Solut. l. ſed ſi pater familias. 9. §. ult. & l. ſeq. ff. ad SCt. Macedon.*

§. *omnium.* 1.

*Diviſio* 1. Obligationis definitioni hic duplex ſubjicitur diviſio. Prima à cauſa efficiente ſumpta hæc eſt: quòd obligationum aliæ ſunt civiles, aliæ Prætoriæ ſive honorariæ. Illæ dicuntur, quæ aut Legibus, id eſt, quinque juris civilis partibus, lege videlicet, plebiſcito, SCto, principũ conſtitutionibus prudentũ reſponſis ſunt conſtitutæ; aut certo jure civili comprobatæ. Hæ verò ſunt, quas Prætor ex ſua Juriſdictione, hoc eſt, ex Edicto conſtituit. Eodemque modo & actiones dividuntur. §. *ſed iſtæ.* 3. *cum ſeqq. infr. de action. L. actionum.* 25. *in fin. ff. de obligat. & action.*

§. *Sequens.* 2.

2. Secunda obligationum diviſio ex qua-

quadruplici facti ratione, quadripartita eſt. Aut enim obligationes ex contractu ſunt, aut quaſi ex contractu : aut ex maleficio, aut quaſi ex maleficio. L. 1. *in princip. ff. de obligat. & action.* Contractus eſt duorum pluriumve conventio, per ſe obligationem civilem producens. Quam definitionem abundè declaravimus in maioribus noſtris, jamdudum publicatis commentariis *ad hunc §. num. 5. & ſeqq.* Quaſi contractus eſt negotium quoddam, quo quis alii ſine tractatu, ſive conventione obligatur, de cujus ſpeciebus videbimus *infra tit. de obligationib. quæ quaſi ex contr. naſc.* Maleficium eſt omne factum, quo directè nocetur detrahiturque quid alteri : veluti furtum, rapina, injuria, damnum, *initiò tit. infra de obligat. quæ ex delict. naſcunt.* Quaſi maleficium eſt omne factum, quo non directè ſed obliquè quiſpiam contra jus offenditur : de cujus ſpeciebus tractabitur *infra tit. de obligat. quæ quaſi ex delict. naſc.* Porrò obligationum ex contractu ſubdiviſio hic ſubjicitur : qua obligationes ex contractu ortæ, aut re contrahuntur, aut verbis, aut literis, aut

*Contractus.*

*Quaſi Contractus.*

*Maleficium.*

*Quaſi maleficium.*

*Obligationum ex Contractu ſubdiviſio*

aut conſenſu: de quibus ſingulis agitur in titulis ſubſequentibus.

# Quibus modis Re contrahitur Obligatio.

## Tit. XV.

### *Ad Princip. Tit.*

***Obligationes ex Contractu reali.*** OBligationis, quæ re contrahitur, quinq; ſpecies Imper. Juſtinianus hoc titulo ordine explicat; nimirum mutuum, indebitum, commodatum, depoſitum & pignus. Exemplis quippe evidentiùs quàm definitionibus res exhibentur. Prima igitur ſpecies contractuum, qui re fiunt, eſt *mutuum*, de quo quatuor hic breviter proponuntur. 1. Etymologia vocabuli. 2. quibus in rebus mutuum conſiſtat. 3. quæ ſit natura & vis mutui. 4. quæ actio inde naſcatur. Mutuum ex eo dictum eſt, quod de meo tuum fiat. L. 2. §. 2. *ff. de reb. credit. ſi cert. pet. & hic in fine.* quamvis alii aliam derivationem adferant. Con-

***Mutuum***

ſiſtit

ſiſtit autem mutuum non in quibusvis rebus, ſed in iis tantùm, quæ pondere, numero, menſurave conſtant. *d. l.* 2. §. 1 *ff d. t. &* L. 1. §. 2 *ff de obligat. & action.* ſive quæ communi ſpecie continentur. L. *cùm Stichus* 29. *verſ. ſed in nummis ff. de ſolution.* Atq; hæ res in jure dici ſolent quantitates, quibus ſpecies & corpora opponuntur. L. *talis.* 30. *in pr. &* L. *cum res.* 47. §. 1. *ff. de legat.* 1. Natura & vis mutui hæc eſt: ut dominium in accipientem transferatur: & aliquando non eadem res data, ſed alia ejuſdem generis & qualitatis ſeu bonitatis reddatur. L. 3. *ff. de reb. cred ſi cert. pet.* ſi ergo convenerit. ut eadem res ſive ſpecies redderetur: non erit mutuum ſed vel commodatum, vel depoſitum. *d. l.* 2. *in princ. ff. eod.* Porrò actio quæ ex mutuo naſcitur, condictio vocatur, auctore Juſtiniano hîc in fine. Cæterùm condictiones appellantur omnes actiones in perſonam. §. *appellamus* 15. *infra de action.* & condictio certi ex omni cauſa & obligatione competit, ex qua certum petitur L. *certi condictio.* 9. *in princ. &* §. *quoniam.* 3. *ff. de reb. cred. ſi cert. pet.*

§ *Is quoq;* 1.

Secunda ſpecies contractuũ qui re perficiuntur, *eſt indebiti ſolutio*: quæ valdè ſimi- *Indebiti ſolutio.*

Y

ſimilis eſt mutuo. Quemadmodum enim ex datione mutui, ita quoque ex ſolutione indebiti, per errorem facta, certi condictio oritur, quam Juſtinianus hìc condictitiam actionem appellat. L. ſi quis abſentis. 5. §. 3. ff. de obligat. & action. Deinde ſicut pupillus ſine tutoris auctoritate mutuum accipiens non obligatur; ita etiam abſque tutoris authoritate indebitum accipiens, indebiti condictione non tenetur, hoc §. noſtro. L. obligari. 9. ff. de auctor. & conſenſ. tut. & curat. Etſi verò in his & quibuſdam aliis mutuo ſimilis ſolutio indebiti videtur: toto tamen genere hanc ab illo differre certum eſt: quandoquidem indebiti ſolutio non verus ac proprius cenſetur contractus, ſicuti mutuum: cùm is qui rem indebitam ſolvit, tanquam debitam, hoc animo rem tradat, ut obligationem, quam falſò ſubeſſe putabat, diſtrahat, ſeq; ab ea liberet, atq; eximat: non verò, ut negocium contrahat, & obligationem conſtituat, ut hìc in verſ. Sed hæc ſpecies. Obligatio autem non contrahitur, niſi hoc inter contrahentes agatur; ſive uterque contrahens animum contrahendi obligationem habuerit. L. 1. §. conventionis. 3. ff. de pact. Quæ etiam

cau-

cauſa eſt, cur Imperator noſter indebiti ſolutionem quaſi contractibus annumeret, in §.item is cui.6.infr.de obligat. quæ quaſ.ex contr. naſc. Cæterùm quia ille, qui non debitam pecuniam ſolvit, hoc ipſo aliquid negocii gerit. L.2. in princ. & L.ſi in area.33 ff.de cond.indeb. Hoc enim tacitè agere videtur; ut ſi quando appareat, indebitum fuiſſe ſolutum, ſibi reddatur. *L. is qui commodatum.13. in fin. ff. commodat.* Nemo quippe ſuum jactare præſumitur. *L. cùm de indebito. 25. circ. princip. ff. de probat.* Idcirco is, qui indebitum accepit, ad id reddendum obligatur, ſi poſtea veritas emerſerit, non minus quam is, qui mutuum accepit, *per hunc § noſtrum.*

§.*Item is.2.*

Tertia ſpecies contractuum ſeu obligationum quæ re contrahuntur, dicitur *commodatum*: quo res, quæ uſu non conſumitur, utenda datur gratis, certo utendi modo ac fine præſcripto; ut (finito uſu), eadem res in ſpecie ſive in individuo reſtituatur, *hoc §. noſtro*. Unde facilè perſpicitur, in quibus commodatum differat à mutuo. Primo *Commodatum.*

***In quibus differat à mutuo.***

enim mutuum tantùm eſt in iis rebus, quæ pondere, numero, menſurave conſtant, & quæ uſu conſumuntur. L.2 §.1.*ff. de reb. credit ſi cert.pet.*L.1 §.2.*ff.de obligat.& action.*Commodatum verò in quibuslibet rebus etiam in immobilibus, & quarum uſus eſſe poteſt, ſalvâ rei ſubſtantia, conſiſtit. *L.*1, §.1. *ff. Commod.* Tametſi nonnunquam dicis cauſa, hoc eſt, ad pompam vel oſtentationem, etiam res, uſu conſumptibiles, commodentur.*L.*3 *in fin. & L.*4 *ff.d.t.*Deinde in mutuo transfertur dominiũ; ac proinde res aliena mutuo dari nequit.*L.*2.§.*penult ff.de reb.cred &c.* ſed in commodato neq; dominium neq; poſſeſſio transfertur. *L.rei commodatæ* 8. *&* L.*ſeq. ff. commod.* & propterea rem quoq; alienam commodare poſſumus. L. *commodare.* 15. *ff. eod.* Præterea in Commodato eadem ipſa res, quæ utenda data eſt, & quidem non deterior reſtituenda eſt. *d.L.*3.§.1 *ff.d.t.*Aſt in mutuo non eadem res, ſed alia ejuſdem generis & bonitatis reſtituitur. L.3.*ff.de reb.cred.ſi cert. pet.* Adhæc in commodato caſus fortuitus & rei interitus, qui ſine culpa commodatarii accidit, ad commodantem, tanquam dominum rei, pertinet. *hoc* §. *& L. ſi ut certo.* 5. §. *quod verò*

*verò.* 4. *& l. in rebus.* 18. *ff commodat.* In mutuo autem caſus fortuitus & interitus ſpectat ad eum, qui accepit rem mutuam: cum ejus rei dominus ſit effectus, reſque domino ſuo pereat, *ut hic in verſ. & is quidem. &c. l. pignus.* 9. C. *de pignor. act.* Hoc amplius mutuum eſt contractus ſtricti juris. *arg. §. actionum.* 28. *infr. de action.* Commodatum verò bonæ fidei. L 3. §. 2. *ff. commod. l.* 2. C. *eod.* Deniq; ex mutui datione accipiens duntaxat; ex commodato autem uterque tam commodatarius, quam commodator obligatur. L. *in commodato.* 17. §. 3. *ff. commodat.* Ideoque duæ ex hoc contractu naſcuntur actiones: commodati directa, quæ datur commodanti adverſus commodatarium; & contraria, quæ commodatario, adverſus commodantem conceditur. *d.* L. *ſi ut certò.* 5. §. *quin imò.* 8. *d.* L. *in commodato.* 17. §. 1. *& ult. d.* L. *in rebus.* 18. §. *ult.* L. *rem minorem.* 21. *in princ. &* L. *ſeq ff. d t.*

§. *Præterea.* 3.

Quarta ſpecies contractuum, qui re celebrantur, eſt *depoſitum*; quo res tam immobilis, quam mobilis gratis alicui cuſtodienda traditur, eo fine, ut eadem illa in ſpecie, quandocunque deponenti libuerit, reſtituatur. *arg. hujus* §. & *Depoſitum*

L. 1. *in princ. ff. depoſ.* L. *commodare.* 186. *ff. de V. S. & L.* 3. *in fin. ff. de acquir. vel am. poſſeſſ.* Itaque hic contractus cum ſuperioribus hoc commune habet, ut rei traditione perficiatur. Ab iiſdem autem ipſo fine diſcernitur. Siquidem in contractu tum mutui, tum commodati, res eo datur fine, ut accipiens eâ utatur. Aſt in depoſito res non utenda ſed ſaltem cuſtodienda datur: intantum ut ſi depoſitarius re depoſitâ fuerit uſus, furti teneatur. *§ furtum.* 6. *infr. de oblig. quæ ex del. naſc.* Sed & iſti contractus in eo differunt: quod cum ex contractu mutui ad accipientem rei interitus pertineat, ut eſt expoſitum *ſupra §. proximo*: ex commodato vero commodatarius etiam de leviſſima culpa teneatur. *L. ſi, ut certo.* 5. *§.* 2. *in fin. L. in rebus.* 18. *in princip. ibi, diligentiſſimus ff. commodat. L.* 1. *§. & ille quidem.* 4. *ibi, exactiſſimam. ff. de oblig. & action.* depoſitarius depoſiti nomine teneatur ſolummodo, ſi quid ejus dolo & latâ culpâ ſive ſupinâ negligentiâ in re depoſita commiſſum fuerit. *hoc §. noſtro. L* 1. *§. ult. L. ſi hominem.* 7. *in pr. L. ſi ſine,* 20, *& L. quod Nerva.* 32. *ff. depoſ.*

*In quibus differat à mutuo & commodato.*

*depoſ.* Hujuſque ratio eſt perſpicua: tum quia ſibi & ſuæ facilitati imputare & de ſe conqueri debet, qui amico negligenti rem ſuam cuſtodiendam commiſit, hoc § noſtro in fin. tum quia depoſitum nullam depoſitarii, hoc eſt, ejus apud quem deponitur, ſed ſolius deponentis utilitatem continet. *d.* L. *ſi ut certo.* 7. §. 2. *ff. commod.* Porro duplex ex depoſito naſcitur actio: directa quæ datur deponenti in depoſitarium: & contraria, quæ datur depoſitario in deponentem. *tot. tit ff. & C. depoſ. vel contra.*

### *§. Creditor. 4.*

Quinta & ultima ſpecies contractuum; qui re fiunt, dicitur *Pignus*: quo creditor, qui pignus à debitore accepit, obligatur debitori ad rem oppignoratam ipſi reſtituendam, ubi totum debitum exolutum fuerit. L. *ſi rem.* 19. §. *omnis.* 3. *&* L. *debitor.* 40 §. *ult ff. de pignor. action.* Ex hoc contractu naſcitur actio, quæ pignoratitia appellitatur, *hoc §. noſtro & tot. tit. ff. de pignorat. action.* Eaque duplex eſt: directa & contraria; quarum illa *Pignus.*



Digitized by Google

debitori datur adverſus creditorem, ut rem tradat: hæc verò creditori accommodatur contra debitorem ad id conſequendum, quod ſibi pignoris nomine probabiliter abeſt. L.*ſi neceſſarias*. 8. *in princ.*L *ſi ſervus*.31.*cum l.ſeq.* & L.*ſi quis*. 36 *ff.d.t.* Cæterum creditor in re oppignorata curanda exactam adhibere tenetur diligentiam: ita ut ſi quid in illa acciderit, latâ aut levi ipſius culpâ, quò res deterior fuerit reddita, eo nomine teneatur: de leviſſima culpa conveniri non poſſit; nec exactiſſimam diligentiam in re oppignorata præſtare cogatur, *hoc §.noſtro,* ubi Imperator hanc ſubjungit rationem: quod pignoris contractus ad utriuſque utilitatem pertineat: ad debitoris quidem, ut ipſi facilius pecunia credatur: ad creditoris verò, quò magis ei in tuto ſit creditum, hoc eſt, ut is tutior ſit & certior de ſuo debito. Planè cum caſus fortuiti in nullo bonæ fidei judicio præſtentur, L.*quæ fortuitis* 6 C. *de pignorat.act.* nec creditorem de caſibus fortuitis & vi majore teneri, clariſſimi juris eſt, *hoc §.noſtro in fin.* & L.*ſicut vim* C.*de pignor.& hypothec.*

De

Digitized by Google

# De Verborum Obligationibus.

## Tit. XVI.

### *Ad Princip. Tit.*

OBligationem, quæ re contrahitur, proxime ſequitur ſecunda ſpecies, obligatio videlicet, quæ verbis contrahi dicitur: cujus obligationis cauſa efficiens ſtipulatio cenſetur. Stipulatio autem à ſtipulo, quo vocabulo veteres firmum ſignificabant, deducitur, fortè à ſtipite, cui firmiter quid alligatur, deſcendens, ſecundum Juſtinianum hic & Paul. *Lib. 5. ſentent. tit. 7. in princ.* Eſtque ſtipulatio (Pomponio definitore) nihil aliud, quam verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum facturumve ſe, quod interrogatus eſt, reſpondet. *L.ſtipulationum.5.§.1.ff.h. tit.* Perficitur igitur ſtipulatio per interrogationem præcedentem & reſponſionem congruam ſubſequentem L.1.§. *Stipulationis denominatio.* *Definitio*

*1. 2. 3. & ult. L. inter ſtipulantem. 83. §. 2. & l. continuus. 137. ff eod. tit. §. praterea. 5. infr. de inutil. ſtipul.* Quia verò id quod in ſtipulatum deducitur, vel certum eſt, vel incertum: ideo ex ſtipulationis obligatione duplex naſcitur actio: quarum una certi condictio, altera ex ſtipulatu, ſive pleniùs, actio incerti ex ſtipulatu appellatur: *ut hic et L ſi quis certum. 25. ff. de rebus credit. ſi cert. petat. L. ſi ſtipulatus. 4. in princip. ff. de uſur.* Certum porrò eſt, quod ex ipſa pronunciatione apparet, quid, quale, quantumque ſit: ut ecce, aurei decem, fundus Tuſculanus, homo Stichus, tritici Africi optimi modii centum, vini Campani optimi amphoræ centum. *L. ſtipulationum quædam. 74. §. 1. ff hoc tit.* Ubi autem non apparet, quid, quale quantumque eſt in ſtipulatione: incertam eſſe ſtipulationem, dicendum eſt. *L. ubi autem. 75. ff. eod.*

*Diviſio.*

§ *In hac re.* 1.

*Forma.*

Olim in ſtipulationis contractu certis quibuſdam & ſolennibus verbis interrogatio & reſponſio cōcipienda erat, quæ hîc ab Imperatore Juſtiniano referun-

feruntur. Verùm iſthæc verborum ſolennitas poſtea per Imperatorem Leonem ſublata eſt, & conſtitutum: ut quibuſcunque verbis, cujuſcunque linguæ concepta ſtipulatio valeat: modo unus contrahentium alterum benè rectèque intelligat. *hoc §. noſtro, & L. omnes.* 10. *C. de contrah. & committ. ſtipulat.*

*§. omnis.* 2

De varia ſtipulationum contrahendarum forma hîc Imperator agens oſtendit: quòd omnis ſtipulatio, aut purè, aut in diem, aut ſub conditione concipiatur, *argum.* L. *Creditores* 10. *ff. de verb. ſignif.* Pura ſtipulatio eſt, quæ nec diei nec conditionis adjectionem habet; verbi gratia: quinque aureos dare ſpondes? ſpondeo. Hujuſque ſtipulationis hic eſt effectus, ut ſtatim & obligationem & actionem producat: adeo quidem, ut id quod promiſſum eſt, confeſtim debeatur, & peti poſſit: ſic tamen, ut promiſſori ſeu debitori aliqua dilatio concedatur, ac tantum temporis, intra quod id quod promiſſum eſt, commodè ſolvere queat: L. *quod dicimus.* 105. *ff. de ſolut.* Stipulatio in diem concepta dicitur, cùm dies ſive

*Stipulatio pura, ejusq; effectus.*

 tem-

Digitized by Google

tempus adjicitur, quo pecunia ſolvatur: velut centum aureos proximis calendis Septembris dare ſpondes? cujus ſtipulationis natura & vis hæc eſt: ut ſtatim quidem obligationem producat, quâ debitor ſtatuto die ad id præſtandum, quod promiſit, obligetur: ſed actionem tum demum pariat, cum dies ille venerit. Ideoque ante diem illum venientem res, à debitore promiſſa, exigi nequit, *hoc §. noſtro, verſ. id autem quod &c.* L. *obligationum* 44. §. 1. *ff. de obligat. & act.* Quin & nec illo ipſo die, quo aliquid dari promiſſum eſt, exigi poterit: propterea quod dies in gratiam debitoris ſeu promiſſoris adjectus cenſetur, *hoc §. in fin. L. eum qui.* 41. §. 1. *in fin. &* L. *ſtipulatio iſta.* 38. §. *inter.* 16 *ff. h. tit.* L. *cum tempus.* 17. *ff. de R. I.*

§. *At ſi ita.* 3.

*Stipulatio penſionis annuæ.* Hoc loco indicat Juſtinianus: quod ſtipulatio penſionis annuæ, in tempus vitæ concepta, & pura ſit & perpetua. Pura eſt: quoniam tempus adjectum pro non adjecto habetur: adeoque ex illa ſtipulator confeſtim agere poteſt. *L. eum qui* 56. §. *qui ita ſtipulatur.* 4. *ff. h. t.* Perpetua vero ideo eſt; quia tempus ut per ſe non eſt modus inducendæ, ſic nec tollendæ obligationis. *L. obligationum*

*ferè.*

*ferè.* 44 §.1.*verſ.placet.ff.de oblig. & act.* Si tamen adhuc poſt mortem ſtipulatoris heres petat, pacti vel doli mali exceptione ſubmovebitur, *hoc* § *noſtro in fine.* Facit namque heres dolo malo, dum contra pactum petit. Etenim qui ad ſuam duntaxat vitam ſtipulatur; hoc egiſſe videtur, ne heres ipſius peteret. *d.L eum qui,*56.§.4. *ff. h. t.* Cæterum ſi quis ſimpliciter, omiſſa clauſula, *quoad vivam*, decem annua ſibi ſtipulatus fuerit: hæc ſtipulatio etiam ad heredem tranſit: neque ei exceptio ulla obſtabit. L. *ſi Stichum.*16.§.1.*ff.h.t.* Cum in dubio tam heredibus, quam ſibimet ipſi ſtipulator cavere & proſpicere credatur. L. *ſi pactum* 9.*ff.de probat.*L.*tale pactum*.40.§.*ult.ff.de pact.*

### §. *Sub Conditione.* 4.

Quod jus ſit ſtipulationis puræ, itemque ſtipulationis in diem, expoſuit Imperator: ſequitur tractatus de jure & effectu ſtipulationis conditionalis. Stipulatio autem conditionalis dicitur, cum in incerti caſus eventum obligatio confertur: & aliquid promittitur, ſi quid factum fuerit vel non fuerit. Cujus ſtipulationis ſive contractus *Stipulatio conditionalis: ejuſq; effectus.*



Digitized by Google

conditionalis effectus hic eſt : ut ante conditionem exiſtentem nec obligationem nec actionem producat : ſed utrumque differat ac ſuſpendat tam diu, donec conditio exiſtat, adeo quidem ut nec agi poſſit prius nec res promiſſa debeatur, quam conditio evenerit. Interim tamen ſpes quædam ex conditionali iſthac ſtipulatione naſcitur, debitum iri poſtquam conditio extiterit : eademque ſpes ad heredem tranſmittitur ; ut et ipſe, conditione quandoque exiſtente, id quod defuncto promiſſum erat, petere poſſit, *hoc §. noſtro in fine*, & *L. ſi quis. 57. ff. h. tit.*

§. *Loca.* 5.

*Stipulatio pura reipſâ in tempus dilata.*

Quod ſupra in §. 2. dictum eſt, ex ſtipulatione pura ſtatim & confeſtim agi poſſe : id de illa ſtipulatione pura, quæ nullâ re differtur, intelligendum eſt. Cæterum ſi ſtipulatio pura differatur re ipſâ & mente contrahentium in aliquod tempus, confeſtim ex ſtipulatione agi non poterit.

*Differ-*

Differtur autem ſtipulatio reipſa & mente contrahentium in tempus, quoties locus ſtipulationi ſive contractui adjicitur, in quo res præſtetur: veluti, ſi cum hic Tubingæ eſſem, ita ſtipulatus ſum: Argentinæ dare ſpondes? Hæc ſtipulatio licet pura, ac nec diem nec conditionem continere videatur: revera tamen pura non eſt, ſed tacite tempus complectitur, quo Argentinam promiſſor pervenire poſſit. L. *idem erit*. 60. & L. *interdum*. 73 *ff. h.t.* Porro qui eo loco dari ſtipulatur, quo præfinita die perveniri non poteſt, inutiliter ſtipulatur. *L. 2. §. qui ita. 6. ff. de eo quod cert. loc. dar. oport. & hoc §. noſtro in fin.* Inter eos tamen qui Romæ ſunt, ſi talis fiat ſtipulatio: Hodie Carthagine dare ſpondes? quidam putant, non ſemper videri impoſſibilem cauſam ſtipulatione contineri: quia poſſit contingere, ut tam ſtipulator quam promiſſor ante aliquod tempus ſuo quiſque diſpenſatori notum fecerit: in eum diem futuram ſtipulationem: ac demandaſſet promiſſor quidem ſuo diſpenſatori, ut daret; ſtipu-

ſtipulator autem ſuo ut acciperet, quod ſi ita factum fuerit, poterit valere ſtipulatio. L. *ult* §. *inter eos*. 4. *ff. h. t.*

§. *Conditiones*. 6.

Docet hoc loco Imperator Juſtinianus, quod conditio ad præſens, præteritumve tempus relata, ſi vera eſt, præſentem obligationem pariat: ſin falſa, ſtipulationem enervet. L *conditio*. 100. *ff. h. t.* Rationem illius Juſtinianus ipſe hanc aſſignat: quod ea quæ per rerum naturam ſunt certa: cujuſmodi ſunt facta præterita aut præſentia, non morentur aut differant obligationem, quantumvis nobis incerta ſunt; cum conditio non pendeat à noſtra opinione aut ignorantia; ſed potius ab eventu facti & natura, cauſæque certitudine, *juxta Hunnium & VVeſenbecium hic num*. 2.

§. *Non ſolum*, 7. & *ult.*

Stipulationis materia ſunt tam res quam facta: & ſub factis etiam non facta comprehenduntur, ut innuit hic Juſti-

Juſtinianus illis verbis, *ſi ſtipulemur aliquid fieri vel non fieri.* Porro de ſtipulatione facti conſilium hic dat imperator, ut in ea adjiciantur poenæ. Nam niſi factum ſtipulatus etiam poenam ſtipuletur, difficultas haud exigua ſtipulatori objicietur. Is ſi quidem probare tenebitur, quanti ſua interſit, factum eſſe vel non eſſe: quæ probatio plerumque difficilis eſt. *L. ult. ff. de ſtipul. prætor.* Ut igitur quis ab hoc onere probandi ſe relevet, & pro condictione incerti ſeu actione ex ſtipulatu habeat condictionem certi: ſtipulari debet poenam, qua quantitas ſtipulationis, quæ alioquin erat in incerto, certa exprimatur. Verbi gratiâ: ædificabis mihi domum; & niſi ædificaveris, tunc poenæ nomine mihi centum dare ſpondes? &c. Verum de uſu ſtipulationum poenalium videantur L. *eadem dicemus.* 4. §. 1. L. *ſi poenam.* 68. L. *cum quid.* 71. *&* L. *communis.* 137. §. *penult. ff. h. t.*

*Stipulatio poenalis.*

De

# De duobus reis ſtipulandi & promittendi.

## Tit. XVII.

### *Ad Princip. Tit.*

QUandoquidem non ſinguli tantum ſeparatim; verũ etiam plures conjunctim ſtipulari & promittere poſſunt: idcirco quemadmodum verborũ obligatio inter plures contrahatur, quiſque ejus ſit effectus, Juſtinianus hoc titulo exponit. Etſi vero uſitato loquendi more illi duntaxat rei dicuntur, qui debent, & cum quibus judicio experimur. *L. favorabiliores* 125. *ff. de R. Iur. l. properandum* 13. §. 1. & 2. *C. de judic.* interdum tamen & is reus appellatur, cui aliquid debetur, quique agit ad quippiam ſibi præſtandum: ita ut generali vocabuli *Rei* ſignificatione denotentur non ſolum ii qui conveniuntur; ſed omnes omnino quorum de re diſceptatur, *auctore Cicerone Lib.* 7. *de orator.* Unde & hic duo

*Rei qui.*

duo pluresve Rei ſtipulandi vocantur, qui eandem rem ab eodem in ſolidum ſtipulati ſunt, eâ mente, ut quamvis ſolida ſingulis, una tamen omnibus debeatur; duo vero pluresve rei promittendi definiuntur, quorum ſinguli eandem rem eidem ſtipulanti in ſolidum & principaliter ita promiſerunt, ut quamvis ſolidum ſinguli, unum tamen omnes debeant. *L.* 1, *&* 2 *ff. de duob. reis conſtit.* Ut igitur duo rei ſtipulandi conſtituantur: duæ interrogationes præcedere, una reſponſio ſequi debet: ut duo rei promittendi ſint, uni interrogationi duę reſponſiones ut ſubſternantur, opus eſt, *hoc princip. &* L. *duo rei.* 4 *ff. d. tit.*

*Correi ſtipulandi.*

*Promittendi.*

*§. Ex hujuſmodi.* 1.

Subjicit hoc loco Imperator duplicem effectum obligationis duorum pluriumve reorum ſtipulandi ſive credendi, & promittendi ſive debendi. Primus eſt: quod ejuſcemodi obligatione ipſo jure ſingulis ſtipulatoribus ſolidum debeatur, & unuſquiſque promittentium in ſolidum oblige-

*Effectus obligatio is correorum*

obligetur: adeo quidem, ut à quovis eorum ſolidum peti poſſit. L. 2 & 3 § 1. *ff. de duob. reis conſtit.* L. 1. & 2. C. *eod.* Alter effectus eſt: quod ſi unus ex correis totum debitum exolverit: non ſolum ipſe, ſed & alter promittendi reus liberetur, totaque obligatio extinguatur, *hoc §. noſtro in fin. d.* L. 2. & 3 §. 1 *ff. d. t.* Solutione quippe ejus quod debetur, omnis obligatio tollitur, *initio tit. infr. quib. mod. toll. obl.*

§. *Ex duobus.* 2. & *ult.*

Ex hoc §. breviter diſcendum, quod ex duobus pluribusve promittendi reis unus pure, alter vel in diem vel ſub conditione obligari; pureque obligatus; licet alii correi aliter obligati ſint; confeſtim etiam in ſolidum conveniri poſſit. L. *ex duobus.* 7 *ff de duob. reis conſtit.* Illiuſque ratio non obſcura eſt: quia diverſæ ſunt obligationes in perſonis reorum promittentium, tametſi una ſit obligatio reſpectu ſtipulatoris, qui unam duntaxat interrogationem fecit. Cæterum alter ſe res habet in fidejuſſore. Is enim, reo ſub conditione vel in diem obligato, pure obligari nequit: quamvis contra fieri poſſit, hoc eſt, reo principali pure obligato, ipſe ſub conditio-

ditione vel ex die queat obligari. Nam reorum promittendi par eſt eademque cauſa. Uterque ſiquidem principalis debitor cenſetur. At fidejuſſoris obligatio tantum eſt acceſſoria, nec ipſe in duriorem; in leviorem vero ſeu minorem cauſam accipi poteſt. *§. fid. juſſores ita. 5. infr. de fidejuſſ.* L. *Græcè.* 8. *§. illud* 7. *ff. eod. tit.*

---

# De Stipulatione Servorum.

## Tit. XVIII.

### *Ad Princip. Tit.*

Liberi homines quomodo ſtipulentur, jam expoſitum eſt: hoc titulo agitur de ſtipulatione ſervorum: & quidem de ſtipulatione tantum, non vero de promiſſione. Servi namque promittendo neque ipſi jure civili obligantur, neque dominos obſtringunt. *arg.* L. *quod attinet.* 32. *ff.* *de*

*Servorum ſtipulationem promiſſio.*

*de reg. jur.* Si quidem per ſervos melior conditio dominorum fieri poteſt, deterior non item. *L. melior. 133. ff. d. t. L. ult. circa fin. C. de acquir. & ret. poſſiſſ.* tametſi jure Prætorio dominus per ſervum peculiotenus obligetur. *L. 1. & tot. tit. ff. de pecul. §. preterea. 4. infr. quod cum eo qui in alien. poteſt. eſt neg. geſt. eſſ. dic.* L. *ei qui.* 7. L. *cum ancilla.* 11. *& ſeqq. ff. eod.* Quam primum autem ſervi ratione ſuæ perſonæ, quam jure civili nullam habent, ad contrahendam ſtipulationem, utpote actum civilem, plane inhabiles judicantur; utilitatis tamen gratiâ receptum eſt, ut hoc in negotio dominorum perſonam ſuſtineant, ac repræſentent: adeoque non ipſi ſervi, ſed domini per ſervorum vocem ac miniſterium ſtipulari intelligantur, *arg. §. ſi quis alii. 4. in fine. infr. de inutil. ſtipul.* Hocque etiam procedit in ſervis hereditariis, ſi ante aditam hereditatem ſtipulentur. Hereditas quippe perſonam defuncti domini ſuſtinet; cui hereditati ſervus ſtipulando acquirit: ac proinde futuro heredi, qui hereditatem poſtea adierit, *per hunc textum noſtrum &* L. *ſervus. 35. ff. h. t.*

*Stipulatio ſervi hereditarii.*

§. Si-

### §. *Sive autem.* 1.

Nihil planè refert; utrum ſervus ſtipuletur impersonaliter ac indefinitè, an vero domino, vel ſibi vel conſervo ſuo. Si quidem hiſce modis omnibus obligatio domino acquiritur, cui ſervus ſtipulatus videtur. *L. 1. in pr. & L. ſive mihi. 15. ff. h. t.* Atque hoc quod de ſervis hic dicitur, de liberis quoque in poteſtate noſtra conſtitutis intelligendum eſt: ſi modò (ut Imperator hic innuit) ſtipulentur ex illis cauſis, ex quibus parentibus acquirere ſolent. Neque enim hodiè liberi indiſtinctè, ut ſervi, univerſa domino acquirunt. *§. 1 per quas perſon. cuique acquir.* L. *cum oportet. 6. C. de bon. quæ liber. &c.*

*Stipulatio Liberorum*

### §. *Sed cum factum* 2.

*Stipulatio facti.*

Quod ſupra dictum eſt, ſervum ſtipulando acquirere domino: ejus hic proponitur exceptio in ſtipulatione facti: ex qua ſervus non domino ſed ſibi ſoli acquirit. L. *ſtipulatio iſta. 38. §. hi qui. 6 ff. de verborum obligationib.* Et meritò: quia facta perſonæ cohærent: utpote quæ in

Digitized by Google

in naturali actu ſingulorum hominum conſiſtunt. Naturâ autem alius eſt ſervus, alius eſt dominus: alius pater, alius filius: licèt jure Civili pro eadem perſona habeantur. L. *ult. C. de Impub. & al. ſubſt.*

*§. Servus Communis. 3 & ult.*

*Stipulatio ſervi communis.* De ſervo unius domini, itemque de ſervo hæreditario tractatum eſt: ſequitur de ſervo communi, qui duorum aut plurium dominorum eſt, non quaſi totus ſingulorum ſed pro partibus indiviſis: ut intellectu magis quam corpore partes in eo habeant. De eo hujusmodi traditur regula; ſervus communis omnibus atque ſingulis dominis acquirit; ſed non pro virili & æquali portione; verum pro portione dominii, quam in iſto ſervo habent: ita ut illi, qui majorem dominii partem in ſervo obtinet, plus etiam acquiratur ex ſtipulatione ejus, quàm illi, qui portionem habet minorem. L. *ſervus communis. 5. ff. h. t.* Iſtius regulæ tres ſunt exceptiones.

*Quando uni dominorum acquirat.* I. Si juſſu unius ex pluribus dominis ſtipulatus ſit ſervus communis, ei ſoli acquirit, *hoc §. noſtro.* II. Idem eſt, ſi uni ex pluribus dominis nomi-

nominatim ſervus communis fuerit ſtipulatus. *d.* L. *ſervus.* 5. *verſ. licet autem.* L *proinde.* 7. §. 1. L. *ſi ex re.* 28. § 3 *ff. h.t.*
III. Si res quæ in ſtipulationem fuit deducta, ob aliquam cauſam non poſſit omnibus acquiri: tunc enim etiam uni tantum acquiritur, *hoc* §. *in fine. d.* L. *proinde.* 7. §. 1. & L. *ſi communis.* 17. *ff. eod.*

# De Diviſione Stipulationum.

## Tit. XIX.

### *Ad Princip. Tit.*

Hic titulus ad verbum ferè deſcriptus eſt ex L. *ſtipulationum.* 5. *ff. de Verb. obligat.* & quadrimembrem ſtipulationum diviſionem à cauſa efficiente ſumptam continet: qua ſtipulationes dividuntur in judiciales, prætorias, conventionales & communes. Quæ ſpecies ſingulæ ordine explicantur *in* §§. *ſubſequentibus.* *Diviſio ſtipulationum.*



Digitized by Google

§. *Iudiciales*. 1.

*Iudiciales quæ?* Stipulationes judiciales tantum ſunt, quæ nunquam niſi apud judicem recuperatoresvè à Prætore datos, interponuntur. Merum namque judicis officium hic appellatur, quod totum à Prætoris juriſdictione diſjunctum & ſeparatum eſt. Etenim olim alius erat Prætor, & alius judex. Ita enim Romæ mos erat: ut Prætor ab actore aditus, & impetrata actione judicem vel unum vel plures, pro qualitate cauſæ daret; qui cauſam cognoſcerent & judicarent. Et differebat Prætor à judice: ut magiſtratus à privato: ſed poſteriores Imperatores ſæpè judicis verbo impropriè pro magiſtratu ſunt uſi. Poteſt autem judex unum ex litigatoribus cogere ad haſce ſtipulationes, non ſolùm ſi altera pars hoc petat, ſed etiam proprio motu, *arg. L. ædiles. 25. §. item ſciendum. 8. verſ. judici enim. ff. de ædil. edict.* Exempla judicialis ſtipulationis duo hic afferuntur: unum; cautio de dolo malo: alterum; cautio de perſequendo ſervo, qui in fuga eſt, reſtituendove precio. Cautio

*Cautio de dolo malo* de dolo tum in judicio exigitur, cum periculum eſt, ne quid in re noſtra adverſarius dolo agat: Eoque pertinet. *L. hæc*

*hæc verba. 69. ff. de V. S.* Cautionem de perſequendo ſervo, qui in fuga eſt, judex interponi curat, ſi ( verbi gratiâ ) Legatarius ſervum ſibi legatum ab herede petat; hereſque eum in ſua poteſtate eſſe, ut quia ſit in fuga, neget. Heres ſiquidem à judice ſervum ſuis ſumptibus requirere & legatario reſtituere, aut precium ejus præſtare jubetur. *L. cum ſervus. 39.* L. *ſervo legato. 69. §. ult. ff. de* Legat. 1. *& ſimilibus.*

***De proſequendo ſervo fugitivo.***

## §. *Prætoriæ.* 2.

Stipulationes Prætoriæ dicuntur, quæ nunquam niſi apud Prætorem interponuntur. Nam merum Prætoris officium hic vocat Imperator *ex* L. *ſtipulationum. 5. ff. de V. O.* quod à judicis officio totum diſjunctum ac ſegregatum eſt. Harum ſtipulationum itidem duo exempla hoc loco afferuntur : cautio ſcilicet de damno infecto, & cautio ſive ſtipulatio Legatorum. Priore quiſpiá periculum arborum, ædiumve vicinarum ruinam minantium evitare poteſt, *tot. tit. ff. de damn. infect.* Alterâ legatarii utuntur, ſtipulantes ab herede, cujus de fide dubitant, de Legatis aut fideicommiſſis rectè præ-

***Stipulationes prætoriæ quæ.***

***Cautio de damno infecto.***

***De Legatis præſtandis.***

præſtandis. L. *filiusfamilias*. 114. §. *iidem principes*. 12. *ff. de* Leg. 1. *& tot. t. ff. ut* Legator. *nom. cav.* Porrò prætoriis ſtipulationibus annumerantur hic etiã ædilitiæ: quæ ſcilicet de morbis aut vitiis rerum venalium interponuntur: proptereà quòd jus ædilitium eſt portio quædam & quaſi ſupplementum juris prætorii. §. *prætorum*. 7. *verſ. proponebant. ſupr. de jure nat. gent. & Civ.*

*Ædilitiæ ſtipulationes.*

§. *Conventionales*. 3.

*Conventionales.*

Conventionales ſtipulationes perhibentur, quæ ex conventione reorum, id eſt, utriuſque partis contrahentium concipiuntur: ſive quæ ex arbitrio & voluntate contrahentium pendent: nec juſſum vel Prætoris, vel Judicis deſiderant. *hoc* § *&* L. *ſtipulationum*. 5. *in princ. v. Conventionales. ff. de Verb. oblig.* Harumque ſtipulationum tot ſunt genera, quot (ferè dixerim) rerum contrahendarum, *hoc* §. *& d. l.* 5. *ff. eod.* Cùm enim omnibus ferè negotiis & contractibus imò & pactis confirmandis adhiberi ſoleant ſtipulationes: eaque innumerabilia ſint & infinita: eadem ſtipulationum iſtarum ratio erit. *L. juris gentium* 7. §. *quod ferè*. 12. *ff. de pact.* L. *ſi ſtipulatus*. 4. *ff. de uſur. L.* 1. §. *ſciendum*. 4. *ff. de ſtipul. prætor.* Cautè autem cum Imper. Juſtiniano

niano hic & Pomponio *in d.* L. 5. *in princ. ff. de Verb. Oblig.* illa verba addimus, *penè dixerim*; Ex iis quippe intelligere promptum eſt: quaſdam eſſe res, de quibus contrahi poſſit: quæ tamen in ſtipulatum deduci nequeant: ut res ſacra, religioſa, liber homo, &c. interdum vendi poteſt. L. *& liberi* 4. *& L. liberi hominis.* 70 *ff. de contrah. empt.* aſt in ſtipulationem venire non poteſt. §. *idem juris*, 2. *infr. tit. proxim.*

§. *Communes.* 4. *& ult.*

Communes ſtipulationes ſunt, quæ modò apud Prætorem, modò apud Judicem interponuntur: cujuſmodi eſſe dicitur ſtipulatio rem pupilli ſalvam fore, *hoc* §. *&* L. *ſtipulationum.* 5. *in pr. verſ. communes ſunt. ff. de V. O.* Hæc ſtipulatio aliàs apud Prætorem exigitur, in ipſa datione tutoris: aliàs verò apud Judicem, tunc ſcilicet, cùm aliter res expediri nequit: hoc eſt, cum ſine ea judicium procedere non poteſt: veluti ſi tutor nondum præſtitâ apud Prætorem hâc ſatisdatione, pupilli debitorem conveniat, iſque judicium ſuſcipere nolit; quòd dicat, tutorem nondum ſatisdediſſe: *idque latius Theophilus hic explicat.* Sic quoq; ſtipulatio ſeu cautio de rato, communis perhibetur, hoc §. in fine. *Communes.* *Rem pupilli ſalvam fore.* *De Rato.*

Nam ad eam præſtandam Procurator alieno nomine agens, etſi ut plurimum per Prætorem: interdum tamen etiam per judicem compellitur; ſi nimirum poſt litis demum conteſtationem petatur. Eaque de re fuſius diſſertat Donellus *ad d.* L. 5. *num.* 19. *& ſeqq. ff. de Verb. Oblig.*

---

# De inutilibus Stipulationibus.

## Tit. XX.

### *Ad princip. Tit.*

CUm hactenus expoſitum ſit, qualiter ſtipulatio contrahi debeat: commodè nunc ſubjicitur: quibus ex cauſis ſtipulatio reddatur inutilis. Hic autem initiò docet Imperator: quod quicquid in dominium noſtrum cadit, ſive mobile ſive immobile ſit, rectè in ſtipulationem deducatur. Cum enim acquirendarum rerum cauſa ſtipulationes inſtitutæ ſint: conſentaneum eſt, ut ad

Digitized by Google

ad omnes quoque omnium rerum acquirendarum modos accommodari poſſint.

§. *At ſi quis rem.* 1.

*Stipulatio rerum non exiſtentium in natura*

Stipulatio earum rerum, quæ in rerum natura non ſunt, nec eſſe poſſunt, (veluti homo mortuus, hippocentaurus &c.) nullius momenti eſt, *hoc §. L. ſi ſtipuler. 35. in pr. & L. ſi homo mortuus. 69. ff. de Verb. oblig.* L. 1. §. *ſi id quod. 9. ff. de oblig. & act.* Fingitur autem Hippocentaurus monſtrum partim humanum, partim equinum, ab ἵππος id eſt, equus, & κεντάω quod eſt, pungo, deductum. Enimverò res futuræ, tametſi in rerum natura adhuc non ſint, quia tamen eſſe poſſunt, & futuræ ſperantur, velut id, quod in utero eſt, aut fructus futuri, in ſtipulationem deduci poſſunt. *L. interdum. 73. in pr. ff. de V. O.*

*Futuræ*

§. *Idem juris.* 2.

*Commercio exemptarum.*

Addit hoc loco Imperator, quod neque ſacræ, neque religioſæ, neque publicæ, neque ſuæ rei, neque liberi hominis ulla ſit ſtipulatio. L. 1. § *ſi id quod. 9. ff. de oblig. & action. L. inter ſtipulantem. 83. §. ſacram. 5. & L. liber homo. 103. ff. de Verbor. Obligat.* Ratio ejus manifeſta eſt: quia iſtarum rerum nullum eſt commercium, nullaque abalienatio.

natio. Stipulatio autem ad abalienationem pertinet. Nulla igitur iſtarum rerum ſtipulatio eſt. Ac ſanè rei commercio exemptæ ſtipulatio uſque adeo non valet, ut ne ſublatâ quidē illâ qualitate convaleſcat. *hoc §. noſtro, verſ. nec in pendenti, & d. L. inter ſtipulantem.* 83. *§. ſacram.* 5. *ff. de V. O.* Cujus rei præcipua ratio hæc eſt; quia non eadem, ſed alia ſpecies tum videretur. Cæterùm ſi res promiſſa deſinat eſſe in commercio, ſine facto & culpa vel dolo promiſſoris, puta, ſi ex profana facta ſit ſacra vel religioſa, ex ſervo liber homo, vel ex aliena ſtipulatoris propria, promiſſor liberatur, perinde ac ſi res extincta eſſet. *hoc §. noſtro, verſ. item contra. d. L.* 83. *§.* 5. *ff. eod.* Nam ſæpè etiam ea quæ rectè conſtiterunt, reſolvuntur, cùm eum in caſum reciderunt, à quo conſiſtere non potuiſſent. *L. exiſtimo.* 98. *poſt princip. & L. penult. §.* 2. *ff. de Verb. obl.*

*§. Si quis alium.* 3.

Cum inter ſtipulantem & promittentem negotium contrahatur: idcirco ſi quis alium daturum facturumve quid promiſerit, non obligabitur. Nam de ſe quemque promittere oportet. *L. inter ſtipulantem.* 83. *in princ. ff. de Verb. Obl.* & culpa eſt immiſcere ſe rei ad ſe non per-

pertinenti L. *culpa eſt. 36. ff. de reg. jur.* Si tamen quis promiſerit, ſe effecturum & curaturum, ut alter det vel faciat: ſtipulatio utilis erit: cum is qui ſic promittit, non alienum, ſed proprium factum promittere cenſeatur, *hoc §. in fin.* L. *quotiens quis. 81. in princ. ff. de V. O.*

*§. Si quis alii. 4.*

Alteri ſtipulari nemo poteſt, præterquam ſi ſervus domino, filius patri ſtipuletur. Inventæ enim ſunt ſtipulationes, ut per eas unusquiſque ſibi acquirat, quod ſua intereſt: Cæterum ut alteri detur, vel fiat, nihil intereſt ſtipulatoris. *L. ſtipulatio iſta. 38. §. alteri. 17. ff. de V. O. & §. alteri. 18 infr. h. t.* Cur autem ſervus domino & filius patri; ac vice verſa, dominus ſervo, paterque filio ſtipulari queat, hic in fine redditur illa ratio: quia illorum vox cenſetur vox noſtra, adeoque per ipſos vel ipſorum miniſterio ſtipulari intelligimur. Cæterum licet ſtipulando non acquiratur alteri extraneo obligatio: nihil tamen prohibet; quo minus ſolutio in perſonam extraneam conferatur: ut ſi quis hoc modo ſtipuletur: Mihi aut Sempronio dare ſpondes? Hic quidem mihi ſoli obligatio acquiritur, & ſolus ad id quod ſtipulatus ſum, agere poſ-

***Stipulatio alterius.***

ſum: Sempronio verò nihil prorſus acquiritur: ſed ſolutio verbis tantùm in eum confertur: reverâ autem non confertur: ſiquidem id quod ipſi à promiſſore ſolutum eſt, ab eo actione mandati avocare poſſum: quandoquidem tacitum intelligitur mandatum à me habere de ſolutione à promiſſore acquirenda, & de re accepta mihi præſtanda: quæ etiam cauſa eſt, cur promiſſor Sempronio, me etiam invito, ſolvere poſſit, *hoc §. noſtro, verſ. planè ſolutio &c.* L. *Iulianus*, 131. §. 1. *ff. de V. O.* L. *qui res ſuas.* 98. §. *qui ſtipulatus.* 5. *ff. de ſolution.* Porrò ſi ſtipulatio non alternativè ut priori caſu: ſed copulativè concipiatur, ita nimirum: Mihi & Sempronio dare ſpondes? non quidem totum debetur ſtipulatori, quod in ſtipulationem deductum eſt: ſed tamen dimidiam partem ei acquiri placuit, *hoc §. noſtro, verſ. quod ſi quis ſibi, &c.* L. *ſi mihi & Titio.* 110. *in princip. ff. de Verb. oblig.* Et ratio eſt: quia utile non debet vitiari per inutile. L. 1. §. *ſed ſi mihi.* 5. *ff. d. t.* L. *ſancimus.* 34. *in pr.* C. *de donat. c. utile.* 38. *extr. de Reg. jur. in* 6. Eſt autem iſthæc ſtipulatio partim utilis reſpectu ſcilicet perſonæ ſtipulantis; partim inutilis ratione videlicet alterius. Planè ſi res in

ſtipu-

Digitized by Google

ſtipulationem deducta, ſit ejuſmodi, quæ diviſionem non recipiat, ut equus, annulus &c. totam ſtipulatori deberi probabilius eſt. *arg.* L. *proprium.* 5. *ff. commun. præd. &* L. *fundus.* 64. *ff. de contr. empt.*

§. *Præterea inutilis.* 5.

*Reſponſio ad ſtipulationem incongrua.*

Ait hoc loco Juſtinianus Imper. ſtipulationem reddi inutilem, ſi congruenter ad interrogationem non reſpondeatur. Forma ſiquidem ſtipulationis in interrogatione & reſponſione congrua conſiſtit. Non reſpondetur autem congruenter ad interrogationem, ſi vel plus ſit in interrogatione, minus in reſponſione, aut contrà: vel ſi pura ſit interrogatio, reſponſio verò conditionalis, aut in diem concepta, vel vice verſa, hoc §. noſtro. Niſi fortaſſis in continenti ſtipulator oſtenderit, ſibi placere reſponſionem *L.* 1. § *ſi quis ſimpliciter.* 3. *ad finem. ff. de Verb. oblig.*

§ *Item inutilis.* 6.

*Stipulatio inter patrem & filium, dominum & ſervum.*

Hic docet Imperator: inter patrem & filium familias, itemque dominum & ſervum, non poſſe contrahi ſtipulationẽ Quùm enim rerũ acquirendarũ cauſa ſtipulatio interponatur, nulla autem inter patrem & filium, ſervũ &

ſum: Sempronio verò nihil prorſus acquiritur: ſed ſolutio verbis tantùm in eum confertur: reverâ autem non confertur: ſiquidem id quod ipſi à promiſſore ſolutum eſt, ab eo actione mandati avocare poſſum: quandoquidem tacitum intelligitur mandatum à me habere de ſolutione à promiſſore acquirenda, & de re accepta mihi præſtanda: quæ etiam cauſa eſt, cur promiſſor Sempronio, me etiam invito, ſolvere poſſit, *hoc §. noſtro, verſ. planè ſolutio &c.* L. *Iulianus*, 131. §. 1. *ff. de V.* O. L. *qui res ſuas.* 98. §. *qui ſtipulatus.* 5. *ff. de ſolution.* Porrò ſi ſtipulatio non alternativè ut priori caſu: ſed copulativè concipiatur, ita nimirum: Mihi & Sempronio dare ſpondes? non quidem totum debetur ſtipulatori, quod in ſtipulationem deductum eſt: ſed tamen dimidiam partem ei acquiri placuit, *hoc §. noſtro, verſ. quod ſi quis ſibi, &c.* L. *ſi mihi & Titio.* 110. *in princip. ff. de Verb. oblig.* Et ratio eſt: quia utile non debet vitiari per inutile. L. 1. §. *ſed ſi mihi.* 5. *ff. d. t.* L. *ſancimus.* 34. *in pr.* C. *de donat. c. utile.* 38. *extr. de Reg. jur. in 6.* Eſt autem iſthæc ſtipulatio partim utilis reſpectu ſcilicet perſonæ ſtipulantis; partim inutilis ratione videlicet alterius. Planè ſi res in

ſtipu-

ſtipulationem deducta, ſit ejuſmodi, quæ diviſionem non recipiat, ut equus, annulus &c. totam ſtipulatori deberi probabilius eſt. *arg.* L. *proprium.* 5. *ff. commun. præd.* & L. *fundus.* 64. *ff. de contr. empt.*

§. *Præterea inutilis.* 5.

*Reſponſio ad ſtipulationem incongrua.*

Ait hoc loco Juſtinianus Imper. ſtipulationem reddi inutilem, ſi congruenter ad interrogationem non reſpondeatur. Forma ſiquidem ſtipulationis in interrogatione & reſponſione congrua conſiſtit. Non reſpondetur autem congruenter ad interrogationem, ſi vel plus ſit in interrogatione, minus in reſponſione, aut contrà: vel ſi pura ſit interrogatio, reſponſio verò conditionalis, aut in diem concepta, vel vice verſa, hoc §. noſtro. Niſi fortaſſis in continenti ſtipulator oſtenderit, ſibi placere reſponſionem *L. 1. § ſi quis ſimpliciter. 3. ad finem. ff. de Verb. oblig.*

§ *Item inutilis.* 6.

*Stipulatio inter patrem & filium, dominum & ſervum.*

Hic docet Imperator: inter patrem & filium familias, itemque dominum & ſervum, non poſſe contrahi ſtipulationẽ. Quùm enim rerũ acquirendarũ cauſa ſtipulatio interponatur, nulla autem inter patrem & filium, ſervũ &

dominum acquiſitio ſit: quippe cùm una eademque perſona videantur; *L. ult. C de Impub. & al. ſubſtitut.* conſequens eſt, nec ullam inter eos ſtipulationem locum habere poſſe. L *Lis nulla. 4. ff. de judic. L. actiones 7. ff. de obligat. & action.* Etſi autem in eo conveniunt ſervus & filiusfamilias: quod neuter obligari poteſt domino vel patri: attamen ſi cum aliis contrahant, differunt. Servus namque ne extraneis quidem obligari poteſt: cum domini conditionem deteriorem facere nequeat: filius verò familias, utpote liber homo & civis Romanus, aliis obligari poteſt tanquam pater familias. L. *filiusfamilias. 39. & L. obligari. 43. ff. de obligat. & action.*

§. *Mutum.* 7.

*Muti & ſurdi.* Mutus (qui ſcilicet omni vocis uſu deſtituitur) & ſurdus (qui omninò non audit) ſtipulari & promittere non poſſunt. *L. 1. in pr. ff. de Verb. obligat.* L. 1. §. *penult. & ult. ff. de obligat. & act. hoc §. noſtro.* Ratio in promptu eſt: quia ad ſtipulationis ſubſtantiam præciſè verba tam reſpondentis, quàm interrogantis requiruntur: quæ verba neque mutus proferre, neque ſurdus exaudire poteſt. *d. L. 1. § verbis. 7. & §. pen. & ult. ff de oblig. & action.*

§. *Fu-*

*§. Furioſus.* 8.

Indicat in hoc §. Juſtinianus: quod furioſus non ſolum non ſtipulari, ſed nec ullum aliud negotium gerere poſſit. L *in negotiis.* 5. *ff. de reg. jur.* propterea quod ipſe non intelligit, quod agit, *hoc §. noſtro*, & omni mente, voluntate, aut conſenſu caret. *§. 1. verſ. item furioſi. ſupr. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.* L. *furioſi.* 40. *ff de reg. iur.* In omnibus autem contractibus, ſicque etiam in ſtipulationibus requiritur conſenſus. L. *in omnibus rebus.* 55. & L. *in omnibus negociis.* 57. *ff. de obligat. & action.* L *continuus.* 137. *§. 1. ff. de V. O.* — *Furioſi.*

*§. Pupillus* 9 *cum §.* 10. *ſeq.*

Circa pupillum an & quatenus ſtipulari ac promittere poſſit, diſtinguendũ eſt. Aut enim pupillus infans eſt: aut infantiæ proximus: aut pubertati proximus. *§. ſed quod diximus.* 10. *h. t* *L.* 1. *§.* 2. *ff. de adminiſtr. & peric. tutor.* L *pupillum.* 111. *ff. de regul. iur.* L. *ſi infanti.* 18. *C. de jur. delib.* Pupillus infans (qui ſcilicet ſeptimum ætatis annum nondum exceſſit, *d.* L. *ſi infanti.* 18. *in pr.* C. *d. t.*) neque ſtipulari neque promittere poteſt, ne quidem tutore auctore: & ut maximè loquatur; haud tamen quid loquatur, intelligit: adeoque non mul- — *Pupilli.* — *Infantis.*



Digitized by Google

tùm à furioſa diſtat. *d. §. ſed quod diximus.* 10. *h. t.* L. 1. *in pr.* & L. *mulier.* 70. *in fin. ff. de V. O.* Tametſi poſſidere rectè poſſit, ſi tutore auctore cæperit: idque utilitatis cauſa receptum eſſe, Paulus reſpondit. L. *quamvis.* 32. §. *ult. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* L. *donatarum.* 3. *C. de acquir. & retinend. poſſeſſ.* De pupillo infantiæ proximo, qui ſcilicet egreſſus eſt infantiam, idem ſtricto jure pronunciandum eſt: quia nec iſte quid agat, intelligit. Sed tamen utilitatis ejus cauſa, benignior juris interpretatio facta eſt; ut nimirum ſtipulari, ſibique acquirere poſſit, cùm de ipſius commodo agitur, *d. §. ſed quod diximus.* 10. *h. t.* L. 1. §. *huic proximus.* 13. *ff. de obligat. & action.* L. *ſervum.* 6. *ff. rem pup. ſalv. for.* L. *pupillus.* 9. *in fin. ff. de acquir. vel omitt. hered.* Pupillus deniq; pubertati proximus omne negotium rectè gerit: ita tamen ut alios quidem ſibi obligare etiam ſine tutoris authoritate poſſit; ipſe verò aliis obligari nequeat, niſi tutore auctore, *hoc §. noſtro,* L. *in negociis.* 5. *ff. de Reg. jur.* Hucq; pertinent, quæ dicta ſunt *ad princip. tit. ſupr. de auctor. tut.* Porrò *in d. §.* 10. *ad fin. h. t.* obſervanda venit differentia inter

*Infantiæ proximi.*

*Pubertati proximi.*

inter impuberem, qui eſt in tutela, & impuberem, qui adhuc eſt in poteſtate patris. Ille namque tutore auctore obligari poteſt, ut modo dictum: hic verò patre auctore non obligatur. L. *ult.* §. 2. *ff. de Verb. oblig.* Ratio differentiæ hæc vulgo redditur: quia pupillo contra tutorem ſuum ſemper cautum eſt, ſi fortè obligatio ei damnoſa fuerit: filio contra patrem non item. Si quidem illi tutor actione tutelæ tenetur. Aſt in patrem, ob rem malè geſtam filio nulla competit actio. L. *Lis nulla.* 4. *ff. de judic. tot. tit. ff. de tutel. & rat. diſtrah.*

§. *Si impoſſibilis.* 11.

Agitur hic de ſtipulatione inutili ex defectu cauſæ efficientis, hoc eſt, conſenſus, qui ex adjectione conditionis naturâ impoſſibilis, defuiſſe intelligitur. Eaque conditio, quæ naturâ impoſſibilis eſt, aut in faciendo conſiſtit, aut in non faciendo. L. *impoſſibilis.* 7. *ff. de V. O.* Si conditio illa in faciendo conſiſtat, veluti hoc modo: *ſi digito cælum attigero, dare ſpondes?* ſtipulatio inutilis cenſetur. Si verò in non faciendo ſit poſita, ut ſi dicatur: *ſi digito cælum non attigero, dare*

*Conditio impoſſibilis.*



Digitized by Google

*dare ſpondes?* ſtipulatio valet, pureque facta intelligitur, *hoc §. noſtro, d. l. impoſſibilis. 7. ff. de Verb. oblig.* Ac profectò ita eſt: ut, quæ conditiones affirmando adjectæ impoſſibiles ſunt; eædem infi-ciando adjectæ, neceſſariæ reputentur. Nam cujus affirmatio impoſſibilis eſt, ejus negationem eſſe neceſſariam, Ariſtoteles ſcribit *Lib. 2. περὶ ἑρμηνείας cap. pen.* Illud porrò hic addendum: impoſſibile non id tantum dici, quod natura; verùm etiam quod lex fieri vetat: quoniam ea quoque non poſſe nos facere dicimur, quæ jure non poſſumus. *L. continuus. 137. § cum quis. 6. ff. de Verb. obligat. L. filius. 15. ff. de Condition. inſtitut.*

§. *Item verborum.* 12.

*Stipulatio inter abſentes.* De ſtipulatione inutili propter formam: quoniam ſcilicet inter abſentes contracta eſt, Juſtinianus Imper. hoc loco tractans, oſtendit: illam inter abſentes concipi non poſſe: propterea quod ejuſdem forma præcipuè conſtat congruente interrogatione & reſponſione & utroque loquente. *L. 1. in princ. ff. de Verb. obl.* quod inter abſentes fieri nequit, qui per epiſtolam duntaxat vel nuncium colloquuntur, *arg. §. 1. ibi, per epiſtolam vel nuncium. infr. de obligat. ex conſenſ. L. 1. & 3. C. de Contrah. & committ.*

*mitt. ſtipul.* Quid vero ſtatuendum, ſi alter dicat, ſe abfuiſſe ab eo loco, ubi ſtipulatio facta proponitur: quomodo præſentes fuiſſe contrahentes docebitur? Reſpondet Imper. Juſtinianus: credi ſcripturæ ſive præſumi pro inſtrumento, in quo ſcriptum eſt, partes præſtò fuiſſe, donec contrarium aliis firmioribus argumentis demonſtratur. *hoc §.* & L. *optimam.* 14. *C. de contr. & committ. ſtipul.*

§. *Poſt mortem.* 13.

Olim nemo ſtipulari poterat, ſibi dari poſt mortem, vel ſuam vel promiſſoris, *hoc §. noſtro.* Ejuſque rei duplex maximè redditur ratio: tum quia poſt mortem accipere aut dare quenquam impoſſibile eſt: tum quia regula juris antiqui fuit: quod obligatio & actio, quæ nō competiiſſet defuncto, non poterat incipere à perſona heredis, neque contra heredes, teſte Cajo *in fragm. Inſtit. lib. 2. tit. 9. §. præterea inutilis.* 7. Similiter ſtipulatio his verbis concepta; *pridie quam moriar, aut pridie quàm morieris, dare ſpondes?* olim inutilis habebatur. Cujus ratio hæc eſt: quia cum ſtipulatio iſta in eum diem concepta ſit, qui nunquam niſi poſt mortem meam certus eſt; vi ipſa & effectu in tempus mor-

*Stipulatio poſt mortem concepta.*

*Pridiè mortem.*

morte poſterius, ac proinde in heredis perſonam concepta judicatur. Itaque cum nunquam certum ſit deberi, niſi poſt mortem; quia nunquam certum eſt, quis ille dies fuerit, niſi poſt mortem: manifeſtum eſt, illam ſtipulationem non aliam vim habere, quam ſi quis ſtipulatus eſſet, ſibi poſt ſuam mortem deberi, auctore Cajo, *d. Lib. 2. tit. 9. §. item inutilis &c.* Verum Juſtiniani conſtitutione præcedentes duæ ſtipulationum formulæ idcircò comprobantur: quia ſtipulationes omnes ex conſenſu valent. L. *ſcrupuloſam.* 11. *C. de contrah. & committ. ſtipul.* & hodie tum obligationes, tum actiones & ab heredibus & adverſus heredes initium capere poſſunt. L *unic. C. ut action. & ab hered. & contr. hered. incip.*

§. *Item ſi quis ita.* 4.

*Stipulatio præpoſtere concepta.* Præpoſterè concepta ſtipulatio (ut ſi navis cras ex Aſia venerit, hodie dare ſpondes?) olim inutilis erat: idq; duplici ratione. Tum quod in conditionali ſtipulatione obligatio ex eventu conditionis pendeat, nec prius naſcatur, quam conditio exiſtat. §. *ſub conditione. 4. ſupra de Verb. oblig.* Tum quòd ſi conditio deficeret, abſurdum & ridiculum eſſet, obligationem extitiſſe, *no-*

*tante*

*tante Hottomanno hic, enunciat.* 1. *ad fin.* Cæterum Juſtinianus Imper. hanc ſtipulationem utilem fecit in omnibus cauſis & negociis: cùm Leo Imp. illam tantum in dotibus admiſiſſet, *hoc § noſtro.* L. *præpoſteri.* 25. *C. de teſtam.* Movit autem Juſtinianum hæc ratio: quod non tam verborum ſubtilitas, quam mens & voluntas contrahentium ſpectari debeat. L. *unic. C. ut action. & ab heredib. & contr. hered. incip.* Porrò id, quod in ſtipulationem præpoſteram deductum eſt, non ſtatim debetur, ſed tunc demum ubi conditio exiſtit, & navis ex Aſia venit. *d.* L. *præpoſteri.* 25. *in fine. C. de teſtament.*

*§. Ita autem ſtipulatio.* 15.

Iſtæ ſtipulationum formulæ (cum moriar, dare ſpondes? vel cum morieris? item poſt mortem alteri dari) nunquam improbatæ ſunt, *hoc §. noſtro,* L. *quodcunque* 45. *§. non ſolum.* 3. *ff. de Verb. obligat.* Ratio eſt perſpicua; quia iſtis formulis nulla extranea perſona in ſtipulationem deducitur: neq; debitio in tempus morte poſterius, ſed in vitæ tempus confertur: quoniam in jure Civili momentum moriendi non morti, ſed vitæ attribuitur. L. *ult. ff. de Condit. inſt.* & Cujac. Lib. 3. *obſerv. cap.* 34.

*Stipulatio in mortem concepta.*

§. Si

§ *Si ſcriptum.* 16.

Quamvis epiſtolæ ſive inſtrumento additum non ſit, ſtipulatum eſſe eum, cui cavebatur: tamen ſi res inter præſentes geſta eſt, credendum eſt, præcedentem ſtipulationem vocem ſpondentis ſubſecutam eſſe. L. 1. C. *de contrah. & committ. ſtipul.* Paulus Lib. 5. *ſentent. tit.* 7. *& hoc* §. *noſtro.* Verum hoc ita accipiendum eſt, cum probari contrarium ſpecialiter non poteſt. L. *juris gentium.* 7. § *quod fere.* 12. *ff. de pact.*

§. *Quotiens.* 17.

*Stipulatio pluriũ rerum.* De ſtipulatione plurium rerum, quatenus valeat, hoc loco tractatur, & aſſeritur; eum qui plures res ſtipulanti ſimpliciter ac indefinitè reſpondet, *dabo*; propter omnes obligari: qui verò certas ſe daturum, ſpondet, de iis tantum teneri. L. *inter ſtipulantem.* 83. §. *item ſi ego.* 4. *ff. de Verb. oblig.* Hujuſque ratio conſpicua eſt: quia cùm ſingulæ res enumeratæ ſunt, tot cenſentur ſtipulationes, quot ſunt res. L. *quod dicitur.* 86. *ff. eod.*

§. *Alteri.* 18.

*Stipulatio alteri facta.* De ſtipulatione alteri facta, ait hic Imperator: eam nullius momenti eſſe, niſi pœna ſubjiciatur. Idem ait Ulpianus *in L. ſtipulatio iſta.* 38. §. *alteri* 17. *ff. de*

*ff. de V. O.* Pœnâ quippe ſtipulationi adjectâ non confirmatur prior ſtipulatio, quæ jure non ſubſiſtens, à privatis ſtabiliri nequit; ſed conſulitur ſtipulatori tantum: ut conditione deficiente, condictione certi pœnam ipſe conſequatur. *hoc §. noſtro.*

§. *Sed & ſi quis.* 19.

Inquit hoc loco Juſtinianus: eum qui alteri, cùm ſua interſit, ſtipulatur, rectè ſtipulari; ſicque ſtipulationem valere. *L. ſtipulatio iſta.* 38. § *ſi ſtipuler.* 20. *ff. de Verb. obligat.* Ejuſque ratio facilis eſt: quia tunc ſtipulator ſibi ipſi, non alteri, obligationem & actionem quærit. *L. Liber homo.* 118. §. *ult. ff. eod.* Cæterum intereſſe, eſt id quod nobis abeſt, & quod lucrari potuimus. *L. ſi commiſſa.* 13. *ff. rem rat. haber.*

§. *Verſa vice.* 20.

Quod in duobus §§. proximè præcedentibus dictum eſt; non poſſe quem alteri ſtipulari, niſi vel pœna appoſita ſit, vel ejus interſit: idem ex adverſo etiam de promiſſore ſtatuendum eſt: eum videlicet (ſi non de ſe ipſo, ſed de alio promittat, ipſum facturum) non obligari; niſi pœna adjecta fuerit. *L. ſtipulatio iſta.* 38. §. 2. *ff. de Verb. obligat. hoc §. noſtro.* Tunc ſiquidem promiſſor factum

factum magis ſuum quàm alienũ promittit: quippe cum ejus jam interſit L. *quoties.* 81. *in princ. ff. d. t.* L. *ſi quis ab alio.* 13. §. *ult. ff. de re judic.*

§. *Item nemo.* 21.

*Stipulatio rei alienæ*

Rem alienam eum in caſum, quo noſtra futura eſt, ſtipulari non poſſumus, hoc §. & L. nemo. 87. ff. de verb. oblig. Ratio in promptu eſt: quia tum agere, ut nobis detur, non licebit. Quod enim noſtrum eſt, amplius nobis dari, magiſque noſtrum fieri non poteſt. §. *ſed ſi rem.* 10. *ſupra de Legat.* & §. *ſic itaq; diſcretis* 14. *infr. de action.*

§. *Si de alia re.* 22.

Hic agitur de ſtipulatione inutili propter diſſenſum circa rem ſive corpus. Nam ſi aliam rem intellexerit ſtipulator, aliam promiſſor, nihil actum erit: cum ſtipulatio ex utriuſque conſenſu perficiatur. L. *inter ſtipulantem.* 83. §. 1. & L. *continuus.* 137. §. 1. *ff. de Verb. obligat.* & conſenſui nihil tam contrariũ ſit, quàm error. *L. nihil.* 116. *ff. de reg. jur.* Sed hoc quidem de errore, qui in ipſo corpore committitur, intelligendum eſt. Cæterum ſi tantum in nomine, vel materia & qualitate ſeu ſubſtantia erratum ſit, modo de uno eodemq; corpore contrahentes conſentiant; ſtipula-

pulatio non vitiabitur. *L. ſi id quod aurum.* 22. L. *ſi in nomine* 32. *ff. de Verbor. obligat.*

§. *Quod turpi.* 23.

*Stipulatio turpis*

In hoc §. indicatur; turpi de cauſa promiſſum nullam obligationem parere. Generaliter quippe novimus, turpes ſtipulationes nullius eſſe momenti: L. *generaliter.* 26. & L. *ſeq. ff. de Verb. oblig.* cum omnia quæ contra bonos mores vel in pactum, vel in ſtipulationẽ deducuntur, nullius momenti cenſeantur. *L. ex eo* 4. *C. de inut. ſtipul.* Quare ſi flagitii faciendi vel facti cauſa concepta ſit ſtipulatio, ab initio non valet, auctore Papiniano. L. *ſi flagitii.* 123. *ff. de Verb. obligat.*

§. *Cum quis.* 24.

*Stipulatio conditionalis in heredem translatoria.*

Non ſolum heres ejus, qui ſub conditione ſtipulatus ante conditionem deceſſit, exiſtente conditione poteſt agere: verum etiam heres promiſſoris, qui ante conditionis eventum deceſſit, exiſtente conditione conveniri poteſt. *hoc* §. & L. *ſi quis* 57. *ff. de Verb. obligat.* Secus eſt in Legatis: Legatario namque ante conditionem mortuo, heres ipſius exiſtente conditione agere nequit. L. *Legata.* 41. *ff. de condit. & demonſtrat.* L. *quæ Legata.* 18. *ff de reg. jur.*

Ratio

Ratio differentiæ inter ſtipulationem & Legatum à pleriſque hæc redditur: quod in ſtipulatione conditionali intervenit factum ſtipulatoris, ſibi & heredibus ſuis cavere volentis. *L. ſi pactum.* 9 *ff. de probat.* L. *tale.* 40. §. *fin. ff de pact.* In legato autem conditionali nullum legatarii intercedit factum: ſed à ſola teſtatoris voluntate pendet, qui perſonæ legatarii duntaxat rationem habuiſſe, eique ſoli, ob meritum fortaſſis, vel ſingularem amorem, non ejus heredi proſpicere voluiſſe intelligitur. L. *nec adjecit.* 9. *ff. pro ſocio.* *Gomez. tom.* 2. *variar. reſolut. jur. Civ. cap.* 11. *n.* 36. *verſ. cujus ratio eſt, &c.*

*§. Qui hoc anno.* 25. *& ult.*

*Tempus ſolutionis in ſtipulatione.*

Qui anno vel menſe certo dari ſtipulatus eſt, niſi omni illo tempore exacto, non rectè petet. *hoc §. noſtro, &* L. *qui hoc anno.* 42. *ff. de Verb. obligat.* Etenim quæ in ſtipulationibus ambigua ſunt, adverſus ſtipulatorem interpretari ſolemus. L. *ſtipulati iſti* 38. §. *in ſtipulationibus.* 18 *ff. eod.* Porrò quod quis promiſit: ante tempus, quo commodè ſatisfieri poteſt, non debet peti; ut Juſtinianus *hic* innuit *circa finem.* Nam quod dicitur, ſtatim ſolvi debere, cum aliquo temperamento intelligendum eſt. Neque

que enim creditor cum ſacco ſtatim venire debet, reſpondente Paulo *in L. quod dicimus.* 105 *ff. de ſolution.* Eodem confert textus *in L. continuus.* 137. §. 2. *& ſeqq ff de verb. oblig.*

---

# De Fidejuſſoribus.

## Tit. XXI.

### *Ad Princip. Tit.*

QUia expoſuit hactenus Imperator Juſtinianus, de principali ſtipulatione, quâ quis principaliter per ſe & propter ſe, non propter alium ſtipulanti promittit, ſeque ei obligat: ideo convenienter de ſtipulatione acceſſoria nunc agit, qua ſcilicet quis inte rogatus alienam obligationem ſuſcipit, & fide ſuâ, (hoc eſt, periculo & præſtatione) eſſe jubet: id eſt, mandat, vult, & profitetur. Unde ſtipulatio iſthæc, appellatur fidejuſſio; & is, qui pro reo promittendi fidem ſuam adſtringit, fidejuſſor vocatur, *hic & l. 1. §. ſed aut proprio.* 8. *ff. de obligat. & act.* Finis autem & utilitas fidejuſſionis ſive fidejuſſorum eſt ea- *Fidejuſſionis utilitas*

 dem

dem planè, quæ pignorum; ſecuritas nimirum creditorum, ut eo certiores ſint de credito ſuo, ſive ut tantò melius ipſis cautum ſit; qui quaſi duabus anchoris innixi ſuum conſequi poſſint â fidejuſſoribus, ſi fortè principales debitores non ſint ſolvendo § *ult. ſupr. quib. mod. re contr. oblig. §. ult. infr. de replicat. d. l. 1. § 8. ff. de obligat. & act. & hoc princ. noſtro in fine.*

§. *In omnibus*. 1.

*Fidejuſſor quibus obligationibus accedat?*

Fidejuſſor omnibus obligationibus, quibuscunque modis contractis accedere & adhiberi poteſt. *hoc* §. & L. 1. L. *Græcè* 8 §. 1. & *ult. ff. h. t.* Ideoque debitum ſive obligationem principalem eſſe oportet, cui fidejuſſoria accedat. L. *fidejuſſor*. 16. *in princip.* & §. *fidejuſſor*. 3. *ff. eod.* Ubi igitur nulla eſt obligatio principalis, ibi nec acceſſoria hæc ſubſiſtet. arg. *L. is cui*. 6. *ff. de verb. oblig. L. qui contra*. 11. *L. ſi ſub impoſſibili*. 29. *L. ſi quis*. 37 L. *fidejuſſor*. 57. *L. ſi à reo*. 70. § *ſi à furioſo*. 4. *ff. h. t.* L. *nihil dolo*. 129. § 1. & L. *cum principalis*. 178 *ff. de Reg. jur.* Nec verò quicquam refert, utrum civilis & vera atque efficax ſit obligatio, an naturalis tantum: ita ut etiam pro ſervo, qui naturaliter duntaxat obligatur

gatur *L. quod attinet 32. ff. dict tit.* fidejuſſor intervenire & obligari poſſit tam domino quàm extraneo, *hoc §. noſtro, in fine.* L *ſtipulatus. 6. §. ult. & L. ſeq. L. fidejuſſor.* 16. §. 3. L. *cum fidejubebat.* 35. *dict. leg. ſi à reo.* 70. §. *adeò.* 3. *ff. hoc tit.*

*§. Fidejuſſor non tantum. 2.*

*Fidejuſſoris heres.* Ex fidejuſſione non ſolùm ipſe fidejuſſor, qui ſpopondit, ſed etiam heres ejus adſtringitur, hoc §. noſtr. L *poteſt.* 4. *in fin ff. hoc tit. L fidejuſſores.* 24. C. *eod.* Hujus ratio eſt perſpicua: quia tametſi fidejuſſio concipitur in ipſius fidejuſſoris perſonam, ut qui ſua fide principale debitum eſſe jubet; cum tamen heres ſuccedat in univerſum jus defuncti, ipſumque repræſentet. L. *hereditas.* 62. *ff de reg jur. Nov.* 48. *circ. fin. præfat.* ac præterea adeundo hereditatem cum creditoribus hereditariis contraxiſſe, omniaque defuncti debita in ſe recepiſſe intelligatur. *L. more noſtra.* 8. *ff. de acquir. vel omitt. hered. L. 3. in fin. &* L. 4. *ff. ex quib cauſ. in poſſ eat.* meritò ſucceſſor æquè, atque defunctus ex fidejuſſione obligatur.

*§. Fidejuſſor & præcedere. 3.*

*Fidejuſſoria ſequitur principalem obligationem.* Quàmvis obligatio fidejuſſoria ordine temporis & conceptu verborum

præcedere, vel ſequi poſſit principalem obligationem, *hoc §. & L. poteſt. 4. in princ. L. ſtipulatus. 6 §. ult. ff. h. t. L. non quemadmodum. 35. ff de judic. et ſimil.* attamen juris intellectu & quoad effectum, ſemper fidejuſſoria obligatio ſequi principalem cenſetur: cum ejus ſit acceſſio quædam. *§ fidejuſſores 5. infr. h. t.* L. *generaliter. 5. ibi, ex cauſa acceſſionis, & L hi qui acceſſi nis, 34. ff. eod.* Omnis verò acceſſio præſupponat aliquid, cui accedat. *L. cum principalis. 178. ff. de reg. jur. c. acceſſorium. 42. eod tit. in 6.*

*§. ſi plures. 4.*

*Pluribus fidejuſſoribus*

Ex hoc §. apparet, quòd pro reo principali non ſolùm unus fidejuſſor intervenire poſſit, ſed etiam plures; & tunc ſinguli fidejuſſores in ſolidum teneantur. Cùm enim ſinguli non partem debiti, ſed integrum ac ſolidum debitum fide ſua eſſe juſſerint, ſeque in ſolidum pro principali obligarint: meritò etjam in ſolidum ex ſua conventione tenentur. *L. non rectè. 3. & L. reos 23. C. h. t.* Ex Epiſtola tamen & conſtitutione D. Hadriani fidejuſſoribus ſuccurritur, & exceptio, quam diviſionis appellitant, datur: qua ſinguli illorum, à quibus ſolidum petitur, creditorem removent, & à cæteris quoque partes pete-

*Competit beneficium diviſionis.*

petere compellunt: ſi modo litis conteſtatæ tempore ſolvendo ſint. Etenim ſi unus illorum eo tempore facultatibus lapſus ad inopiam pervenerit: pars ejus ad cæterorum onus reſpicit. L *inter fidejuſſores.* 27. *ff eod.* Quòd ſi verò creditor unum ex fidejuſſoribus convenerit, ab eoq; totum conſecutus fuerit: hujus ſolius detrimentum erit, ſi reus principalis, pro quo ille fidejuſſit, ſolvendo non ſit: & ſibi imputet fidejuſſor, quod totum ſolvit, adeoq; beneficio Epiſtolæ D. Hadriani ſibi competente, uſus non fuit, *hoc* §. *noſtro*. Porro de aliis beneficiis nimirum ordinis ſeu excuſſionis & cedendarum actionum, fidejuſſoribus cōpetentibus, uberius tractavimus in majoribus noſtris publicis commentariis: *ad hunc* §. *num.* 25. *& plurimis ſeqq.*

§ *Fidejuſſores ita* 5.

*Fidejuſſoria obligatio non major principali.*

Cùm fidejuſſoria obligatio ita ſit acceſſio principalis obligationis, *ut ſupra dictum ad* §. 3. *rectè* inde ſequitur, fidejuſſorem in plus obligari non poſſe, quàm ſit reus principalis obligatus: in minus autem obligari poſſe. L. *Græce.* 8. § *illud.* 7. *ff. h. t.* Abſurdum quippe eſt, plus eſſe in acceſſione, quam in re principali, *hoc* §. & L. *cum principalis.* 178. *ff de reg. jur.* Quot autem modis fiat, ut fide-

juſſor plus aut minus debeat, dilucidè Imperator ipſe exponit *hic & in § ſi quis agens 33 infr. de action.*

§. *Si quid autem. 6.*

*Actio mandati fidejuſſoris contra debitorem principalem.*

Ait Juſtinianus Imp. fidejuſſorem habere mandati actionẽ (contrariam ſcilicet) contra debitorem ſeu reum principalem, ad recuperandum id, quod pro eo ſolvit. *L. idemque.* 10. § *fidejuſſores.* 11. *ff. mandat.* Hujuſque ratio eſt facilis: quia reus principalis mandaſſe videtur fidejuſſori, ut ſuo nomine ſolveret. L. indebitam. 47. ff. de condict. indeb. L. ſemper. 60 ff. de reg. jur. Cæterum mandati actio ita demum fidejuſſori datur, ſi vel pro ipſo mandante, vel præſente & tacente ſive patiente fidejuſſerit. L. ſi remunerandi 6. § ſi paſſus. 2. & L. qui patitur. 18. ff. mandati. L. ſi fidejuſſor. 6. C. eod. Nam reo abſente & ignorante fidejubenti, non mandati ſed negotiorum geſtorum actio, competit L. ex mandato. 20. § 1. & L. qui fide. 53. ff. mandati.

§. *Græcè. 7.*

*Fidejuſſionis forma.*

Quod *ſupra in § 1. de verb oblig.* Juſtinianus Imp. de principali ſtipulatione pronunciavit, eam quâcunque linguâ & quibuſcunque verbis fieri poſſe: idem quoque de acceſſoria ſtipulatione hoc loco

Digitized by Google

loco aſtruit, quod ſcilicet ea & Græcè fieri poſſit, & quibuscunque verbis: modo contrahentes ſe invicem intelligant. L. *Græcè.* 8. *in princ. ff h. t. L. blanditus.* 12. *C. eod.*

§ *final.*

In hoc § dicit Imperator: quod ſi quis ſcripſerit ſe fidejuſſiſſe; videantur omnia ſolenniter acta; hoc eſt, videatur interrogatio præceſſiſſe, & congrua reſponſio ſubſecuta. Idem monet Ulpianus *in* L. *ſciendum.* 30. *ff. de verb. obligat.* ſcripturæ quippe credendum eſt, niſi contrarium probetur. L. 1. *L. optimam.* 14. C *de contrah. & committ. ſtipul.* Hucque referantur, quæ dicuntur *in* §. *ſi ſcriptum.* 16 *ſupra. de inutil ſtipulat.*

---

# De Litterarum Obligationibus.

## Tit. XXII.

### *Ad Princip. Tit.*

POſt explicatas obligationes ex contractu tum rerum, tum verborum; non incommode de obligatione, quæ ſolis literis conſtat, ſermo inſtituitur.



Digitized by Google

*Literarum obligatio quæ.*

Literarum autem obligatio perhibetur, cum quis ſcripto, alteri mutuo conſenſu tradito, confeſſus eſt, ſe ei quid debere, quod non debebat: & omnino cõfeſſioni ſuæ, poſt legitimum tempus præterlapſum, ſtare cogitur. Porro ad hanc literarum obligationem tria conjunctim requiruntur.

*Ejus requiſita.*

I. ut quis alii ſpe futuræ numerationis tradiderit chirographũ, in quo confeſſus ſit, ſe illi, cui chirographum tradiderit, aliquid debere, aut ab eo accepiſſe. II. ut nihil prorſus ab illo acceperit, nec quicquam illi debeat, *hoc tit. noſtro, verſ. placè ſi quis debere. &c.* III. Ut à traditione chirographi ſecundum jus quidem vetus quinquennium; ſecundum Juſtiniani vero ſanctionem biennium ſit elapſum. Priuſquam enim hoc tempus effluxerit, habet is qui alteri ſyngrapham dedit, exceptionem

*Exceptio non numeratæ pecuniæ.*

ἀναργυρίας ſeu non numeratæ pecuniæ, quâ agentem illum & pecuniam repetentem repellit. h. tit. noſtro, & L. *in contractibus* 14. C. *de non numer. pec.* aut certe ſi alter non agat, intra illud biennii tempus habet condictionem, qua ab illo ſuum chirographum repetit. L. *ſi quaſi.* 7. C. *d. t.* Iſtis tribus concurrentibus, incipit ille, qui ſe debere aut accepiſſe confeſſus eſt, ex literis & chirographo effica-

efficaciter obligari, non aliter ac ſi vere deberet, vereque pecuniam accepiſſet, *hoc tit. noſtro*, *verſ. plane ſi quis*, & *d. l. in contractibus*. 14. *in pr. C. de non numer. pecun.* Hujuſque ratio illa à pleriſque aſſignatur: quod non ſit veriſimile, tam ſupinum tamque negligentem fuiſſe debitorem, ut intra totius biennii ſpatium non exigeret pecuniam aut cautionem datam non repoſceret. *Verum de iſtac non numeratæ pecuniæ exceptione explicatius egimus in publicis noſtris commentariis ad hunc titulum: quo lectores brevitatis more remittimus.*

# De Obligationibus ex conſenſu.

## Tit. XXIII.

### *Ad Princip. Tit.*

Quartum & ultimum Contractuum ſeu obligationum genus eſt illarum, quæ conſenſu perficiuntur. Reliquæ ſane tres, de quibus jam dictum, obligationes, qua aut re, aut verbis, aut *Obligationum ex conſenſu differentia ab aliis.*

literis contrahuntur, habent quidem in ſe conſenſum atque conventionem: ſed hoc amplius requirunt, ut ad contractus perfectionem aut res aut verba aut literæ una cum conſenſu concurrant. Hæ autem obligationes, de quibus jam dicturi ſumus, ſolo nudoque conſenſu conſtant & perficiuntur. Unde liquet & conſequens eſt; ut inter abſentes etiam, per epiſtolam vel internuntium, aut alium quemcunque modum, quo conſenſus explicatur, iniri & perfici poſſint, *auctore Iuſtiniano hic in verſ. unde inter abſentes &c. & Cajo in* L. 2 *§. 2. ff. de obligat. & action.* Præterea hæ obligationes ſeu contractus ex conſenſu omnes bonæ fidei ſunt: ac proinde officio judicis ex æquo & bono multa in iis præſtanda veniunt: de quibus nominatim ac expreſſe nihil inter contrahentes eſt conventum: ut ſunt uſuræ, fructus, aliæque acceſſiones, hoc tit. noſtro in fin. Aſt ex ſtipulationibus obligatio eatenus tantum naſcitur, quatenus lingua nuncupatum, & palam verbis expreſſum eſt & propterea ſtricti juris cenſentur. *L. quia tantundem. 7. ff. de negot. geſt.* L. *quicquid aſtringendæ. 99. ff. de verb. oblig.* Porro horum contractuũ quæ ſolo conſenſu fieri dicũtur, quatuor hic

hic enumerātur ſpecies, nempe emptio-venditio, locatio conductio, ſocietas & mandatum: quæ ſpecies ſingulæ ſingulis titulis ſubſequentibus ordine explicantur.

---

# De emptione & venditione.

## Tit. XXIV.

### *Ad Princip. Tit.*

PRima eaque nobiliſſima & frequentiſſima, imò & antiquiſſima obligationis ex conſenſu ſpecies eſt emptio & venditio. Ejus ſiquidem origo à Permutationibus (quibus ſolis olim, nondum percuſſis nummis, homines utebantur) cæpit teſte Paulo *in L. 1. princ ff. de contr. empt.* Eaque breviter definitur contractus ex conſenſu de re certo pretio habenda. argum. hujus princip. *Martinus Rumelinus exercitatione 15. ad Inſtitutiones theſ. 2.* Unde conſtat ad emptionis ſubſtantiam tria *Emptionis V. origo.* *Definitio*

Aa 6 requi-

*Requiſita.* requiri, conſenſum, pretium & rem ſive mercem. Cæterum cum conſenſus in omnibus negotiis ſit neceſſarius, omniſque contractus de re aliqua fiat. *L. in quibuscunque.* 48. *& in l. in omnibus rebus.* 55. *ff. de oblig. & action.* Solum relinquitur pretium, in quo ſubſtantia hujus contractus maxime conſiſtat. *L.* 2. §. 1. *& L. pacta conventa.* 72. *ff. de contrah. empt.* contrahitur igitur emptio & venditio, ſimulatque de pretio convenerit; quamvis pretium nondum numeratum ſit, & ne arrha quidem (quæ nihil aliud eſt, quam prærogativa & repræſentatio pretii ſuo tempore perſolvendi: vel ſecundùm Imperatorem hîc, quod arrhæ nomine datur, eſt argumentum ſeu probatio emptionis & venditionis contractæ. *L. quod ſæpè.* 35. *in pr. ff. de contr. empt.*) data fuerit. Enimvero ſi in ſcriptis celebretur emptio venditio: non aliter perficitur, niſi ſcriptum ſeu inſtrumentum rite fuerit confectum, omnibuſque ſuis numeris abſolutum, *hoc princ. noſtro, verſ. in iis autem &c.* & L. *contractus.* 17. *C. de fid. inſtrum.* Etenim donec aliquid deeſt ex his, quæ ad legitimam inſtrumenti confectionem requiruntur, utrique parti impune ab emptione venditione recedere licet: niſi



Digitized by Google

jam arrharum nomine aliquid fuerit datum. Tum enim, ſiquidem per venditorem ſtet, quo minus promiſſa venditio impleatur; arrhas ille in duplum reſtituere cogitur: ſin ſtet per emptorem, amittit iſte arrham, quam dedit, eamque venditor lucratur, hoc princ verſ. donec enim aliquid &c. Idemque cautum extat *in d. L. contractus 17. ad fin. C. de fid. inſtrum. & jure renovato VVurtenbergico part. 2. tit. 9. §* Ob und wan die Contrahenten, *verſ.* doch wo ein Arrha *pag. 270.* Illud quoque admonendum: à perfecta emptione reſilire fas non eſſe, ſi emptor arrhas amittere, aut venditor eas duplicatas reſtituere malit. *arg. L. de contractu 3. L. non eſt probabilis. 6. & L. ratas. 7. C. de reſcind. vendit. L. 2. C. quand. lic. ab empt. diſced. L. ſicut. 5. C. de obligat. & action.* Idque explicatius perſecuti ſumus in publicis noſtris commentariis majoribus ad hoc princ. n. 91. & aliquot ſeqq.

§. *Pretium autem.* 1.

Quandoquidem emptio ſolâ conventione pretii perficitur, ſineque eo nulla plane emptio contrahitur. *L. 2. § 1. ff. de contrah. empt. L. empti. 9. C. eod.* idcirco illud certum ac definitum eſſe debet, *hoc §. noſtro, verſ. ſed & certum eſt. L.* *Pretium certum.*

*quod ſæpe. 15. §. 1 ff. de contrah. empt.* Hinc ſi inter aliquos ita convenerit ut quanti Titius res æſtimaverit, tanti ſit empta: emptio tum demum ſubſiſtit, ſi Titius pretium definierit. Idemque etiam in locationibus & conductionibus obtinere aſſerit Juſtinianus *hic in fin. & L. ult. C. de contrah. empt.* Quod idem ante Juſtinianum reſpondit Cajus *in L. ſi merces. 25 in princ ff. Locat.*

*§. Item pretium. 2*

*Pretium in pecunia numerata.* Pretium non ſolum certum eſſe *juxta §. præcedentem*; ſed & in pecunia numerata conſiſtere debet, *hoc §. noſtro. L. 1. §. penult. ff. de contrah. empt. L. pen. C. de rer. permut.* Proinde ſi corpus cum quantitate commutetur, emptio & venditio eſt: ſin corpus cum corpore, vel quantitas cum quantitate, permutatio; ſublatâ Sabinianorum & Proculianorum controverſiâ, *de qua in præſenti §. & d. L. 1. § penult. ff. de contrah. empt.* Quod ſi tamen poſtea in ſolutione volenti creditori atque venditori alia res loco pretii detur; puta vinum, frumentum, vel quid ſimile: nihilominus emptio contracta cenſebitur. *L. pretii. 9. C de reſcind. vendit.* Idemque ſancitum eſt

jure

Digitized by Google

jure renovato Wirttembergico, *part.* 2. *tit.* 9. §. Und ob wohl. *&c. folio* 264.

§. *Cum autem emptio.* 3.

In hoc §. Imperator Juſtinianus docet: poſt perfectam emptionem & venditionem, etiamſi res nondum tradita ſit, omne periculum & commodum rei venditæ ad emptorem pertinere. L. *id quod poſt* 7. L. *neceſſariò.* 8. L. *ſi vendita.* 11 *ff de peric. & commod. rei vendit.* L. 1. 2. 4. 5. *& ult.* C. *eod.* L. *quod ſæpè.* 35. §. *ſi res.* 4 *ff. de contr. empt.* L. *cum emptor.* §. *ult ff. de reſcind. vend.* L *ſicut.* 12. L. *fructus.* 13. *&* L. *penult.* C. *de action. empt* L. *ſi apud.* 3. C. *de ædilit. action.* Cæterum de iſta regula aliquot notari poſſunt exceptiones, quibus periculum non emptorem, ſed ipſum potius venditorem reſpicit. I. Si emptor, oblato pretio, rem à venditore accipere paratus fuerit; hic vero in ea tradenda moram adhibuerit. *d.* L. 4. *& ult.* C. *de pericul. & comm. res vend.* L. *quod te mihi* 5 *ff. de reb. credit ſi cert. pet.* L. *in condemnatione* 173. §. 2. *ff. de regul. jur* II. Si dolo vel culpa venditoris res vendita perierit. Hanc enim emptori nocere iniquum eſſet, *hoc* §. *noſtro.*

*Periculum & commodum rei venditæ*

*Quando ſpectet ad venditorem.*

*noſtro, verſ. quicquid enim. &c.* III. Si res ex præterito vitio perierit, quod venditor ſciverit; emptor autem ignoraverit. *d.* L. *ult.* C. *de peric. & comm. rei vendit.* IV. Si venditor conventione caſum fortuitum in ſe receperit, eumque præſtare promiſerit. Unde ſi is cuſtodiam promiſerit ſervorum, animalium, aliarumque rerum venditarum; & ſervi aut animalia aufugerint, aut res furto ſublatæ fuerint: damnum ex conventione ad venditorem pertinebit, quod aliàs ad emptorem ſpectaret, *hoc* § *noſtro, verſ. quod ſi fugerit homo, &c.* Etſi porro venditor periculum ſeu caſum fortuitum, vel cuſtodiam ſervi, & cæterarum rerum, emptori non præſtat, niſi ita convenerit; ſuas tamen actiones, quas in rem habet, emptori præſtare & cedere tenetur, *per hunc* §. *noſtrum in fine, d.* L. *quod ſæpe.* 35. §. *ſi res.* 4. *ff. de contrah. empt.* L. *eum qui emit.* 14. *in princ. ff. de furt.* Ratio autem, cur iſtæ actiones non competant emptori, niſi à venditore ceſſæ ſint, hic in fine ab ipſo Imperatore redditur: quia ſcilicet venditor ante traditionem dominus adhuc manet. Actiones autem illæ ſoli domino dantur. *L. in rem.* 23. *ff. de rei vindic.* L. 1 *ff. de condict. furt.* L. *item Mela.* 11. § *Legis. &* L. *ob id.* 34. *ff. ad* L. *Aquil.*

§. Em-

Digitized by Google

§. *Emptio.* 4.

Ex hoc §. patet, quod emptio non ſolum pure contrahatur, hoc modo; vendo tibi domum pro mille florenis: ſed etiam ſub conditione: ut ſi Cæſar hoſtes vicerit; aut ſi domus intra certum diem tibi placuerit, erit tibi vendita mille florenis: Re autem ſub conditione venditâ, tunc perficitur venditio, cum impleta fuerit conditio. *L. hac venditio. 7. in pr. ff. de contrah. empt* quod ſi defecerit conditio, nulla eſt emptio. L. *neceſſario. 8. in pr. ff. de peric. & commod. rei vendit.* *Venditio Conditionalis.*

§. *Loca.* 5. *& ult.*

Quas res in ſtipulationem deduci non poſſe diximus *in.* §. 1. *& ſeq. ſupr. de inut. ſtipul.* illæ nec in emptionem venditionem deduci queunt: ac proinde nec res ſacræ, ſanctæ & religioſæ, cum divini juris ſint, hominumque commercio exemptæ, vendi poterunt: niſi fortaſſis una cum univerſitate, adeoque per quandam conſequentiam vendantur. L. *ſi in emptione. 34. §. 1. L. in modicis. 24. ff. de contrah. empt. L. quædam. 62. ff. de acquir. rer. domin.* quod ſi tamen quiſpiam rem ſacram vel ſimilem ignorans emerit, ad hoc ſaltem ſubſiſtit emptio, ut emptor ex ea agere poſſit adverſus ſcientem venditorem in id, quod ſua intereſt. *Res vendibiles.*

tereſt, ſe deceptum non eſſe, *hoc §. noſtro*, L. *& liberi.4.&* L. *qui officii.62.§. 1. ff. de contr. empt.* Illud jure renovato Wirttenbergico ſingulariter ſtatutum eſt: ne ſubditi arma à Magiſtratu ipſis demandata & imperata, aut bona ſua immobilia exteris vendant, *part. 2.t.9.* §. was für Güter und Wahren / *verſ.* So viel dann diejenige / *& verſ.* Wir ſetzen/ordnen. *&c. fol. 265. & 267.* Sed & horti, granaria, cellaria, ſtabula, aliaque quæ ædibus adhærent, ſeparatim ſine ædibus eodem jure vendi nequeunt. *d. part. 2. tit. 9. verſ.* Gleicher geſtalt/ *& pag. 266.*

---

# De locatione & conductione.

## Tit. XXV.

### *Ad Princip. Tit.*

*Locationis & conductionis definitio.*

SEcunda ſpecies earum obligationum, quæ conſenſu conſtant ſolo, eſt locatio & conductio, quæ ſuccincte quidem, at non inepte, definitur contractus ex con-

conſenſu de re certâ mercede faciendâ, vel utendâ, *argum. hujus princip.* L. 1. & 2. *ff.* L. c. *conduct. D. Rümelin. exercit.* 15. *ad Inſtitut. th.* 11. *pag.* 137. Magnam autem ſimilitudinem ac familiaritatem hic contractus cum ſuperiore in præcedente titulo explicato, habet. Quemadmodum enim emptio venditio conventione pretii contrahitur: ita etiam locatio-conductio conventione mercedis perficitur, *his* & L. 2. *ff. locati.* Et datur ex hoc contractu actio quidem locati locatori, ejusq; heredi, adverſus conductorem, ejusque heredem, ad hoc potiſſimum, ut merces præſtetur, ac res, finito locationis tempore, non deterior, reddatur. L. *videamus.* 11. § 2. *ff d. t.* L. *viam veritatis.* 10. & L. *cum conductorem* 29. *C eod.* Conducti verò actio competit conductori, ejuſque heredi adverſus locatorem, ad hoc principaliter, ut ſibi re conductâ uti frui licere præſtet; ſi ſcilicet res ſit conducta. L. *ſi quis domum.* 9. *in princ.* L. *ex conducto.* 15. §. 1. L. *ſi in lege.* 24 §. *colonus* 4. L *ſi fundus.* 33. *ff. hoc tit.* Nam ſi quis operam alicujus conduxerit, locator operam ſuam conductori præſtare, vel id quod intereſt, ſolvere compellitur. L. *item ſi.* 22. §. 1. & 2. *ff. eod.* L. *ſi quis ab alio.* 13. §. *ult ff. de re judic.*

*Actio Locati- Conducti.*

Idque

Idque fuſius explicatum eſt in noſtris publicis commentar. *ad hoc princip. n. 79. & ſeqq.*

*§ Et quæ ſupra. 1.*

Sicut pretium emptionis venditionis certum ac definitum eſſe debet, ita ut conſtet, quantum illud ſit: ſic quoque merces Locationis-Conductionis ab initio ſtatim certa conſtituenda nec alieno arbitrio permittenda eſt: ac ea propter ſi res aliqua curanda vel efficienda alicui ſit data, nullâ ſtatim mercede conſtitutâ ſeu definitâ, ſed poſtea demum conſtituendâ: non erit locatio & conductio, ſed contractus innominatus, unde præſcriptis verbis actio naſcitur, *hoc § noſtro.* L. *ſi merces. 25. in pr. ff. locat* L *ſi tibi polienda. 22 ff. de præſcript. verb. &c.*

*Merces Locationis Conductionis.*

*§. Præterea. 2.*

Quemadmodum rebus permutatis non contrahitur emptio-venditio: ita nec locatio-conductio contracta intelligitur, ſi utriuſque res utenda ſive fruenda data fuerit: ſed negocium illud incidit in contractum innominatum, ex quo actio præſcriptis verbis oritur. *hoc §. & L ſi gratuitam. 17. §. ſi cum unum. 3. ff. de præſcript. verb. &c.* Num vero merces in locatione tantùm in pecunia numera-

Digitized by Google

merces, ut pretium in emptione, conſiſtere debeat, valde controvertitur? Nos illam in quavis re fungibili (quæ ſcilicet pondere, numero, menſurave conſtat) conſiſtere poſſe, ſtatuimus. *L. & hæc diſtinctio* 35. *ff. locat.* L. *licet.* 8. & L. *ſi olei.* 21. C. *de locat.* Idque explanatius executi ſumus in evulgatis noſtris commentariis *ad hunc* §. *num.* 3. & *aliquot ſeqq.* *In quavis re fungibili*

§. *Adeo autem.* 3.

Perſequitur Imperator in hoc § quod in princip. hujus tit. propoſuerat; locationem nimirum & conductionem eſſe proximam emptioni & venditioni. Tanta quippe emptioni venditioni familiaritas cum locatione conductione intercedit? ut de quibuſdam conventionibus dubitatum fuerit inter veteres, utrum emptio & venditio, an locatio & conductio contraheretur: veluti quando alicui prædium ſub certa penſione quotannis præſtandâ perpetuo fruendum tradebatur. Nam non nulli putabant, hoc negocium eſſe ſpeciem emptionis, imprimis propter juris cujuſdam, dominio ſimilis & poſſeſſioni, actionem in rem tribuentis, translationem. *L.* 1. *ibique Dd. ff. ſi ager vectigal. id eſt, emphyteutic. petat.* Alii locationem *Locatio perpetua.*

eſſe

eſſe volebant, propter mercedem quandam ſeu penſionem annuam, nomine fructuum & uſus intervenientem, *VVeſenbec hîc num 3.* Verùm Zeno Imperator negotium iſtud proprium eſſe contractum conſtituit, qui appellatur Emphyteuſis: in eaq; id obſervari voluit; ut totius quidem rei interitus ad dominum; partis verò ad emphyteutam pertineret, niſi aliud cautum fuerit. L. 1. *C. de jur. emphyt.* Porro de Emphyteuſeos materia copioſè & diligenter diſſerui in publicatis meis haud ita dudum *commentar. ad hunc §. & in additionibus ad Iulii Clari Librum IV. ſententiarum receptarum. § Emphyteuſis;* quo cupidos Legum Studioſos conſultò remitto.

*Emphyteuſis.*

§. *Item quæritur* 4.

Ut de Emphyteuſi olim dubitatum fuit, eſſetne referenda ad emptionem venditionem, an ad locationem conductionem: ita & de eo negotio controverſia fuit inter Juriſconſultos, eſſetne emptioni venditioni, an verò Locationi Conductioni accenſendum; ſi aliquis cum aurifice convenerit, ut is ex auro ſuo certi ponderis, certæq; formæ annulos faceret, & acciperet (verbi gratia) decem aureos? ſed placuit Juſtiniano, hanc conventionem tantum emptionem

*Conventio cum aurifice de conficiendis annulis*

& ven-

& venditionem eſſe: cùm aurifex annulos, ex ſua materia confectos, alteri vendere ex ſtimetur. Plane ſi is qui convenit cum aurifice de annulis faciendis, ſuum aurum dederit, certâ mercede pro opera ipſi conſtituta: non emptio venditio; ſed Locatio Conductio contracta intelligitur, *hoc § noſtro*, L. 2 *ff* Locat. L. *Sabinus.* 20 & L. *convenit.* 65 *ff de contrah. empt.* §. *Conductor autem.* 5.

In hoc § agitur de iis, quæ in locationis contractu præſtanda ſunt: & docetur, pactum ſive legem contractus obſervari debere. L *Legem.* 16. C. *de Locat.* in tantū ut etiam caſus fortuitus præſtandus veniat, ſi inter locatorem & conductorem convenerit. L. *ſi quis domum* 9. §. 2. *ff.* Locat. Quod ſi quid in Lege prætermiſſum fuerit: id ex bono & æquo præſtandum eſt, per hunc textum noſtrum. Unde fit, ut conductor ſi in ſolvenda mercede moram fecerit, etiam uſuras mercedis pręſtare teneatur, licet de uſuris nihil dictum fuerit. L. 2. L. *licet.* 8. & L. *præſes.* 17. C. *de Locat* Præterea hîc in verſ. qui pro uſu &c. traditur: in hoc Locationis contractu præſtari cuſtodiam diligentiſſimi patris familias: hoc eſt, præſtari non tantum dolum, ſed etiam culpam latam & levem, non item leviſ-

*Quid in Locat. Conduct. præſtandum?*

leviſſimam, vel caſum fortuitum. Ratio cur culpa leviſſima non præſtetur, facilis eſt; quia cum hic contractus fiat utriuſque contrahentium cauſa; atq; adeo ex eo contractuum ſit genere, in quibus utriuſque utilitas vertitur: conductorem de levi, non etiam de leviſſima culpa teneri, æquitati conſonum eſt, L. *ſi ut certo.* 5 §. *nunc videndum.* 2. *ff. commodat.* Quæ porrò huic ſententiæ adverſari videntur, diluimus in majoribus noſtris commentar. *ad hunc §. num.* 9. *& ſeqq.*

§ *Mortuo.* 6 *& ultimus.*

*Locatio conductio in heredem tranſitoria*

Si conductor intra locationis tempora moriatur; morte ejus non extinguitur conductio: ſed heres ejus eodem jure in illa ſuccedit: idque verum eſt tam in conductione perpetua, quàm temporali, *per hunc § noſtrum*, L. *viam veritatis.* 10. *C. de locat.* L. *ſed addes* 19. §. *ex conduct* 8 *&* L *ſi in Lege.* 24. §. *ult. ff. eod* Fürſtl. Würtenberg. ernewert Landrecht. 2 7 § von Zeit des Beſtandes. *&c. verſ.* So dan der jenigel, *l* 299. Et ratio manifeſta eſt, quia heres in omne jus defuncti ſuccedit. L. *hereditas.* 62. *&* L. *qui in jus.* 177. *ff. de Reg. jur.* Locator itaque conductoris heredem expellere nequit, ſicut nec ipſum conductorem: niſi

niſi propriis uſibus domum ſive rem neceſſariam eſſe probaverit: vel reficere domum maluerit: vel conductor ejuſve heres malè in re locata verſatus fuerit. *L. ade. 3. ibiq; Bartol. & Dd. communiter. C. de locat* Et vide ea de re, fuſius diſſerentem Trentacinquium. L. 3. *variar. reſol. tit. de locat. & conduct. reſolut.* 4. & *Berlichium part. 2. Concluſion. practicab. Concluſ.* 45.

---

# De Societate.

## Tit. XXVI.

### *Ad Princip. Tit.*

Tertia ſpecies contractuum, qui ſolo perficiuntur conſenſu, eſt Societas. Quæ breviſſimè definiri poteſt contractus ex conſenſu de rebus communicandis, *auctore Dn. Rumelino exercit. ad Inſtitut. th.* 16 *pag.* 140. Eſtque vel univerſalis ſeu generalis, quæ eſt ſocietas omnium & univerſorum bonorum: vel particularis ſeu ſpecialis, quæ eſt ſo- *Societatis definitio.*

cietas ſingularum rerum, *argumento hujus princ. & L. ſocietates 5. ff. pro ſoc.*

§ *Et quidem.* 1.

*Communio lucri & damni*

Communio illa, quæ per ſocietatis contractum inducitur, non tantum lucri eſt & compendii, ſed etiam damni: ut proinde tam damna quàm lucra inter eos ſint communia, inter quos ſocietas contracta eſt. Siquidem naturali rationi congruit; ut quem commoda ſequuntur, eum quoque ſequantur incommoda. *L. ſecundum.* 10 *ff. de reg. jur.* Ideoque partibus lucri & damni à contrahentibus non definitis, ex æquo contracta ſocietas intelligitur, *hoc* §. & L. *ſi non fuerint.* 29. *in princ ff. pro ſoc.* L. 3. C. *eod.* Si verò expreſſæ fuerint certæ lucri & damni partes; hæ ſervari debebant, hoc §. noſtro verſ. quod ſi expreſſe &c. Contractus quippe Legem ex Conventione accipiunt. L. 1. §. *ſi convenit.* 6 *ff. depoſ.* nihilque magis bonæ fidei conveniens eſt, quàm id præſtari, quod inter contrahentes actum eſt. L. *exempto.* 11. § 1. *ff. de action. empt.* Igitur ſi inter duos convenerit, ut ad unum quidem duæ partes & lucri & damni pertineant, ad alterum tertia pars lucri & damni: conventio iſthæc valebit per hunc §. noſtrū. verſ. nec enim unquam &c. ſi modò is

*Inæqualitas.*

cui

cui plus lucri tribuitur, aliquid plus vel pecuniæ vel operæ, vel cujuſcunque alterius rei, ſocietati contulerit. *d.* L *ſi non fuerint.29. in princ.ff. pro ſoc.*

*§. De illa ſanè, 2.*

Conventio iſta, qua placet, ad unum duas partes lucri pertinere, damni tertiam: ad alterum duas partes damni, lucri tertiam, non ſine ratione Servio Sulpitio & Imperatori nostro Juſtiniano probatur: quia ſæpè quorundam ita pretioſa eſt opera in ſocietate, ut juſtum ſit, eos conditione meliore in ſocietatem admitti. Hinc etiam duo rectè ita coeunt ſocietatem, ut unus pecuniam tantum conferat; alter nihil pecuniarum, ſed ſolùm conferat operam; & tamen lucrum inter eos commune ſit: quia ſæpè opera alicujus pro pecunia valet, *hoc §. noſtro, verſ. nam & ita. &c.* L. *ſocietates. 5. §. 1. ff. pro ſoc.* Sed & illa conventio ſecundùm Imperatorem hic circa finem, rata & valida eſt; qua id agitur, ut quiſpiam lucri quidem partem percipiat; de damno verò nō teneatur. Quod tamē ipſū cum temperamento accipiendum eſt: ſi modo is, qui nullá

ſentit partem damni, aliquid plus contulerit ſocietati; ſi non plus pecuniæ, attamen plus operæ; ut tanti hoc ſit; quanti damnum eſt, *L. ſi non fuerint.* 29. §. 1. *ff. pro ſoc.*

*§. Illud expeditum. 3.*

In hoc § Imperator docet; quòd partibus in ſolo lucro expreſſis ac determinatis, eædem partes in damno debeant ſervari; & contra, partibus in ſolo damno expreſſis ſive definitis, eædem partes debeant ſervari in lucro. Hujuſque ratio eſt perſpicua. Tum quia connexa ſunt, lucrum & damnum: ac proinde qui ſentit unum, debet etiam ſentire alterum, æquitate naturali ſuadente. L. *ſecundum naturam.* 10. *ff. de reg. jur.* Tum quia contrariorum eadem eſt ratio ac proportio, *arg.* L. *penult.* § *fin. ff. qui ſat. cog. &* L. *ult.* §. *ult. ff. de* Legat. 3.

*Societas quomodo diſſolvatur.*

*§. Manet. 4.*

*Renunciatione.*

Societas rectè contracta diſſolvitur primò renunciatione; hoc eſt, voluntate contraria & diſſenſu, vel omnium ſociorum, vel unius tantùm *hoc* §. *&* L. *ſocietat.* 4. §. 1. L. *verū eſt.* 61. §. *ult ff pro ſoc.*

Rat o

Ratio, cur etiam unius renunciatione ſocietas ſolvatur, duplex redditur: tum quia nulla ſocietatis in æternum coitio eſt: L. *nulla*. 70. *ff. pro ſoc.* Tum quia nemo invitus in communione remanere cogitur. *L. ult. C. comm. divid.* cùm plerumque rixas & diſcordias communio excitare ſoleat. *L. cum pater.* 77 §. *dulciſſimis.* 20. *ff. de legat.* 2. Sic tamen renunciationem valere placet, ſi nec callida ſit, nec fraudulenta. Si quis enim callidè & dolo malo ſocietati renunciet, ut obveniens aliquod lucrum ſolus habeat; à ſe quidem liberat ſocios ſuos: ſed non vice verſâ ſe ab illis liberat. Lucrum ſiquidem quod captavit, ſi acquiſierit, communicare actione pro ſocio cogitur; damnum verò, quod præter ſpem fortaſſis emergit, eum ſolum reſpicit, qui doloſè ſocietati renunciavit. Sanè ſi poſt renunciationem aliquid induſtriâ ſuâ acquiſierit renunciator, eique ex improviſo quippiam obvenerit, id comunicare non tenetur: cùm dolo careat: adeoque ceſſante culpâ, ceſſat effectus. *hoc §. noſtro & L. actione.* 65. §. *diximus.* 3. *& aliquot ſeqq. ff. pro ſoc.*

§. *Solvitur.* 5.

*Morte.* Secundò morte unius ex ſociis extinguitur ſocietas, idque adeo ut nec ab initio paciſci poſſimus, ut heres in ſocietate ſuccedat, *hoc* §. & L. *adeo.* 59. *ff. pro ſoc.* Hujuſque ratio præcipua hic aſſignatur: quòd in ſocietatis contractu certa ſocii perſona & induſtria eligatur, cum qua bonorum communio habeatur. Accedit quòd nulla ſocietatis in æternum (ut nimirum ſocietas ultra vitam contrahentium ſociorum extendatur) coitio ſubſiſtat. L. *nulla.* 70. *ff. pro ſoc.* Atque illud procedit non ſolum in ſocietate inter duos; ſed etiam inter plures contracta, ut & hæc unius ſocii morte, inter cæteros quoque ſuperſtites diſſolvatur: niſi initiò inter ſocios aliter convenerit, *hoc* §. & *L. actione.* 65. §. *morte.* 9. *ff. d. t.*

§. *Item ſi alicujus.* 6.

*Finito negocio.* Tertiò fine negotii finitur ſocietas. Nam ſi inter aliquos certæ rei vel negotii ſocietas eſt contracta; ſimulatque finis negotio impoſitus eſt, ea perimitur, *hoc* §. *noſtro* & L. *actione* 65. §. *item ſi alicujus.* 10. *ff. pro ſoc.* Causâ quippe materiali ſublatâ, res ipſa tollitur. *arg.* L. *ſi id quod.* 58. *in princ. ff. eod.*

§. *Publi-*

§. *Publicatione.* 7.

Quartò ſolvitur ſocietas publicatione bonorum univerſorum unius ex ſociis, idque hanc ob cauſam: quia publicatione omnium bonorum facta, is cujus bona publicata ſunt, pro mortuo habetur, *hoc §. noſtro.* L. *actione.* 65. §. *publicatione.* 12. *ff pro ſoc.* Cum autem morte ſocii ſocietas diſtrahatur; publicatione quoque bonorum eam diſtrahi ſtatuendum eſt. §. *ſolvuntur.* 5. *ſupr. h. t.* L. *verum eſt.* 63. §. *ult. ff. eod.* *Publicatione bonorum.*

§. *Item ſi quis.* 8.

Quintò & ultimò ſocietas finitur ceſſione bonorũ ſocii, hoc §. noſtro. Nam bonorum ceſſio, eorundem amiſſionem egeſtatemque inducit: hanc verò ſocietatis diſſolutio conſequitur. L. *ſocietatem.* 4. *in fin.* L. *actione.* 65. §. 1. *ff. pro ſocio.* Quod ſi tamen in eadem priori voluntate ac conſenſu ſocii permanſerint, & is qui ante bonis ceſſerat, alia bona poſtmodum acquiſierit: de novo ſocietas contracta intelligitur, *hoc §. noſtro in fine.* Eum enim qui creditoribus ſuis bonis ceſſit, ſibi poſtea acquirere poſſe conſtat, *ex L. is qui bonis.* 4. *&* L. *qui bonis.* 6. *ff. de ceſſion. bonor. &* §. *ult. infr. de action.* *Ceſſione bonorum.*

*§. Socius Socio. 9. & ult.*

*In Societate quæ præſtanda.*

Quemadmodum in cæteris contractibus, ita & in ſocietate quæri ſolet de præſtationibus, ſive de iis, quæ in obligationem & actionem veniunt. Ex hoc igitur §. liquet, quòd ſocii inter ſe non dolùm tantùm; ſed etiam culpam latam & levem, non item leviſſimam præſtare teneantur. L. *cum duobus.* 52. §. *utrum ergo.* 2. & L. *ſocius ſocio.* 72. *ff. pro ſocio.* Cur in ſocietate non præſtetur culpa leviſſima, hanc Juſtinianus hic in fine rationem aſſignat: quòd de ſe queri, ſibiq; imputare debeat, qui negligentem ſocium aſſumpſit. Ratio hujus rationis illa eſt, quod ipſum ſocium aut norat, aut non norat. Si norat; ſtultus erat, qui cum homine negligente ſocietatem contrahebat: ſi non norat, æquè ſtultus, qui cum ignoto: *docente Hotomanno hic, enunciat.* 4.

---

# De Mandato.

## Tit. XXVII.

*Ad princip. Tit.*

QUarta & ultima ſpecies eorum contractuum, qui ſolo conſenſu con-

conſtant, adhuc reſtat, videlicet mandatum: quod haud ineptè definitur Contractus ex conſenſu de negotio gratis expediendo. *arg.* L. 1. *in princip.* & §. *fin. L. ita aut omnes.* 36. §. 1. *ibi, cum mandatum gratuitum. ff. mandat.* & §. *ult. infr. hoc tit.* Illud autem quinq; contrahitur modis, ut perſpicuè tradit Juſtinianus *hic ex Cajo Jureconſulto, in* L. 2. *ff. mand.* *Mandati definitio.*

### §. *Mandantis tantum.* 1.

Primus modus contrahendi mandatum eſt, ſi id mandantis tantùm gratia contrahatur ſive interveniat: veluti ſi quis tibi mandet, ut negocia ejus adminiſtres &c. *hoc* § & L. 2. *ff. mandat.* Ac ſanè hoc velut fundamentum hic ponendum eſt: ut ſemper utilitas ſeu id quod intereſt, ſpectetur eorum, inter quos mandatum contrahitur, maximè verò mandantis. Nam ſi nihil interſit mandantis negocium expediri; non verum mandatum, ſed potius conſilium habetur: nec mandati actio competit, *arg. princ. hujus tit.* & *explicabitur in* §. *tua tantum gratia,* 6. *infr. h. t.* *Mandantis gratiâ.*

### §. *Tua gratia.* 2.

Secundus mandatum contrahendi modus eſt, ſi id & mandantis & mandatarii gratia interponatur: veluti, ſi Sempronius mandet tibi, ut pecuniam *Mandantis & mandatarii.*



Digitized by Google

tuam ſub uſuris credas Titio, mutuò accipienti in ipſius Sempronii mandantis rem ſive utilitatem. Ex hoc mandato non ſolum utilitatem percipit ipſe mandans Sempronius, cum in ipſius utilitatem Titius pecuniam mutuò accipiat: ſed etiam mandatarius ſuum ex hoc mandato ſentit commodum, cum Titio pecuniam credat ſub uſuris, id eſt, ut Titius certum inde reditum præſtet, *hoc § noſtro & L. 2. §. tua & mea. 4. ff. mandat.*

§. *Aliena autem.* 3.

*Alienâ gratiâ.* Tertius contrahendi mandatum modus eſt, ſi id tantum extranei ſive tertii gratia interveniat: veluti ſi quis tibi mandet, ut negotia Titii adminiſtres, *hoc §. noſtro & L. 2. §. 2. ff. mandat.* Nec oberit huic mandato, quòd aliena tantum utilitas hic verſetur, nulla mandantis: quod tamen maximè requiri, paulò ante diximus, *ad §. 1. hujus tit.* Etenim mandantis eo caſu ſi non utilitas periculum tamen ſubeſt: cum mandatum ſemper periculo mandantis contrahatur, & adverſus eum actio mandati concedatur. *arg. §. 2. h. t. & L. Quintus. 48. §. 1. ff. eod.*

§. *Sua & aliena.* 4.

Quartus contrahendi mandati modus

dus eſt, ſi id mandantis & extranei cauſâ contrahatur: veluti ſi quis tibi mandet, ut ipſius & Titii negocia adminiſtres atq; procures, *hoc §. & L. 2. §. 3. ff. mandat.* Hoc quippe caſu & mandantis per ſe ac ſua ſponte & Titii etiam intereſt, ut benè notat Hotomannus *hic ad verba, ſibi & Titio fundum. &c.*

*Mandantis & Extranei cauſa.*

§. *Tua & aliena.* 5.

Quintus & poſtremus mandati contrahendi perhibetur modus, ſi id mandatarii & extranei cauſa intercedat; veluti ſi quis tibi mandet, ut Titio pecuniam ſub uſuris credas. Hoc certe mandatum utilitatem affert & Titio, utpote cujus neceſſitati ſuccurritur; & etiam mandatoris qui ſuum ex eo quæſtum uſurarium percipit, *hoc §. & L. 2. §. tua & aliena. 5. ff. mandat.*

*Mandatarii & Extranei cauſa.*

§. *Tua tantum gratia.* 6.

Mandatum in mandatarii ſolius rem interpoſitum magis conſilium eſt, quàm mandatum; ac proinde non obligatorium: veluti ſi quis tibi mandet, ut pecuniam tuam otioſam potius in emptionem prædiorum colloces, quã fœneres ſive ſub uſuris credas, *per hunc §. & L. 2. in princ. ff. mandat. L. conſilium. 47. ff. de regulis juris. ci nullus,*

*Mandatarii tantũ gratia.*

*lus 62. eod. tit. in 6.* Si tamen hoc non eſſes facturus, niſi quis ita mandaſſet: utiq; tibi erit mandati actio cum mandante *L. ſi remunerandi. 6. §. planè 5 ff. mandat.* Idque accuratiùs explicuimus in commentariis noſtris majoribus *ad hunc §. num. 4. & ſeqq.*

*§. Illud quoq; 7.*

*Mandatū turpe.* Ex mandato rei, quæ bonis moribus adverſatur, nulla naſcitur obligatio, *hoc §. & L. ſi remunerandi. 6. §. rei turpis. 3; ff. mandat.* Qui igitur ad ædem ſacram ſpoliandam, hominem vulnerandum, occidendumve mandatum ſuſcipit, & propter hujuſmodi facinus aliquid impendit, nihil mandati judicio conſequi poteſt, propter turpitudinem mandati, auctore Paulo JC. *in L. ſi mandavero. 22. § qui autem 6. ff. eod.* Sic ſi Titius mandavit tibi, ut furtum faceres, tuq; furtum feciſti, ac eam ob cauſam duplum vel quadruplum præſtitiſti: nullam propterea adverſus Titium actionem habes, per hunc textum noſtrum. Ac ſanè non tantùm rei natura turpis, ſed jure etiam atque legibus prohibitæ mandatum non ſubſiſtit, etiamſi juramentum intervenerit. *c. non eſt obligatorium. 58. de reg. jur. in 6. L. juris gentium. 7. §. generaliter. 16. ff. de pactis. L.*

non

*non dubium.* 5. *C. de* Legib. Cæterum eum, qui delictum mandat, eâdem cum mandatario mandatum exequente pœnâ afficiendum eſſe juris arguit ſuadetque auctoritas. L *ſi quis id.* 7. §. *ult. ff. de juriſdict.* L. 1. §. 1. *ff. de eo per quem factum erit. &c.* L. *non ſolum.* 11. §. *ſi mandatum.* 3. *ff de injuriis* L. *nihil intereſt.* 15. §. 1. *ff. ad* L. *Cornel. de ſicar.*

§. *Is qui exequitur.* 8.

Mandatarius ſedulam operam dare debet, ut fines mandati diligenter cuſtodiat, eoſque non excedat, *hoc* §. *noſtro,* & L. *cum mandati.* 22. *C. mandati.* alioquin adverſus mandantem, ratione exceſſus actionem non habet. L. *ita ut omnes.* 36 §. 2. *ff. eod.* Sanè quatenus illi mandatum eſt, eatenus teneri mandantem, æquius viſum eſt. L. 3. §. *ult.* & *l. ſeq ff. d. t.* & *hoc* §. *noſtro, verſ. ſed diverſæ Scholæ. &c.* Porrò minori precio rem emens, quàm ipſi mandatum erat, adverſus mandantem procul dubio actionem obtinet. Etenim ex tacita voluntate, quæ utique dicto præferenda eſt, qui mandavit, ut ſibi res plures emeretur, is profectò mandaſſe intelligitur, ut & minoris, ſi fieri poſſit, emeretur, *hoc* §. *noſtro, in fine;* cùm ma-

*Mandati fines cuſtodiendi.*



Digitized by Google

major ſumma minorem in ſe contineat L. 1. §. *ſi ſtipulanti*. 4. *ff. de Verb. oblig.*

§. *Rectè quoq́;*. 9.

*Mandatum ſolvitur Revocatione mandatoris.*

In hoc §. traditur primus mandati rectè contracti, diſſolvendi modus, nimirum revocatio mandatoris; ſi modo illa re adhuc integrâ fiat, hoc eſt, antequam mandatarius mandatum executus ſit, vel exæqui cæperit, aut ſumptus aliquos ejus rei nomine fecerit. L. *ſi mandaſſem. ff. mandat.* Ratio autem cur revocatione mandatoris finiatur mandatum præcipua hæc eſt: quia mandatum plerumque contrahitur cauſa mandantis: proindeque mirum non eſt, ſi illud revocare, quandocunque voluerit, poſſit: cum cuivis ſit integrum, iis quæ pro ſe introducta ſunt, renunciare. L. *penult. C. de pact.*

§. *Item ſi adhuc*. 10.

*Morte mandatarii & mandantis.*

Alter mandati finiendi modus hic exponitur, mors videlicet mandantis & mandatarii, re adhuc integra. L. inter cauſas. 26. & L. ſeq. §. morte. 3. L. mandatum. 57. ff. mandat & L. mandatum 15. C. eod. Ratio cur mandantis morte extinguatur mandatum, eſt evidens quia ex ſola voluntate mandantis quamdiu res adhuc eſt integra, pendet mandatum, eâque ſolâ ſuſtinetur. Cum

igitur

igitur voluntas morte mandantis tollatur. L. *Locatio.* 4. *ff. locat.* Conſequens eſt, ut ipſum mandatum evaneſcat: niſi forſan mandatarius mortuum mandatorem ignorans, mandatum exequatur. Hæc etenim ignorantia mandatario damnoſa eſſe non debet. L. *regula* 9 *ff. de jur. & fact. ignor. & hoc §. noſtro, verſ. ſed utilitatis cauſa &c.* Cur verò morte mandatarii perimatur mandatum, illa eſt ratio, quia mandator certæ perſonæ fidem & induſtriam elegit, cui negocium ſuum explicandum concederet. Hæc autem electio perſonalis eſt, nec ad heredes tranſit. *d. L. mandatum* 57. *in fin ff. mandat.*

*§ Mandatum non ſuſcipere.* II.

Quemadmodum revocatione ſive pœnitentia mandatoris: ita etiam renunciatione ſeu pœnitentiâ mandatarii tempeſtivâ mandatum extinguitur. Siquidem intempeſtiva renunciatio non prodeſt mandatario: ſed propter eam ad id, quod intereſt mandatoris, tenetur: niſi juſta intempeſtivè renunciandi cauſa interceſſerit, puta adverſæ valetudinis, exilii, captivitatis, capitalium inimiciarum.

*Renunciatione mandatarii.*

tiarum, &c. hoc §. noſtro. L. *ſanè*. 25. *cum duabus LL. ſeqq.* L. *ſi quis*. 27. §. 2. *ff. mandat.* L. *poſt litem*. 17. *&* 8. *LL. ſeqq. ff. de procurat.*

*§. Mandatum & in diem. 12.*

*Mandatum in diem dilatum.* Quod de aliis contractibus aliquoties hactenus dictum eſt, eos non ſolum purè, ſed etiam in diem & ſub conditione fieri poſſe §. *omnis*. 2. *ſupr. de Verb. obligat.* §. *emptio*. 4. *ſupr. de empt. vendit.* L. *obligationum*. 44. *ff. de obligat. & action.* idem quoq; de mandato hic repetit Imp. Juſtinianus, illud nimirum & purè contrahi & in diem differri, atq; ſub conditione fieri poſſe. L. 1. §. *penult. ff. mandat.* In diem differtur mandatum, cum ita dico; rogo te, vel mando tibi, ut poſt triennium hoc agas, aut ut Calendis Septembr. mihi domum emas, aut pro me fidejubeas apud Sempronium. *Sub Conditione.* Sub conditione fit mandatum, cum dico; rogo te vel mando tibi, ut ſi Titius Conſul factus fuerit, domum aut fundum mihi emas. Eodem pertinet. L. 3. *&* 4. *ff. de procurat.*

*§. In ſumma 13. & ultimus.*

*Mandatum gratuitum.* In hoc §. docet Imper. Juſtinianus, quod mandatum gratuitum eſſe debeat cum originem ex officio atque amicitia trahat: in tantum, ut ſi merces mandatario

tario pro officio conſtituta fuerit, mandatum eſſe deſinat, & in locationem conductionem degeneret. *L.* 1 *§. ult. ff. mandat.* Eſt etenim hæc eſſentialis definitio, quâ mandatum diſtinguitur à locatione, quòd ſcilicet in hac merces pro opera promittatur: in illo verò opera gratis ex mera amicitia atque liberalitate præſtetur. Quod ſi tamen remunerandi gratia, extra conventionem & contractum mandati, aliquid mandatario honorarii loco offeratur, rectè id atque honeſtè accipietur. L. *ſi remunerandi. 6. in princip. & L. ſeq. ff. eod.*

# De Obligationibus, quæ quaſi ex Contractu naſcuntur.

## Tit. XXVIII.

### *Ad Princip. Tit.*

OBligationes Civiles vel ex contractu deſcendunt, vel quaſi ex contractu;

tractu; aut ex maleficio, aut quaſi ex maleficio. *§. ult. ſupra de obligat.* Cum igitur adhuc expoſitum ſit de contractibus veris, ordinis ratio exigit, ut nunc de quaſi contractibus videamus. Quid autem ſit contractus verus, quid item quaſi contractus, monuimus *ſupra ad d. §. ult. tit. de oblig.* Cæterum in eo potiſſimum verus differt à quaſi contractu: quod ille veram utriuſque contrahentis voluntatem & conventionē requirat. L. *in omnibus rebus.* 55. *ff. de obligat. & act.* in quaſi verò contractu, non utriuſque, ſed unius tantum voluntas & conſenſus interveniat: ut ex ſingulis ſpeciebus apparet, quarum quinque enumerantur *in hoc tit. &* L. *ſi quis abſentis.* 5. *ff. de obligat. & action.*

*Differentia inter verum & quaſi contractum.*

*§. Igitur cum quis.* 1.

Inter quaſi contractum ſpecies primo loco refertur *negociorum geſtio*: quæ eſt quaſi contractus, quo quis abſentis & ignorantis negotia gerit. Atque hinc duæ naſcuntur actiones, quæ negotiorum geſtorum dicuntur: una directa; altera contraria, *per hunc textum noſtrum & L. ſin autem.* 20. *ff. de negot. geſt.* Directa competit domino rei geſtæ adver-

*Negotiorum geſtio quid.*

adverſus geſtorem, ad hoc ut geſtionis ſuæ rationem reddat, lucrum & commodum ex negocio domini perceptum reſtituat, ac damnum quod dolo vel culpa ipſius etiam leviſſima contigit, reſarciat. L 2. & L. *ſi negocia.* 11. *ff. eod.* L. *tutori* 20. *C. d. t.* L. *ſi quis abſentis.* 5. *in princ. ff. de oblig. & act. & hoc §. noſtro circa fin.* Contraria negociorum geſtorum actio datur ipſi geſtori adverſus dominum ad præſtandum omne id, quod in negocia ejus utiliter impenſum eſt, quodque negociorum geſtori nomine geſtionis ſuæ abeſt, vel abfuturum eſt. *d. L.* 2. *in fin.* L. *at quin.* 19. §. *non tantum* 4. L. *ſi quis negocia* 25. L *ex duobus.* 27. L. *quæ utiliter.* 45. *ff. de negoc. geſt.* L. *ſi ſervum.* 10. & L. *ob negocium.* 18. *C. eod. tit.* Hujuſq; actionis contrariæ ratio eſt æquitas naturalis; ne videlicet geſtori ſuum officium damnoſum exiſtat. *L. ſed ſi quis.* 7. *ff. teſtam quemad. aper.* L. *ſi verò* 12. §. *ſi mihi.* 9. *ff. mandat.* & ne abſentium, qui ſubitâ feſtinatione coacti, nulli demandata negociorum ſuorum adminiſtratione, peregrè profecti ſunt, negotia deſerantũ atq; diſpereant.

*hos*

*hoc §. noſtro, verſ. idq; utilitatis cauſa, &* L. 1. *ff. de negoc. geſt. d. l. ſi quis abſentis.* 5 *in princ. ff. de obligat. & action.*

§. *Tutores quoq;.* 2.

*Adminiſtratio tutelæ.*

Secunda quaſi contractus ſpecies hic proponitur, nempe *adminiſtratio tutelæ*: quæ non inſulſè definitur, quòd ſit quaſi contractus quo tutor pupilli perſonam gubernat, ejuſque negocia gerit, *arg.* L. *ſi quis abſentis.* 5. §. 1. *ff. de oblig. & action.* L. *cum plures.* 12. §. *cum tutor.* 3. *ff. de admin. & periculi tut.* Ex hoc autem quaſi contractu duæ naſcuntur actiones: actio tutelæ directa, & actio tutelæ contraria, *hoc §. noſtro, verſ. non tantum. d.* L. *ſi quis abſentis.* 5. §. 1. *verſ. ex hoc autem. ff. de obligat. & act. tot. tit. ff. de tutel. & rationib. diſtrah. & tit. ſeq. de contrar. tutel. & util. action.* Directa tutelæ actio competit pupillo, finita tutela contra tutorem, ut adminiſtrationis ſuæ rationem reddat; & reliqua quæ ex rebus pupillaribus ſuperſunt, præſtet. §. *ult. ſupr. de Attil. tut.* L. *tutorem.* 9. C. *de arbitr. tutel.* In quam actionem venire dolum latam & levem culpam, leviſſimam non item, verius videtur. L. 1. *in princ.* L. *cum tutor.* 18. *verſ. quod autem. ff. de tutel. & rat. diſtrah.* L. *à tutoribus.* 33. *in princ. ff. de adm. & peric. tutor.* Contraria tutelæ actio datur

tutori

utori adverſus pupillum, ad repeten-
dos ſumptus, quos ex officio fecit, a-
liudve conſequendum, quod propter
tutelam ei abeſt, *hoc § noſtro in fine. d. l. ſi quis abſentis. 5. §. 1. ff. de obligat. & act.* L. 1. L. 3. *& tot. tit. ff. de contrar. tutel. & util. action.* L. *Lucius*. 46. § *ult. ff. de admi-niſtr. & per. tutor. cum ſimilibus.* Quem-admodum enim tutor nullum lucrum debet facere ex tutela L. *qui negociatio-nem*. 58. *in fin. princip. ff. de adminiſtr. & peric. tutor.* ita nec officium ſuum ei damnoſum eſſe debet. L. *ſed ſi quis*. 7. *ff. teſtam. quemad. aper.*

§. *Item ſi inter*. 3.

*Rerum Communio.*

Tertia quaſi contractus ſpecies eſt, *Rerum Communio*: quæ deſcribi poterit, quòd ſit quaſi contractus, quo duo, plu-reſve, inter quos res quædam ſine ſocie-tate, hoc eſt, ſine ulla conventione vel conſenſu contrahendæ ſocietatis com-munes ſunt, ad eas dividendas, & per-ſonales quaſdam præſtationes ſibi invi-cem obligantur, *hoc §. noſtro cum §. ſeq.* L. 1. L. 3. *tot. tit ff. & C. commun. divid.* L. 1. L. *item* L*abeo*. 22. *& tot. tit. ff. & C. fam. erciſc.* Eaque duplex eſt: Communio familiæ, de qua infr. § proximo, & Communio rerum ſingularium; de qua agitur

Singularium. agitur *in præſenti* §. *& tot. tit. ff. & C. commun. divid.* Communio igitur rerum ſingularium eſt inter eos, quibus quocunque modo res ſingulæ communiter obvenerunt: veluti titulo Legati, donationis, ſocietatis, vel etiam caſu aut voluntate ſociorum, *hoc §. noſtro.* L. 2. *in princ. &* L. *arbor.* 19. *in princ. ff. commun. divid. § ſi duorum.* 27. *& § ſeq. ſupr. de rer. diviſ.* L. *pro ſocio.* 38. §. 1. *&* L. *ſi actum* 43. *ff. pro ſocio.* Hincq; oritur actio communi dividundo: quæ datur tum ad rerum communium diviſionem: tum ad præſtationes quaſdam perſonales: ut ſi quis ſolus ex re communi fructus perceperit: aut ſolus eam in rem impenſas fecerit, *hoc §. noſtro.* L. *per hoc judicium.* 4. §. *ſicut.* 3. L. *ſi quis* 6. *in princ. & paſſim ff. commun. divid.*

§. *Idem juris.* 4.

Familia. In hoc §. agitur de familiæ communione: quæ inducitur inter eos, quibus ſimul hereditas aliqua, vel ex teſtamento vel Lege obvenit L. 2. *in princ. ff. fam erciſc.* Ex iſta autem communione promanat actio familiæ erciſcundæ ſeu dividundæ, quæ competit cohæredibus, §. *quædam actiones.* 20. *infra de action.* L. 1. *&* 2. *ff. famil. erciſc.* adverſus cohæredes

les ſine cauſa rerum hereditariarū diviſionē denegantes, ad hoc, ut res hereditariæ dividantur, & perſonalia præſtentur. L. *item Labeo*. 22. §. *familiæ*. 4. *ff. fam. erciſc.* & L. *incerti*. 19. C. *eodem*.

§. *Heres quoq;*. 5.

Quarta quaſi contractus ſpecies eſt *hereditatis aditio*; quæ definiri poteſt, quòd ſit quaſi contractus, quo quis hereditatem re vel verbis capeſſit. L. *ſi quis abſentis* 5. §. 2. *ff. de obligat. & act.* Cum enim heredes aditione obligentur, ad legata legatariis præſtanda, nec ex contractu, nec ex maleficio: utiq; quaſi ex contractu obligati eſſe intelliguntur. *per hunc §. noſtrum.* ſiquidem adeundo hereditatem quaſi contrahere cum Legatariis videntur. L. 3 § *ult.* & *L. ſeq ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſionem eat.* Hincque actio Legati ſive actio ex teſtamento proficiſcitur: quæ Legatario contra heredem Legati præbendi cauſa competit. §. *ſed olim*. 2. *in princ. fine. ſupr. de Legat. gloſſ. in* L. *hujusmodi*. 84. §. *ult. in verb. perſonam. ff. de Legat.* 1.

*Hereditatis aditio.*

§. *Item is cui*. 6

Quinta & ultima ſub hoc titulo propoſitorum quaſi contractuū ſpecies eſt *inde-*

*Indebiti ſolutio.*

*indebiti ſolutio*; quæ rectè definitur, quòd ſit quaſi contractus, quo quis alicui per errorem non debitum ſolvit. L. *ſi quis abſentis. 5. §. is quoq; ff. de oblig. & act.* Indeque naſcitur Condictio indebiti, quâ quis repetit illud, quod indebitè per errorem alicui ſolvit. L. 1. *& paſſim. ff. de Condict. Indeb.* Errorem autem hic facti, non juris intelligimus. L. *ſi fidejuſſor. 29. § 1. ff. mandat.* L. *cum quis. 10. C. de jur. & fact. ignor.* L. *ſi per ignorantiam 6. &* L. *fideicommiſſum. 7. C. de condict. indeb.* Ratio differentiæ relucet ex L. *2. ff. de jur. & fact. ignor.* quia ſcilicet jus finitum & poteſt & debet eſſe: facti interpretatio plerumque etiam prudentiſſimos fallit. Unde omnes homines jura intelligere & ſcire debere, alibi dicitur. L. *Leges. 3. & 9. C. de Leg.*

*§. Ex quibusdam. 7. & ult.*

*Quando non repetatur.* In hoc §. ſubjicit Imperator Juſtinianus quaſdam cauſas, ex quibus indebitum errore ſolutum non repetitur; cujuſmodi ſunt illæ, ex quibus lis inficiando creſcit, hoc eſt, in quibus aliquis mendacii convictus penitus, & pro ſimplo in duplum condemnatur: veluti ex Lege Aquilia, ex Legato ſacroſanctis Eccleſiis & cæteris venerabilibus locis relicto, item ex depoſito ob ruinam, tumul-

multum, incendium, & naufragium, §. *ſed furti quidem*. 26. *infr. de action.* L. *ea qua*. 4. *C. de condict. indeb.* Cæterum ſequenti exemplo verus hujus §. intellectus declarari poterit: Legatum quod relictum erat ad pias cauſas, heres negat eſſe relictum, vel ſaltem ſolutionem ejus differt, uſquequò juſſu Magiſtratus conveniatur. d. §. ſed furti, verſ. ſed illa, infr. de action. & ideò jam tenetur in duplum. Poſtea volens ſolvere putat, viginti aureos eſſe legatos, ſicq; ſolvit duplum, nempe 40. cum tamen reverâ legati eſſent tantum quindecim, & ſic in triginta tantum teneretur: quæritur, an quod ultra duplum veræ ſummæ legatæ per errorem ſolvit nempe decem, repetere poſſit? Id verò negatur *in hoc §. noſtro*, prout eum explicat Dominicus Arumæus *exercitat. Iuſtinian.* 15. *th. ultim.* eumq; referens D. Martinus Rumelin. *Exercit.* 16. *ad Inſtit. th.* 6 *ſub lit. C. pag.* 149.

# Per quas Perſonas nobis obligatio acquiritur.

## Tit. XXIX.

### *Ad Princip. Tit.*

*Obligationis acquiſitio per Liberos & ſervos noſtros.*

QUemadmodum rerum dominia, ita & obligationes nobis acquiruntur non ſolum per noſmetipſos, ſed etjam per alios, puta per liberos & ſervos quos in noſtra poteſtate habemus. Eſt autem inter eos hæc obſervanda differentia: quod ſervi quicquid acquirunt, id totum indiſtinctè noſtrum fiat: ſed quod liberi acquirunt, ſi quidem ex cauſa profectitia, id totum & in ſolidum fiat noſtrum: ſin ex obligatione aliave cauſâ adventitia: ejus quidem uſusfructus nobis parentibus quæratur; proprietas vero ad liberos pertineat, *per hunc textum noſtrum & L. cum oportet. 6. C. de bonis quæ liber. &c.* Hucque referantur, quæ annotavimus *ſupra ad §. 1. & 3. tit. per quas perſon. cuique acquir.*

§. Item

*§. Item per liberos. 1.*

Obligatio non tantum per liberos & ſervos, noſtræ poteſtati ſubjectos, ut initio hujus tituli dictum; verum etiam per homines liberos, ſervoſque alienos bonâ fide poſſeſſos nobis acquiritur: ſed ex duabus duntaxat cauſis, nempe ex illorum operis, & re noſtra, *hoc §. & L acquiritur* 10, *in princ. & §. idem placet*. 4. *ff. de acquir. rer. dom.* idque pluribus verbis expoſuimus *ad §. de iis autem ſervis*. 4. *ſupra per quas perſon. cuique acquir.*

*Per alienos bona fide poſſeſſos.*

*§. per eum quoque. 2.*

Ex hoc §. eluceſcit, quod ſervus fructuarius, id eſt, in quo uſum fructum habemus, obligationes tum ex operis ſuis, tum ex re noſtra nobis acquirat: ſi quid vero extra eas cauſas conſecutus ſit, id ad dominum proprietatis pertinet. L. *acquiritur*. 10. § *de his autem*. 3. *ff. de acquir. rer. dom.* Ratio ejus haud incognita eſt; quia emolumenta uſusfructus, ipſius perſonæ reive, in qua uſusfructus eſt, finibus terminantur. Hereditas autem cæteraque adventitia commoda externa ſunt & aliunde, quam ex ipſa re vel perſona manant, *notante Franciſco Hotomanno hic enunciat*. 3.

*Per ſervos fructuarios.*

*§. Communem ſervum. 3.*

In hoc §. docet Imperator: quod obligatio à ſervo comuni indefinitè quæſita, ſingulis pro parte dominica acquiratur. L. *ſervus. 5.* & L. *perinde. 7. ff. de ſtipulat. ſervor.* Cæterum quod unius Domini nomine diſertè vel ſtipulatus eſt ſervus, vel per traditionem accepit, aut unius juſſu acquiſivit, id ei ſoli acquiritur, *hoc §. noſtro, verſ. excepto &c.* & L. *ult. C. per quas perſ. nobis acqu.* Porro per procuratorem etiam nobis obligationem acquiri poſſe, clariſſimi juris eſt. L. 2. C. *d. t. L. Iulianus. 13. §. ſi procurator. 25. ff. de act. empt.* L. *quod procurator. 68. ff. de procur.* L. *ſi pecuniam. 26. ff. de reb. cred. ſi cert. pet.* & L. *ſi procuratori. 79. ff. de verbor. obligat.*

---

# Quibus modis tollitur obligatio.

## Tit. XXX.

### *Ad Princip. Tit.*

*Modi ſolvendi obligationem*

EXplicatum eſt huc uſque de modis conſtituendæ obligationis per contractum & quaſi contractum: commodùm nunc ſubjunguntur modi tollendæ

ac

ac perimendæ obligationis. Et quidem eorum quatuor hoc in titulo proponũtur: quorum primus eſt *ſolutio*; quæ non malè definitur naturalis atq; juſta præſtatio ejus, quod debetur, *arg. hujus princip.* & L. *ſolutam. 49. in princ. ff. de ſolut.* L. *ſi fundũ. 114. ff de verb. oblig.* Nihilq; refert, quis ſolvat, utrum ipſe reus ſive debitor, an verò alius pro eo, etiam ignorante vel invito, *per hunc textum noſtrum*, & L. *ſolvere 53. ff. de ſolut.* Aliud autem pro alio invito & diſſentienti creditori ſolvi nequit L. 2. §. 1. *ff. de reb. cred. ſi cert. pet.* L. 1. *ff. de rer. permut.* *L. eum à quo. 16.* & *L. ſeq. C. de ſolut.* Porro ſolvente reo ſeu debitore principali etiam fidejuſſor liberatur. L. in omnibus. 42. ff. d. t. Hujusq; ratio eſt perſpicua: quia ſublatâ rē principali; ea quæ acceſſionis locum obtinent intercidere neceſſe eſt. L. *nihil dolo. 129. in fin.* L. *cum principalis. 178. ff. de reg. jur. c. acceſſorium 42. eod. in. 6.* Pari modo viciſſim ſolvente fidejuſſore, etjam reum principalem ab obligatione, quâ creditori tenetur, liberari certũ eſt, *hoc principio in fine* & L. *cùm is. 36. ff. de fidejuſſor.* In quæſtionem hîc vocari ſolet: ſi quis pluribus ex cauſis unum debitum ſolvat, quodnam ſolutum potiſſimum cenſeatur; Et veriſimilius eſt,

*Solutio.*

*Solutum ex pluribus cauſis debitum, quodnam ſolutum intelligatur.*

*&* L.*quihomines*.17.*ff.de acceptil.* ſi modo debitum, quod in ſtipulationem deductum, diviſionem recipiat. L.*& per juſjurandum*.13 §.1.*&* 2.*ff.eod.* Illud quoque hic notandum, quod acceptilatio, cum actus ſit legitimus, pure fieri debeat. *L.4.& 5.ff.de acceptil.L.actus legitimi.77. ff de reg.jur.* tametſi id quod in diem vel ſub conditione debetur, acceptilatione tolli poſſit. L.*quod in diem*.12. L *ſi ſub conditione*.21. *ff. de acceptil. L. ſub conditione*.16 *ff.de ſolution.* in eum caſum, ſi poſtea conditio exiſtat, vel dies eveniat. *d.l.* 21. *ff de acceptil.* Sed illa conditio & illa dies inſunt ex ipſa re, non autem acceptilationi. L. interdum. 73. ff de verb obligat. Quod genus diei vel conditionis tam quoad effectum, quam multa alia longe diſtat à conditione & die ipſa conventione & obligatione comprehenſis. *arg* L.*interdum*.73.*ff.eod.* & explicatius perſequitur Johannes Goeddæus *in comment. de contrah. & committ.ſtipul.cap.*12.*concluſ.*3.*n.*26.

§. *Eſt autem*. 2.

Quandoquidem acceptilatio tantum verborum obligationem perimit: excogitatus eſt à Gallo Aquilio Jureconſulto nobiliſſimo, modus & forma, per quam omnes obligationes aliæ, hoc eſt,

eſt , ex quibuſcunque contractibus & cauſis orta, itidem per acceptilationem tollantur, hac videlicet ratione: ut illæ obligationes omnes per ſtipulationem adeoque verborum ſolennitatem removeantur, & poſtea per acceptilationem extinguantur: ut illibata maneat regula: obligationes ſolennitate verborum introductas, rurſus ſolennitate verborum perimi. *L. & uno.* 18. §. 1. *ff. de acceptil.* Atque iſtæc ſtipulatio ab ejus auctore ſive inventore, Aquiliana appellatur, *hoc* §. *noſtro, &* L. *Aquiliana.* 4 *ff. de tranſact.*

§. *Præterea novatione.* 3.

Tertius diſſolvendæ obligationis modus, eſt *Novatio*: quæ eſt prioris debiti in aliam obligationem vel civilem, vel naturalem transfuſio atque translatio. L. 1. *in princ. ff. de novat. & delegat.* Ejuſque duæ perhibentur ſpecies: una generis nomen retinet & dicitur Novatio: altera vocatur delegatio. Novatio ita ſpecialiter dicta, fit: cum idem debitor manet, ſed ipſa ſolum obligatio novatur: puta ſi conditio, quæ poſtea exiſtat, vel dies certus aut fidejuſſor adjiciatur, vel detrahatur, *hoc* §. *noſtro, verſ. ſed ſi eadem perſona, &c.* Delegatio vero fit, cum debitor vice ſua aut alium

*Novatio.*

*Delegatio.*



Digitized by Google

in ſolventis debitoris arbitrio poſitum eſſe, dicere; quod debitum potius voluerit ſolutum: & quod dixerit, id ſolutum erit: quandoquidem certam legem dicere ei poſſumus, quod ſolvimus. Quod ſi debitor illud non fecerit: convertitur electio ad eum, qui accepit, cui potius debito acceptum ferat: dummodo in id conſtituat ſolutum, quod ipſe ſi deberet, priori loco ſoluturus eſſet *L.1. in princ. ff. de ſolution.* & *L.1. C. eod.* Cæterum ſi voluntatem ſuam neuter expreſſit: ſiquidem ejusdem ſint qualitatis & paria cuncta debita, ex omnibus ſummis pro portione ſolutum reputabitur. L. *illud. 8. ff. de ſolut. ſin* diſparia fuerint debita alia videlicet controverſa, alia plana; pura alia, alia conditionalia, cum poena, alia ſine poena &c. ſemper in duriorem & graviorem cauſam ſolutio imputabitur, *L.3. & ſeqq. ff. d. t.*

*§. Item per accepti lationem. 1.*

*Acceptilatio.* Secundus modus tollendæ obligationis eſt *acceptilatio*, quæ definitur non inepte conventio, qua per interrogationem promiſſoris & reſponſionem ſtipulatoris tollitur obligatio verbis contracta. *arg. L.1.* & L. *an inutilis. 8. §. acceptũ. 3. ff. de acceptil.* Eam Juſtinianus hîc breviter deſcribit: quòd ſit imaginaria

ſolutio

ſolutio. Nam quemadmodum in vera & naturali ſolutione (de qua in principio hujus tituli dictum) debitor aliquid reipſa & actu præſtat: ita hîc nihil propriè præſtatur, ſed præſtari ſolummodò fingitur, ac pro eo habetur, ac ſi quid debitor præſtitiſſet. *L. ſi ex pluribus 16. in fin. princip. ff. de acceptil.* L. *non ſolum. 7. §. 1. ibi, ff. de liberat legat.* Portò cùm acceptilatio ſtipulationem in ſe contineat: & ſtipulatio quacunq; lingua & quibuscunq; verbis, conſenſum & affectionem utriusque contrahentis exprimentibus fieri queat. *§. 1. ſupr. de V. O. L. 1. §. ult. ff. eod.* rationi conveniens eſt, idem & in acceptilatione eſſe receptum, *hoc §. noſtro & d. l. an inutilis. 8. in fine ff. de acceptil.* Ideoque cum verbis duntaxat acceptilatio fieri poſſit: manifeſtum fit, per eam illas tantum obligationes diſſolvi, quæ verbis; non item, quæ re, literis, aut conſenſu conſtant *hoc §. & d.* L. 8. *§. 3. ff. eod.* Naturæ quippe conſentaneum eſt; unumquodq; eo modo diſſolvi, quo contractũ ſive ligatum eſt L. *nihil tam naturale. 24. ff. de reg. jur.* Cæterum ſicuti debitum pro parte volenti creditori ſolvi poteſt verâ ſolutione. ita quoque pro parte debitum acceptò ferri poteſt. *L. pars ſtipulationis. 9. cum* L. *ſeq.*

in ſolventis debitoris arbitrio poſitum eſſe, dicere; quod debitum potius voluerit ſolutum: & quod dixerit, id ſolutum erit: quandoquidem certam legem dicere ei poſſumus, quod ſolvimus. Quod ſi debitor illud non fecerit: convertitur electio ad eum, qui accepit, cui potius debito acceptum ferat: dummodo in id conſtituat ſolutum, quod ipſe ſi deberet, priori loco ſoluturus eſſet *L.1. in princ. ff. de ſolution. & L.1. C. eod.* Cæterum ſi voluntatem ſuam neuter expreſſit: ſiquidem ejusdem ſint qualitatis & paria cuncta debita, ex omnibus ſummis pro portione ſolutum reputabitur. L. *illud. 8. ff. de ſolut. ſin* diſparia fuerint debita alia videlicet controverſa, alia plana; pura alia, alia conditionalia, cum poena, alia ſine poena &c. ſemper in duriorem & graviorem cauſam ſolutio imputabitur, *L. 3. & ſeqq. ff. d. t.*

*§. Item per acceptilationem. 1.*

*Acceptilatio.* Secundus modus tollendæ obligationis eſt *acceptilatio*, quæ definitur non inepte conventio, qua per interrogationem promiſſoris & reſponſionem ſtipulatoris tollitur obligatio verbis contracta. *arg. L.1. &* L. *an inutilis. 8. §. acceptū. 3. ff. de acceptil.* Eam Juſtinianus hîc breviter deſcribit: quòd ſit imaginaria

ſolutio

ſolutio. Nam quemadmodum in vera & naturali ſolutione (de qua in principio hujus tituli dictum) debitor aliquid reipſa & actu præſtat: ita hîc nihil propriè præſtatur, ſed præſtari ſolummodò fingitur, ac pro eo habetur, ac ſi quid debitor præſtitiſſet. *L. ſi ex pluribus 16. in fin. princip. ff de acceptil.* L. *non ſolum. 7.* §. 1. *ibi, ff. de liberat legat.* Porrò cùm acceptilatio ſtipulationem in ſe contineat: & ſtipulatio quacunq; lingua & quibuscunq; verbis, conſenſum & affectionem utriusque contrahentis exprimentibus fieri queat, §. 1. *ſupr. de V. O. L. 1. §. ult. ff. eod.* rationi conveniens eſt, idem & in acceptilatione eſſe receptum, *hoc §. noſtro & d. l. an inutilis. 8. in fine ff. de acceptil.* Ideoque cum verbis duntaxat acceptilatio fieri poſſit: manifeſtum fit, per eam illas tantum obligationes diſſolvi, quæ verbis; non item, quæ re, literis, aut conſenſu conſtant *hoc §. & d.* L. 8. §. 3. *ff. eod.* Naturæ quippe conſentaneum eſt; unum quodq; eo modo diſſolvi, quo contractū ſive ligatum eſt L. *nihil tam naturale. 24. ff. de reg. jur.* Cæterum ſicuti debitum pro parte volenti creditori ſolvi poteſt verâ ſolutione. ita quoque pro parte debitum acceptò ferri poteſt. *L. pars ſtipulationis. 9. cum* L. *ſeq.*



Digitized by Google

in ſolventis debitoris arbitrio poſitum eſſe, dicere; quod debitum potius voluerit ſolutum: & quod dixerit, id ſolutum erit: quandoquidem certam legem dicere ei poſſumus, quod ſolvimus. Quod ſi debitor illud non fecerit: convertitur electio ad eum, qui accepit, cui potius debito acceptum ferat: dummodo in id conſtituat ſolutum, quod ipſe ſi deberet, priori loco ſoluturus eſſet *L.1. in princ. ff. de ſolution. & L.1. C. eod.* Cæterum ſi voluntatem ſuam neuter expreſſit: ſiquidem ejusdem ſint qualitatis & paria cuncta debita, ex omnibus ſummis pro portione ſolutum reputabitur. L. *illud. 8. ff. de ſolut. ſin* diſparia fuerint debita alia videlicet controverſa, alia plana; pura alia, alia conditionalia, cum poena, alia ſine poena &c. ſemper in duriorem & graviorem cauſam ſolutio imputabitur, *L.3. & ſeqq. ff. d. t.*

*§. Item per acceptilationem. 1.*

*Acceptilatio.* Secundus modus tollendæ obligationis eſt *acceptilatio*, quæ definitur non inepte conventio, qua per interrogationem promiſſoris & reſponſionem ſtipulatoris tollitur obligatio verbis contracta. *arg. L.1. &* L. *an inutilis. 8. §. acceptū. 3. ff. de acceptil.* Eam Juſtinianus hic breviter deſcribit: quòd ſit imaginaria

ſolutio

ſolutio. Nam quemadmodum in vera & naturali ſolutione (de qua in principio hujus tituli dictum) debitor aliquid reipſa & actu præſtat: ita hîc nihil propriè præſtatur, ſed præſtari ſolummodò fingitur, ac pro eo habetur, ac ſi quid debitor præſtitiſſet. *L. ſi ex pluribus 16. in fin. princip. ff. de acceptil.* L. *non ſolùm.* 7. §. 1. *ibi, ff. de liberat. legat.* Porrò cùm acceptilatio ſtipulationem in ſe contineat: & ſtipulatio quacunq; lingua & quibuscunq; verbis, conſenſum & affectionem utriusque contrahentis exprimentibus fieri queat, §. 1. *ſupr. de V. O. L.* 1. §. *ult. ff. eod.* rationi conveniens eſt, idem & in acceptilatione eſſe receptum, *hoc §. noſtro & d. l. an inutilis.* 8. *in fine ff. de acceptil.* Ideoque cùm verbis duntaxat acceptilatio fieri poſſit: manifeſtum fit, per eam illas tantùm obligationes diſſolvi, quæ verbis; non item, quæ re, literis, aut conſenſu conſtant *hoc §. & d.* L. 8. §. 3. *ff. eod.* Naturæ quippe conſentaneum eſt; unum quodq; eo modo diſſolvi, quo contractũ ſive ligatum eſt L. *nihil tam naturale.* 24. *ff. de reg. jur.* Cæterum ſicuti debitum pro parte volenti creditori ſolvi poteſt verâ ſolutione. ita quoque pro parte debitum acceptò ferri poteſt. *L. pars ſtipulationis.* 9. *cum* L. *ſeq.*



Digitized by Google

in ſolventis debitoris arbitrio poſitum eſſe, dicere; quod debitum potius voluerit ſolutum: & quod dixerit, id ſolutum erit: quandoquidem certam legem dicere ei poſſumus, quod ſolvimus. Quod ſi debitor illud non fecerit: convertitur electio ad eum, qui accepit, cui potius debito acceptum ferat: dummodo in id conſtituat ſolutum, quod ipſe ſi deberet, priori loco ſoluturus eſſet *L.1. in princ. ff. de ſolution. & L.1. C. eod.* Cæterum ſi voluntatem ſuam neuter expreſſit: ſiquidem ejusdem ſint qualitatis & paria cuncta debita, ex omnibus ſummis pro portione ſolutum reputabitur. L. *illud. 8. ff. de ſolut. ſin* diſparia fuerint debita alia videlicet controverſa, alia plana; pura alia, alia conditionalia, cum poena, alia ſine poena &c. ſemper in duriorem & graviorem cauſam ſolutio imputabitur. *L. 3. & ſeqq. ff. d. t.*

§. *Item per accepti lationem.* 1.

*Acceptilatio.* Secundus modus tollendæ obligationis eſt *acceptilatio*, quæ definitur non inepte conventio, qua per interrogationem promiſſoris & reſponſionem ſtipulatoris tollitur obligatio verbis contracta. *arg. L.1.* & L. *an inutilis. 8. §. acceptũ. 3. ff. de acceptil.* Eam Juſtinianus hîc breviter deſcribit: quòd ſit imaginaria

ſolutio

ſolutio. Nam quemadmodum in vera & naturali ſolutione (de qua in principio hujus tituli dictum) debitor aliquid reipſa & actu præſtat: ita hîc nihil propriè præſtatur, ſed præſtari ſolummodò fingitur, ac pro eo habetur, ac ſi quid debitor præſtitiſſet. *L. ſi ex pluribus 16. in fin. princip. ff de acceptil.* L. *non ſolum. 7. §. 1. ibi, ff. de liberat. legat.* Porrò cùm acceptilatio ſtipulationem in ſe contineat: & ſtipulatio quacunq; lingua & quibuscunq; verbis, conſenſum & affectionem utriusque contrahentis exprimentibus fieri queat. *§. 1. ſupr. de V. O.* L. 1. *§. ult. ff. eod.* rationi conveniens eſt, idem & in acceptilatione eſſe receptum, *hoc §. noſtro & d. l. an inutilis. 8. in fine ff. de acceptil.* Ideoque cum verbis duntaxat acceptilatio fieri poſſit: manifeſtum fit, per eam illas tantum obligationes diſſolvi, quæ verbis; non item, quæ re, literis, aut conſenſu conſtant *hoc §. & d.* L. 8. *§. 3. ff. eod.* Naturæ quippe conſentaneum eſt; unum quodq; eo modo diſſolvi, quo contractū ſive ligatum eſt L. *nihil tam naturale. 24. ff. de reg. jur.* Cæterum ſicuti debitum pro parte volenti creditori ſolvi poteſt verâ ſolutione. ita quoque pro parte debitum acceptò ferri poteſt. *L. pars ſtipulationis. 9. cum* L. *ſeq.*

*&* L.*quihomines.*17.*ff.de acceptil.* ſi modo debitum, quod in ſtipulationem deductum, diviſionem recipiat. L.*& per juſjurandum.*13 § 1.*&* 2.*ff.eod.* Illud quoque hic notandum, quod acceptilatio, cum actus ſit legitimus, pure fieri debeat. *L.*4.*&* 5.*ff.de acceptil.L.actus legitimi.*77.*ff de reg.jur.* tametſi id quod in diem vel ſub conditione debetur, acceptilatione tolli poſſit. L.*quod in diem.*12. L *ſi ſub conditione.* 21. *ff. de acceptil. L. ſub conditione.*16.*ff.de ſolution.* in eum caſum, ſi poſtea conditio exiſtat, vel dies eveniat. *d.l.*21.*ff de acceptil.* Sed illa conditio & illa dies inſunt ex ipſa re, non autem acceptilationi. L. interdum. 73. ff de verb obligat. Quod genus diei vel conditionis tam quoad effectum, quam multa alia longe diſtat à conditione & die ipſa conventione & obligatione comprehenſis. *arg* L.*interdum.*73.*ff.eod.* & explicatius perſequitur Johannes Goeddæus *in comment. de contrah. & committ.ſtipul.cap.*12.*concluſ.*3.*n.*26.

§. *Eſt autem.* 2.

Quandoquidem acceptilatio tantum verborum obligationem perimit; excogitatus eſt à Gallo Aquilio Jureconſulto nobiliſſimo, modus & forma, per quam omnes obligationes aliæ, hoc

eſt,

eſt, ex quibuſcunque contractibus & cauſis ortæ, itidem per acceptilationem tollantur, hac videlicet ratione: ut illæ obligationes omnes per ſtipulationem adeoque verborum ſolennitatem removeantur, & poſtea per acceptilationem extinguantur: ut illibata maneat regula: obligationes ſolennitate verborum introductas, rurſus ſolennitate verborum perimi. *L. & uno.* 18. §. 1. *ff. de acceptil.* Atque iſtæc ſtipulatio ab ejus auctore ſive inventore, Aquiliana appellatur, *hoc* §. *noſtro, & L. Aquiliana.* 4 *ff. de tranſact.*

§. *Præterea novatione.* 3.

Tertius diſſolvendæ obligationis modus, eſt *Novatio*: quæ eſt prioris debiti in aliam obligationem vel civilem, vel naturalem transfuſio atque translatio. L. 1. *in princ. ff. de novat. & delegat.* Ejuſque duæ perhibentur ſpecies: una generis nomen retinet & dicitur Novatio: altera vocatur delegatio. Novatio ita ſpecialiter dicta, fit: cum idem debitor manet, ſed ipſa ſolum obligatio novatur: puta ſi conditio, quæ poſtea exiſtat, vel dies certus aut fidejuſſor adjiciatur, vel detrahatur, *hoc* §. *noſtro, verſ. ſed ſi eadem perſona, &c.* Delegatio vero fit, cum debitor vice ſua aut alium debi-

*Novatio.*

*Delegatio.*

debitorem volentem creditori ſuo, vel ei cui creditor juſſerit, *hoc §. noſtro. in princip. L. delegari. 11. ff. de novat.* Cum autem delegatio novam deſideret perſonam: conſequens eſt ſervi interventu, eam non procedere: cum ſervus jure civili perſonam non habeat. L. *quod attinet. 32. ff. de reg. jur.* Porrò ut novatio obligationis fiat, neceſſe eſt, ut ſpecialiter prior obligatio remittatur, & nominatim exprimatur, quod poſterior tantum eligatur *per hunc §. noſtrum verſ. ſed cum hoc quidem &c. &* L. *ult. C. de novat.* Ubi Imper. Juſtinianus aperte conſtituit, non aliter hodie novationẽ fieri, quam ſi novare ſe, hancque poſteriorem ſtipulationem novandi animo interponere velle, diſerte ac ſpecialiter contrahentes expreſſiſſent. Cui non obſtat L. *qui uſumfructum. 58. in fine. ff. de Verb. obligat.* ex qua colligi poſſe videtur: jure etiam veteri, ante conſtitutionem iſtam Juſtiniani, non aliter novationem fuiſſe factam, quam ſi id ſpecialiter & nominatim fuerit expreſſum à contrahentibus. Etenim in iſta lege 58. idcirco ad novationẽ requiritur, ut contrahentes animum novandi ſpecialiter expreſſerint; quia minus eſt in uſu quam in fructu: minus item in itinere, quam in

in actu: poſteriore autem ſtipulatioue, quæ minus continet, quam eſt in priore, non novatur prior. *L. eum qui. 56. §. ſi à re. 7. ff. de verb obligat.* proindeque hoc in caſu, ut novatio facta cenſeatur, omnino neceſſarium eſt, ut expreſſum ſit ſpecialiter, poſteriorem ſtipulationem novandi animo factam eſſe.

Minus obſtat L. *ſi rem.* 31. §. 1. *ff. de Novat.* ubi reſpondetur, correum ſtipulandi, poſt contractam obligationem ſtipulantem à reo promittendi, poſſe eum novatione liberare ab altero correo ſtipulandi, cum id *ſpecialiter* agit. Nam illic caſus ſpecialis & à regula exceptus continetur. Niſi enim ſpecialiter id agatur, ut novatio fiat; non poteſt correus ſtipulandi à reo videri ſtipulari eo animo, ut novet: ſed dicendum potius eſt, inutilem eſſe poſteriorem ſtipulationem, quia illud ipſum promittitur, quod jam ante debebatur. L. *quibus.* 18 *ff. de verb. oblig.* Niſi itaque hoc expreſſum fuerit, animo novandi ſtipulationem poſteriorem ſubjectam eſſe, novatio facta non intelligetur.

Multo minus obſtant omnes illæ leges, in quibus dicitur, aliter non fieri

novationem, quàm ſi hoc actum fuerit, *L.2.L. ſi ita fuero.6. L. Stichum.18 §. 1. L. fundum.28 ff de novation. & ſimilis.* Nam olim quidem Novatio non fuit facta, niſi animum novandi contrahentes habuiſſent. Hoc autem recenter Divus Juſtinianus ſuâ conſtitutione addidit; ut hunc animum ſuum contrahentes palam & ſpecialiter verbis teſtarentur. Ideoq; non ſequitur: novatio olim fiebat, cum hoc actum eſſet. Ergo animus novandi verbis ſpecialiter teſtandus & exprimendus fuit. verùm ea de re exquiſitius diſſertat Antonius Faber *Lib. 3. conjectur. jur. civil. cap. 3.*

### §. *Hoc amplius. 4. & ult.*

*Contraria Voluntate.* Quartus & ultimus hoc in titulo propoſitus tollendæ obligationis modus eſt *contraria* voluntas, ſive poenitentia. Iſte autem modus ad eas tantum pertinet obligationes, quæ ſolo conſenſu perficiuntur, ut ſunt obligationes ex emptione-venditione, Locatione-Conductione, ſocietate, mandato, &c. Cum enim nihil tam naturale ſit, quam eo genere quodque diſſolvi, quo colligatum eſt. L *prout quidque.80. ff de ſolut. L. nihil tam naturale.35. L. omnia. 100. & L. fere quibuſcunque. 153. ff. de reg. jur.*

uti-

utique convenit, ut obligatio nudo conſenſu contracta etiam nudo conſenſu contrario diſſolvatur, *hoc §. noſtro.* Eatenus autem obligationes ex nudo conſenſu natę, nudo conſenſu ſive cõtraria voluntate tolluntur, quatenus res adhuc eſt integra, ut ſi res alteri ab altero nondum ſit tradita, hoc §. noſtro, verſ. deinde re nondum ſecuta. *L.* 2. L. 3. L. *cum emptor.* 5. §. 1 *ff. de reſcind. vend.* Alioquin enim præter voluntatem contrariam redditio quoque rei eſſet neceſſaria: veluti in emptione-venditione ipſius precii, aut mercis redditio. L. *ab emptione.* 58. *ff de pact.*

# Finis Libri III. Inſtitutionum Imperialium.



Digitized by Google

# Inſtitutionum ſeu Elementorum Divi Iuſtiniani, Sacratiſſimi Principis,

## Liber IV.

## De obligationibus, quæ ex delicto naſcuntur.

### Tit. I.

### *Ad Princip. Tit.*

HActenus expoſitum eſt, quomodo naſcatur & pereat obligatio ex contractu & quaſi contractu nata: convenienter nunc ſequitur, quomodo ea oriatur ex delicto & quaſi delicto. Eſt autem Delictum nihil aliud, quam offenſio contra jus illata, ad poenam obligans. Illudque duplex perhibetur; publicum & privatum. Publicum eſt, quod leges publicè vindicari volunt, & in quo aliquid Reipublicæ petitur. *arg.* *L. 1.*

*Delicti definitio.*

*Diviſio*

*L.1.ff.de public.judic.* Privatum, quod non publicè legibus vindicatur: ſed in quo ſolus privatus læſus agit ad id, quod ex delicto tali ſibi illato debetur: cujusmodi eſt furtum, rapina, damnum & injuria: *de quibus hic ordine ſingulis titulis tractatur.*

§. *Furtum.* 1.

Definitio furti hoc loco iſta proponitur; Furtum eſt contrectatio fraudulo- *Furti definitio.* ſa, lucri faciendi gratia vel ipſius rei vel etiam uſus ejus poſſeſſioniſve: quod lege naturali prohibitum eſt admittere. Quam definitionem ſumpſit Imp. Juſtinianus ex Paulo Jureconſulto *in L,1. §. ult ff.de furt.* Rectè autem furtum definitur *contrectatio*: quia hæc eſt forma & præcipua nota furti; illaque ubi deeſt, ibi nec furtum eſt. Ideoque ſola cogitatio non ſufficit, nec conatus furandi. *L.cogitationis.18 ff.de poen.L vulgaris.21. §.qui furti.7.ff. de furt.* Additur *fraudulosa*, id eſt, fraudandi animo ſuſcepta. Etenim furtum non committitur ſine ejuſmodi fraudulenta voluntate & affectione, qua aliquis dominum invitum re ſua fraudare cupit. *§. placuit.7. infr. h. t. L. penult. in fin. ff. de condit. cauſ. dat. &c. Leg. qui vas. 48. §. qui ex voluntate, 2. ff. de furt.* Quare

Digitized by Google

Quare ſi quis putet dominum conceſſurum, furtum non committit: quia deeſt animus, furandique affectus. Sic contra ſi putet, invito domino ſe rem contrectare: cum is ægrè non ferat; ſimiliter furtum non committitur. §. *ſed et ſi credat*. 8. *infr. h. t.* quia deeſt cauſa, ſine qua non, fraus ſcilicet, quæ non fit volenti & conſentienti: *L. nemo*. 145. *ff. de reg. jur. L. non videtur*. 11. *ff. ſi quid in fraudem patroni &c.* Dicitur in definitione, *lucri faciendi gratia*. Hic namque finis iſt furti. Unde qui libidinis cauſa ancillam occultat & rapit: adeoque alio quam lucri faciendi animo, alioque ſibi propoſito fine quid ſurripit, furti non tenetur. L. *verum*. 39 *ff. de furt*. L. *inſtrumentum*. 16. *in fin. ff. ad* L. *Corn. de falſ.* quoniam propoſitum delinquentis maleficia diſtinguit. L. *qui injuriæ*. 53 *ff. de furt*. Dicitur, *vel ipſius rei*, videlicet mobilis. Nam rerum ſoli ſive immobilium non fit furtum. L. *verum eſt*. 25 *ff. d. t.* L. *quam rem*. 38 *ff. de uſurpat. & uſuc.* ſed & res intelligenda eſt aliena. Rei quippe ſuæ propriè furtum non fit; cum quilibet re ſuâ libere uti & abuti poſſit. L. *in re mandata*. 21. C. *mandati*. L. *ſed & ſi*. 25. § *conſuluit*. 11. *ff. de petit. hered.* Dicitur, *vel etiam uſus ejus poſſeſſionis ve*.

Quæ

Digitized by Google

Quæ verba ſpectant ad materiam furti, quod fit non ſolùm in ipſa re, ſed etiam in ejus uſu (ut ſi re depoſitâ utaris: aut rei commodatæ uſum conceſſum egrediaris. *§. furtum. 6. infr. h. t.*) & poſſeſſione: veluti ſi debitor tuo creditori pignus (cujus creditor ſolam poſſeſſionem habet) ſurripiat. *§. aliquando. 10. & §. unde conſtat. 14. infr. h. t.* Deniq; adduntur definitioni hæc verba: *quod lege naturali prohibitum eſt admittere.* Ex quibus verbis liquet quod furtum per ſe & naturâ ſuâ ſit turpe; non ſolùm quia prohibitum: & ſic in furto jus naturale inſpicitur. Unde reverâ illud committitur inter patrem & filium, maritum & uxorem. *§. hi qui in parentum. 12. infr. h. t.* Licet furti actio non detur: illic quidem ob perſonarum unitatem: hîc ob rerum communionem & honorem matrimonii. *L. 1. 2. & tot. tit. ff. de act. rer. amot.* Poſſunt tamen furta domeſtica puniri diſciplinâ & caſtigatione privatâ *L. ſervi 17. ff. de furt. L. congruentius. 4 C. de patr. poteſt.*

### *§. Furtum autem. 2.*

Furti etymologia ſive notatio quadruplex hic affertur *ex L. 1. in princ. ff. de furt.* vel enim dicitur à furvo, id eſt, nigro; quod *Furti denominatio*

quòd clam & obſcurè, ac plerumq; atrâ nocte fiat: vel à fraude, quòd furtum fiat per fraudem, vel à ferendo, hoc eſt, auferendo ſeu amovendo; vel à Græco ſermone, quòd Græci fures appellant φῶρας, ἀπὸ τοῦ φέρειν. Atque iſthæc derivatio, qua fur & furtum à ferendo deducitur, omnium optima & veriſſima videtur. Eſt enim ex re ipſa & natura furti ſumpta, quod non niſi in iis rebus, quæ auferri poſſunt, locum habet, id eſt, in rebus mobilibus, non autem in immobilibus, *§. quod autem 3. ſupr. de uſucap.* L. *quam rem. 8. ff. de uſurpat. & uſucap.* L. *verum eſt.* 25. *de furt.*

*§. Furtorum autem. 3.*

*Diviſio.* Furti diviſio bipartita eſt in manifeſtum, & nec manifeſtum. *L. 1. ff. de furt.* Manifeſtum furtum eſt, quod deprehenditur; vel dum fit, vel etiam ſi factum ſit, nondum tamen perlatum ad deſtinatum locum, *hoc §. &* L. *fur eſt manifeſtus. 3. cum 4.* LL. *ſeqq. ff. eod.* Nec manifeſtum eſt, quod deprehenſum non eſt, antequam tranſlatum fuerit ad locum deſtinatum. *argum.* L. *nec manifeſtum. 8. ff. dict. tit.* Enimverò fieri poteſt, ut quis ejusdem rei ſimul & mani-

nife-

nifeſtus & nec manifeſtus fur ſit, ut conſtat *ex L. vulgaris* 21. *in princip. verſ. nam & ſi quis, &c. ff. de furt.*

## §. *Conceptum.* 4.

Quid ſit furtum conceptum, oblatum, prohibitum & non exhibitum, ex ipſo textu cognoſcendum eſt. Cùm enim iſthæc furti genera jam pridem in deſuetudinem venerint, longiori explicatione opus non habent. Illud tamen obſervandum eſt, quod Juſtinianus hîc in fine ait: omnes qui ſcientes rem furtivam ſuſceperint, & celaverint, furti nec manifeſti obnoxios eſſe, adeoque nec manifeſti furti actione teneri. *L. eos qui.* 14. *C. de furt.*

## §. *Pœna manifeſti.* 5.

*Pœna furti manifeſti & nec manifeſti.*

In hoc §. agit Juſtinianus Imperator de pœna furti manifeſti & nec manifeſti: & ſtatuit, quod furti manifeſti pœna in quadruplum excreſcat: nec manifeſti in duplum: nec ſpectatur, ſervus ne ſit an liber, qui furtum commiſerit. L. *in furti.* 50. *in princip. ff. de furt.* Verùm conſtitutione Friderici Imperatoris fures, ſi quinque aureos Ungaricos, aut plus furati fuerint, laqueo ſuſpenduntur: ſi minus ſcopis & forcipe exco-

*Hodierna.*

excoriantur & tunduntur, id eſt, fuſtigantur § *fin. tit. de pace tenenda & ejus violatoribus, in* Uſib. *Feudor.* Lib. 2. *t.* 27. Cæterum ex noviſſima Imperatoris Caroli V. conſtitutione fures, qui ſemel deprehenſi fuerint; levius, præſertim in furto non manifeſto, quod quinque florenos non excedit: ſin bis aut ter, ultimo ſupplicio puniuntur: pro differentia tamen ſexus, ætatis & loci conſuetudine, *ut hac de re fuſius tractatur in conſtitutione ſeu ordinatione criminali Caroli V. artic.* 157. *& ſeqq.* Quæ quidem poena licet prægravis & delicto major cuipiam videri poſſit: quod qui in pecunia tantum delinquit, in corpore punitur, vitamque pro ære reddere cogitur: omnibus tamen fere populis poena iſta placuit & neceſſaria viſa eſt; vel ob delicti hujus frequentiam: vel quia fures animos latronum habent. *Idque explicatius perſecuti ſumus in publicis noſtris commentariis ad hunc* §. *num.* 8. *& multis ſeqq.* Illud ſane diſſimulandum non eſt: Rebus publicis, hoc maxime deploratiſſimo ſeculo, omnium optime conſuli, ſi fures, ob furta ſimplicia pecuniaria, non fuſtigationibus nec ſuſpendiis, ſed poena operarum publicarum coerceantur; cum fures hodie magis labores, quam laqueum metuere videantur. *§. Fur-*

Digitized by Google

§. *Furtum autem fit*. 6.

Quæ *in hoc & proximè ſequentibus* §§. proponuntur, ea ad accuratiorem definitionis furti ejuſque requiſitorum explicationem pertinent. Ex illa quippe colligitur non obſcure: ad furtum quatuor requiri, ex quibus junctis illud commiſſum dicatur; nempe primo contrectationem: deinde contrectationem fraudulòſam: tertio contrectationem lucri faciendi gratia factam: & quartò denique contrectationem vel ipſius rei vel uſus vel poſſeſſionis. Primo igitur ad furtum committendum requiritur contrectatio rei. Contrectare autem dicitur non ſolum is, qui rem amovet aut ſurripit: ſed etiam qui rem prius voluntate domini acceptam, fraudulente poſtea contrectare, ſicque in aliam cauſam ac in quam ei data eſt, convertere incipit: qualis eſt creditor, qui habet pignus voluntate debitoris, ſed non habet eam in cauſam, ut illo utatur: cum pignus ei datum ſit, quo magis ipſi in tuto ſit creditum. §. *ult. ſupr. quib. mod. re contrah. oblig.* Si ergo creditor pignore utatur, furti tenetur, *hoc* §. & L *ſi pignore*. 54. *in princ. ff. de furt.* Sic depoſitarius rem apud ſe depoſitam non aufert à domino, ſed ab eo volente habet:

*Requiſita furti.*

*Contrectare quis dicatur.*

bet: at non habet uſus ſui, ſed cuſtodia cauſa, ut dictum *in §. præterea. 3. ſupr quib. mod. re contrah oblig.* Itaque ſi rem contrectet, eaque utatur invito domino, furti ſe obligat, *hoc §. noſtro*, L. *qui furtum. 16. ff. de condict. furtiv. L. ſi ſacculum, 29. in princ. ff. depoſ.* L. *ſi depoſiti. 3. C. eod.* Eodem modo commodatarius rem à domino volente, & quidem ad uſum ſibi conceſſum, ſed ad certum ac determinatum uſum, accepit. L *in commodato. 17 §. ſicut. 3. ff. commodat.* verbi gratia argentea vaſa ad epulum inſtruendum; vel equum, ut eo Francofurtum ad nundinas proficiſcatur Si igitur rem commodatam in aliũ uſum transferat: ut ſi vaſa iſta peregre ſecum portet; aut ſi equum longius, puta in bellum, ducat, furtum committit, *hoc §.* L. *qui jumenta. 40. ff. de furt.* L. *ſi ut certo. 5. §. ſed interdum 7. & §. ſeq. L. in rebus. 18. in princip. & L. ult. ff. commodat.*

## *§. Placuit. 7.*

***Contrectatio fraudulosa q. 1.*** Secundum furti committendi requiſitum eſt contrectatio fraudulola. Ad hanc vero rurſus duo cõjunctim requiruntur. I. animus ac propoſitũ fraudandi, remq; invito domino contrectandi:

II.

II. Ipſe eventus. Ex priori, quod in hoc §. explicatur, apparet; commodatarium, ſi re commodatâ aliter utatur, quam ipſi à domino permiſſum eſt, ſi exiſtimet, ſe volente & conſentiente domino ſic re abuti, non committere furtum, etiamſi reverâ domino invito rem contrectet. L. *inter omnes.* 46. §. *recte.* 7. *ff. de furt.* ſi quidem furtum ſine animo & affectu furandi non committatur *hoc §. noſtro in fine.* §. *item ſi is.* 5. *ſupr. de uſucap.* & voluntas ac propoſitum delinquentis maleficia diſtinguit. L. *qui injuriæ.* 53. *in princ. ff. de furt.*

§. *Sed & ſi credat.* 8.

Alterũ, ad fraudulosam contrectationem neceſſarium, diximus *in præcedente §.* eſſe eventum, ut videlicet etjam reverâ invito domino contrectet, qui animum & propoſitum fraudandi habuit. Unde licet quis animum invito domino contrectandi furtumque faciendi habuerit; ſi tamen volente domino eam contrectat, non intelligitur fraudulenter contrectare, ſicque nec furtum committere, *hoc §. & L. inter omnes.* 46. §. *per contrarium.* 8. *in fin. ff. de furt.* cum ad omnem fraudem non ſolum fraudandi animus ſufficiat: verum etiam

etiam eventus requiratur. §. *in fraudem.* 3. *ſupr. quib. ex cauſ. manum. non lic.* & nemo videatur fraudare eos, qui ſciunt & conſentiunt. *L. nemo.* 145. *ff. de reg. jur. L. non videtur.* 11. *ff. ſi quid in fraud. patr. &c. L. quod autem.* 6. §. *præterea.* 9. *ff. quæ in fraud. cred.* &c. Cæterum ſervi alieni improbus ſolicitator, nec furti nec ſervi corrupti judicium effugere debet, tametſi dominus explorandæ veritatis cauſa permiſerit ſervo quaſdam res ad ſolicitatorem perferre. *hoc* §. *&* L. *ſi quis.* 20. C. *de furt. & ſerv. corrupt.* Nam quamvis reverâ furtum hic non fuerit commiſſum: cum res non invito, ſed volenti domino fuerint amotæ, nec ſervi animus fuerit corruptus aut perſuaſus: attamen quo magis alii ab hujuſcemodi facinore deterreantur, nec ſervos probos ac fideles corrumpere conentur; Imp. Juſtinianus æquitatis ratione motus, adverſus juris civilis regulas etiam ſolum conatum punire voluit; adeoque actionem furti & ſervi corrupti adverſus illũ ſolicitatorem inſtitui permiſit *hoc* §. *noſtro, in fine & d.* L. *ſi quis.* 20. C. *de furt. & ſerv. corr.* Porro ſecundo furti requiſito, fraudulosæ nimirum contrectationi, conſequens eſt tertium, nempe lucrandi animus. Is enim

*Solicitatio ſervi alieni.*

*Animus lucrandi.*

enim alterum re ſuâ fraudare propriè dicitur, qui ita eam amover, ut ſibi eandem habere ſibique lucrari cupiat. Itaque qui non lucrandi animo quippiam ſurripit, furtum haud committit. *arg.* L. *verum eſt.* 59. *ff. de furt.*

§. *Interdum etiam.* 9.

Non ſolùm rei fit furtum, ut ex definitione furti ſupra expoſita apparet: ſed & perſonæ, id eſt, liberi hominis, ſi modo is ſit in poteſtate patris, *hoc §. noſtro.* Ejus ſi quidem qui ſui eſt juris, furtum non committitur: propterea, quòd furtum eſt rei alienæ, cujus ſcilicet dominium ad aliquem ſpectat. At libera perſona eſt nullius, § 1. ſupra de inutil. ſtipul. eſt, inquam, Reipublicæ, nullius privati. L. *liber homo.* 13 *ff. ad L. Aquil.* Sed liberi in poteſtate conſtituti, ſunt quodammodo in dominio patris, ut ſervi: ideoque & vindicari poſſunt & ſurripi. L. 1. §. 2. *ff. de rei Vindicat.* L. *eum qui.* 14 *§ ſi filiusfamilias.* 13. *&* L. *mater* 38. *ff. de furt.*

*Furtum liberi hominis.*

§. *Aliquando.* 10.

Quartum & ultimum furti committendi requiſitum eſſe diximus, *ſupra in Ɛtatio* §. *furtum autem.* 6. *h. t.* ut quis vel rem ipſam, vel rei uſum & poſſeſſionem contrectet. Uſum autem & poſſeſſionem

*Contrectatio uſus & poſſeſſionis.*

contrectare dicitur, qui rem propriam cujus uſum aut poſſeſſionem alteri conceſſerat, eidem ſurripit: veluti ſi debitor rem ſuam pignoratam creditori ſubtrahat: aut rem commodatam auferat commodatario: aut rem ſuam, cujus uſum fructum alius habet, uſufructuario ſurripiat, hoc §. noſtro, L. *itaq;* 12. §. 2. L. *Creditoris*, 15. §. 1. L. *in actione*. 19. §. *ult*. L. *ſi is qui*. 59. L. *ſi is qui rem*. 66. & L. *ſi debitor*. 79. *ff. de furt.* Nam etſi rem ſuam, quatenus ſuam, contrectando nemo furtum faciat: cum quiſque rei ſuæ moderator ſit & arbiter: L. *in re mandata*. 21. C. *mandat.* quatenus tamen id quod in ea re alienum eſt, (cujuſmodi in dictis & ſimilibus caſibus eſt uſus atq; poſſeſſio, alteri ab ipſo domino conceſſa) inte vertere conatur, furtum committere intelligitur. Atq; ita exaudiendum eſt, quod Imperator noſter hic aſſerit etiam ſuæ rei furtum committi.

§ *Interdum quoq;*. 11.

*Conſilium & auxilium furti.*

Conſtat ex definitione furti, contrectatione fieri furtum. Quid ergo ſi quis non contrectet, non ipſe auferat: ſed conſilium & opem auferenti præſtet? Et dicendum: eum quidem non facere

facere furtum, ſed tamen furti teneri, hoc §. noſtro in princ. Furtum non facit; quia non aufert: furti tamen tenetur; quia actio furti etiam propter dolum vel malum animum, ſive affectum furandi dari ſolet. Cæterum qui tantum conſilium dedit, furti non tenetur: niſi conſilium habuerit effectum, id eſt, niſi furtum factum ſive ſecutum fuerit, hoc §. in fin. L. *ſi quis uxori. §. neque verbo. 9. ff. de furt. & L. ſæpè 53 in fin. ff. de Verb. ſignif.* Quid porrò ſit opem ferre & conſilium dare ad furtum faciendum explicatur ſufficienter *hic & in L. in furti actione. 50. §. 1. cum §§. ſeqq. & duab.* LL *ſeqq. & L. qui ſervo. 36. ff. de furt.*

*§ Hi qui in parentum.* 12.

Hoc loco Juſtin. Imp. docet, filium familias patri & ſervum domino furtum quidem facere, ſi quid eis ſurripiant, ſed non teneri actione furti. Ejuſque ratio non obſcura eſt, tum quia regulariter lis nulla nobis poteſt eſſe cum eo, quem in poteſtate habemus. L. *lis nulla.* 4. L. *ſi à me fuerit.* 11. *ff. de judic.* Tum quia qui poteſt in furem ſtatuere, id eſt, privatim eum punire, non neceſſe habet cum fure litigare,

***Furtum domeſticum.***

L. *ſervi.* 17. *ff. de furt.* Sanè adverſus ſervos & ancillas noſtri temporis, cùm ſunt liberi homines, actionem furti competere, non dubitatur.

§. *Furti autem actio.* 13.

*Actio furti cui detur.*

Ex hoc §. diſcendum: actionem furti ei dari, cujus ex honeſta cauſa intereſt, rem non eſſe ſurreptam, licèt dominus non ſit. L. *cujus.* 10. *cum L. ſequ.* & L. *qui re.* 76. §. 1. *verſ. nam licèt. ff de furt.* Ipſi enim furi & malæ fidei poſſeſſori furti actio regulariter non competit; cum nemo ex improbitate ſua actionem conſequi debeat. L. *itaq;* 12. §. 1. & L. *eum qui.* 14 §. *is autem.* 3. & §. *ſeq.* & *d.* L. *qui re.* 76. §. 1. *ff. de furt.* Porrò exempla illorum, qui cum non ſint domini, tamen eorum intereſt, rem non perire, quatuor *in §§. ſubſequentibus afferuntur: de quibus ſingulis breviter videndum.*

§. *Unde conſtat.* 14.

*Creditori de ſurrepto pignore.*

Primum exemplum, quo ei, qui dominus non eſt, furti actio datur, eſt in Creditore. Is enim de pignore ſurrepto furti agere poteſt, etiamſi illius dominus non ſit, & quantumvis idoneum habeat debitorem, id eſt, qui ſolvendo ſit. L *itaq;* 12. §. 2 & *L. Creditoris*

Digitized by Google

*rus. 15. in princip. ff de furt.* Hujuſq; ratio hic in textu aſſignatur illa: quod expediat Creditori, pignori potius incumbere, quàm in perſonam agere; hoc eſt, utilius ſit creditori, pignus ipſũ tenere, quàm actione debitum perſequi: ſi quidem plus cautionis in re ſit, quàm in perſona. L. *plus cautionis. 25. ff. de reg. jur.* Quin & creditor non ſolùm adverſus extraneum furem, ſed adverſus ipſum etiam debitorem, pignus ſurripientem, actionem furti habet, *hoc §. in fin. & d.* L. *itaq; 12. §. 2. ff de furt.* Sed tamen hoc intereſt, quod ſi quid pœnæ nomine ipſe debitor præſtet, debito non imputetur: quanquam ſi alii fures præſtiterint, debito imputaretur. L. *ſi in pignore. 22. in princip. ff. de pignor. action.*

*§. Item ſi fullo. 15.*

Secundum exemplum, quo etiam non domino, furti actio conceditur, eſt de fullone & ſarcinatore. His namque furti actio competit ob veſtimenta, quæ certâ mercede polienda ac ſarcienda acceperunt, furto amiſſa: dummodo ſolvendo ſint. Tunc etenim ipſorum intereſt: cùm à domino actione locati ad veſtimenta reſtituenda conve-

*Fulloni & ſarcinatori ob veſtimenta furto amiſſa.*

niri queant. L. *itaq;* 12. *in princ.* & *L. fullo.* 90 *ff. de furt.* Tertium exemplum eſt de bonæ fidei emptore, qui ſcilicet rem à non domino, quem dominum exiſtimavit, emit. Huic enim, quamvis nec ipſe dominus ſit, actio furti competit omninò, id eſt, ſive ſolvendo ſit, ſive non ſit ſolvendo, *hoc §. noſtro, v. ſed & bonæ fidei, &c.* Ratio manifeſta eſt; quoniam ipſius intereſt, rem ſibi non eſſe ſurreptam: tum quod precio ſuo, quo rem comparavit, carere cogitur: tum quod per uſucapionem dominium acquirere poſſet, *notante Dn. D. Rumelino exercitat.* 17. *ad Inſtitut. th.* 8. *lit. d.*

*Bonæ fidei emptori.*

§. *Quæ de fullone.* 16.

Quartum & ultimum exemplum, hoc titulo propoſitum, quo furti actio etiam non domino tribuitur, eſt de commodatario. Nam & hujus intereſt, rem commodatam eſſe ſalvam: cum commodator de leviſſima quoque culpa teneatur. *§. item is cui.* 2. *ſupr. quib. mod. re contrah. obligat.* Aſt hodie ex conſtitutione Imp. Juſtiniani commodator electionem habet, vel commodati actionem inſtituendi adverſus commodatarium, vel furti actionem movendi adverſus furem. Si verò al-

*Commodatario.*

teru-

terutram earum ſciens elegerit, aut jam ſuum ſit conſecutus, ab alia penitus excluditur. *L. ult. C. de furt. & hoc §. noſtro.*

§. *Sed is apud quem.* 17.

Hoc loco indicat Imperator; quod contra furem rei depoſitæ ſolus dominus, non verò depoſitarius furti actione experiri queat: ex hac ratione: quia depoſitarii nihil intereſt, rem depoſitam ſalvam eſſe: cùm ob rem furto amiſſam ipſe non teneatur. Siquidem dolum (cui latam culpam æquiparari liquet ex L. *quod Neratius.* 32. *ff. depoſ.*) tantùm præſtat, non culpam aut cuſtodiam. §. *præterea.* 3 *ſupr. quib. mod. re contrah. oblig.* L. *eum qui.* 14. §. *is autem.* 3. *ff. de furt.*

*Non depoſitario.*

§. *In ſumma ſciendum.* 18.

Cùm furtum ex affectu furandi conſiſtat, *hoc* §. *&* L. *verum eſt.* 39 *ff. de furt.* ubi Ulpianus reſpondit: non factum, ſed cauſam faciendi ſpectari. Cauſa autē faciendi in furto ſit avaritia, hæcque in teneram impuberis ætatem ferè non cadat: inde conſequens eſt, adverſus impuberem niſi pubertati ſit proximus, adeoque doli capax, furti actionem non concedi. L. *impuberem.* 23. *ff. de furt.* L. *pupillum* 111. *ff. de reg. jur.* Cæ-

*Non contra impuberem.*

retum quis in delictis proximus pubertati ſit dicendus, judicis arbitrio atque prudentiæ committitur; nec tam facile ac in Contractibus, definitur. *arg.* L. 1. *ff. de jur. delib.* In omnibus quippe pœnalibus judiciis & ætati & imprudentiæ ſuccurritur. L. *ferè in omnibus.* 108. *ff. de reg. jur.*

§. *Furti* 19. *& ult.*

Pro furto manifeſto competit actio furti ad pœnam quadrupli meram Dico *meram*: quia iſta actio non datur ad rem ipſam furto ablatam repetendam, *hoc §. noſtro.* Pro furto non manifeſto competit actio furti ad pœnam dupli, §. *pœna.* 5. *ſupr. h. t.* L. *ſi pro fure.* 7. §. 1. *ff. de Condict. furtiv.* Porrò furti actio differt à rei vindicatione & condictione furtiva primùm in eo, quòd hæ ſint rei perſecutoriæ, illa pœnalis, *per hunc §. noſtrum.* Deinde quod hæ concedantur domino duntaxat: illa ei, cujus intereſt, licet dominus non ſit, §. *furti autem.* 13. *ſupr. h. tit.* Denique quod hæ competant etiam contra heredem furis: illa cum pœnalis ſit, non item. §. *non autem* 1. *infr. de perpet. & tempor. act. d.* L. *ſi pro fure.* 7. §. 2. *ff. de condict. furtiv.*

*Differentia inter actionem furti, rei Vindic. & Condictionem furtivam*

De

Digitized by Google

# De Vi Bonorum Raptorum.

## Tit. II.

### *Ad Princip. Tit.*

SEcunda ſpecies delicti privati eſt *rapina bonorum*, non ſacrorum, quia tunc foret ſacrilegium; nec perſonarum, quia eſſet plagium vel raptus. In eo autem rapina & furtum conveniunt: quòd utrobique res auferatur dolo & quod utrobique detur actio ei, cujus intereſt, §. ult. infr. h. t. Differunt potiſſimum in eo: quòd rapina fit, quando res aliena contrectatur palàm & violenter: furtum verò fit, quando res aliena contrectatur clàm & latenter. Deinde in eo, quòd raptor quidem tenetur etiam in quadruplum, ſed in quo res ipſa rapta continetur, ita ut pœna ſolum ſit tripli: aſt in furto quadruplum totum pœna eſt. Ideoque rapi-

*Rapina bonorum.*

*Ejus differentia à furto.*

na mitius puniri videtur quàm furtum. Sed contra raptorem ſunt & aliæ pœnæ conſtitutæ, de quibus infr. tit. de public. judic. & latius hic interpretes.

§. *Ita tamen.* 1.

*Rapiens rem ſuã.* Expediti juris eſt, in rapina dolum requiri. L. 2. in princ. & §. dolo autem. 2. & §. hâc actione. 18. cum §. ſeq. ff. h. t. Si quis ergò errore ductus rem ſuam, vel quam ſuam eſſe putabat, mobilem auferat, vel immobilem propria auctoritate invadat: excuſatur quidem à rapina, quæ requirit dolum, à quo omnis error excuſat: incurrit tamen in pœnam aliam. Quia ſi ea res fuerit auferentis, vel aliquod in ea jus, id perdit: ſi aliena res fuerit, illam reſtituit, & ejuſdem æſtimationem. hoc §. & L. ſi quis in tantam 7. C. und. vi.

§. *Sane in hac.* 2.

*Actio vi bonorum raptorum cui competat.* Hoc §. explicat Imper. Juſtinianus, cuinam actio vi bonorum raptorum competat: & ait, eam competere non tantum domino, ſed etiam (exemplo actionis furti, de qua in §. furti autem actio. 13 & ſeqq. ſupra tit. proximo) omni ei cujus intereſt, rem per vim non auferri: velut Conductori, commodatario, Creditori, depoſitario (ſi in re depo-

depoſita culpam quoque promiſerit. L. 2. §. & generaliter. 23. & §. ſeq. h. t.) bonæ fidei poſſeſſori, uſum fructum vel quid aliud juris in re vi erepta habenti. d. L. 2. §. in hac actione. 22 ff. eod.

---

# De Lege Aquilia.

## Tit. III.

### *Ad Princip. Tit.*

TErtia ſpecies delicti privati, eſt *damnum injuriâ* datum. Eſt autem damnum hic nihil aliud, quam rei corruptio ſeu deſtructio Ex hoc delicto oritur actio, quæ dicitur damni injuriæ ſive injuriâ, id eſt, per injuriam ſive culpam dati: quæ & actio Legis Aquiliæ, utpote ab Aquilio tribuno plebis introducta appellitatur. L. 1. L. *[illegible]etſi. 5. §. 1. & 2. ff. ad L. Aquil.* Cæterum iſtius Legis Aquiliæ olim tria fuerunt capita. Duo exponuntur hoc titulo; primum & tertium: ſecundum verò jam pridem eſt abolitũ, *Damnũ quid.*



Digitized by Google

tanquam ſub ali s ſatis comprehenſum. L. *ſi ſervus*. 27. §. *hujus* 4. *ff. eod.* Primo Legis Aquiliæ capite cavetur: ut ſi quis alienum hominem, alienamve quadrupedem, quæ pecudum numero ſit, (id eſt, quæ gregarim habeatur & paſcatur, ut ſunt equi, muli, aſini, oves, boves, capræ & ſues, *hoc princip.* & L. 2 §. 2. *ff. h. t.* L. *legatis ſervis*. 65. § *pecoribus*. 4. & L. *ſervis legatis*. 81. §. 2. *ff. de legat.* 3.) injuriâ occiderit, in tantum damnetur, quanti ea res in eo anno plurimi fuerit. *d. l.* 2. & L. *ait Lex*. 21. *ff. h. t.*

*Legis Aquiliæ caput* 1.

§. *Injuria autem*. 1.

Quandoquidem hoc delictum dicitur damnum injuria ſeu injuriæ: idcircò Imperator hîc explicat, quid ſit injuria occidere: & ait, injuriâ occidere intelligi illum, qui nullo jure occidit. Injuriam quippe hic accipere nos oportet, non quemadmodum circa injuriarum actionem, contumeliam quandam: ſed quod non jure ſeu contra jus, hoc eſt, dolo vel culpâ aliquâ, etiā leviſſima factum eſt. L. *ſed etſi*. 5. §. L. *qui occidit* 30. § *in hoc qu* q. 3. L *in* L. *Aquilia* 44. *ff. h. t.* Itaque ſi furioſus, infans, impubes, quadrupes, itemq; res inanimatæ, ut regula, damnum dederint: hæc actio ex Lege Aquilia non

*Injuria quid.*

com-

Digitized by Google

competit: quia injuriæ non ſunt capaces. *d. L. ſed etſi. 5. §. 2. ff. eod.* L. 1. §. *ait prætor. 3 ff. ſi quadrup. pauper. fec. ſſ. dicat.*

§. *Itaque qui latronem* 2.

Exempla duo proponit Imperator, quibus contingit, ut nullus dolus, & nulla culpa in damno dato interveniat, ſicque ab hoc delicto quiſpiam abſolvatur. Et primum quidem exemplum eſt in eo, qui latronem vel quemcunque alium aggreſſorem, ad ſui defenſionem occidit: cùm alia ratione periculum effugere non poſſet. Is etenim hac legis Aquiliæ actione minimè tenebitur. Nam quod quiſque ob tutelam ſui corporis fecerit, jure feciſſe exiſtimatur. *Damnũ ex defenſione.* L. *ut vim. 3 ff de juſt. & jur.* L. 1. §. *vim vi. 23 ff. de vi & vi arm.* L. *ſcientiam. 45.* §. *qui cum aliter. 4 ff. h. t.*

§. *Ac ne is quidem.* 3.

Alterum exemplum, quo quiſpiam ab hoc delicto abſolvitur, eſt in eo qui caſu fortuito occidit, damnumve dedit. *Ex caſu fortuito.* Caſus quippe fortuitus, humanâ diligentiâ prævideri non poteſt. L. *quæ fortuitis. 6. C. de pignor. action.* Sed illud intelligendum eſt, niſi culpa caſum præceſſerit. Nam ſi cujus culpa aliqua etiam leviſſima argui poſſit; in pœnam

Legis Aquiliæ incidit. *L. in Lege Aquilia 44. ff. h. t.* Æque enim ex culpa atq; ex dolo, hâc lege quiſque tenetur, *ut hic in verſ. nam alioqui non minus. &c.* Ubi notanda eſt hyſterologia ſeu ordo inverſus, Jureconſultis aliiſque Latinis auctoribus uſitatus. L. *Iuris gentium. 7. §. pactorum. 8. ff. de pact.* L. *quo naufragium. 3. §. Labeo. 2 ff. de incendio, ruin. naufrag.* L. *3. §. ſi emancipatus. 5. ff. de bonor. poſſeſſ. contr. tab. L. non perpetui. 22. C. Theodoſ. de ſuſceptor. tit. 6. Lib. 12. Cujac.* L. *3. Obſerv. cap. 5. in fin.*

§. *Itaq; ſi quis. 4.*

Quod dixerat modo Juſtinianus; caſum quo citra ullam culpam damnum ſit datum, eſſe extra pœnam legis Aquiliæ: id jam exemplis, quibus poſtmodum & alia adduntur, declarat. *Ex exercitatione.* Primum eſt in exercitatione & luſu jaculorũ, quo ſervus alienus fortè tranſiens trajicitur & occiditur. Hic diſtinctio adhibenda eſt, tam reſpectu loci quàm reſpectu perſonæ. Nam aut miles ſe iſthoc luſu exercet, aut paganus. Et paganus quidem indiſtinctè culpæ reus eſt, ubicunque jaculis luſerit: cum ab hoc exercitio, quod militibus tantum convenit, abſtinere omninò

nò debuerit. Aſt in milite ſubdiſtinguitur. Aut enim in loco conſueto jaculatur, ſive bombardâ ſe exerceat: aut in alio loco inſolito. Illo caſu nulla ejus culpa intelligitur: hoc verò caſu ne miles quidem culpâ vacare videtur. *hoc §.* & L. *item ſi obſtetrix. 9. §. ult. cum* L. *ſeq. ff. h. t.*

*§. Item ſi putator. 5.*

Secundum exemplum eſt in putatore, qui præcidit & dejecit de arbore ramum, cujus caſu homo forte prætériens occiſus fuit, aut læſus. Ille interdum culpâ caret: ac proinde Lege Aquilia conveniri nequit: interdum culpæ reus eſt, & propterea Lege Aquilia tenetur. Etenim ſi ſecundum viam ſive publicam ſive privatam, quâ tamen vulgo iter fit, dejecerit, neque proclamaverit, quò prætériens ſibi cavere poſſet; culpæ reus eſt; ideoque pœnæ Legis Aquiliæ ſubjacet. Si verò in locum privatum, per quem non erat via publica, ramo dejecto occiſus læſuſve homo fuerit: tunc etiamſi non proclamaverit putator, quia tamen non fas erat, illâc iter facere, idcircò putator culpâ caret & conſequenter à pœna Legis Aquiliæ abſolvitur. *hoc §. & L. ſi putator. 31. ff. h. t.*

*Ex putatione arborum.*

*§. Præ-*

Digitized by Google

§. *Præterea ſi Medicus.* 6.

*Ex ſectione hominis.*

Tertium exemplum eſt in Medico ſive Chirurgo, qui hominem vel ſervum ſecuit, & curam ejus poſtea dereliquit; ſi ſervus exinde mortuus fuerit: Lege Aquilia pro damno reſarciendo tenebitur. Intelligitur namque culpa Medici ſive Chirurgi ſervus occiſus; cum ſuſceptam ſervi curationẽ deſerere, reverâ nihil ſit aliud, quàm mortis cauſam adferre. L. *qua actione*. 7. §. *ult.* & *Leg. ſeq. in princ. ff. h. t.* L. *nihil intereſt*. 15. *ff. ad L. Cornel. de ſicar.*

§. *Imperitia quoq;*. 7.

*Ex Imperitia.*

Quoniam imperitiæ peccatum culpæ attribuitur. L. *imperitia* 132. *ff. de regulis jur.* reus hujus delicti reputatur, qui ex imperitia hominem quadrupedemve occiderit, prout exemplo Medici malè & imperitè hominẽ curantis hic oſtenditur. Ubi tamen ſciendum; non ſtatim quamvis imperitiam ex Lege Aquilia puniri, ſed illius tantùm qui ſe alicujus artis peritum profeſſus eſt; *arg.* L. *ſi quis domum*. 9. §. *Celſus*. 5. *in fin. ff. locat.*

§. *Impetu quoq;* 8.

*Ex impetu mularum.*

Quartum exemplum eſt in mulione; cujus ſi ob imperitiam vel infirmitatem ſervus alienus impetu mularum, quæ reti-

retinere ille non potuit, obtritus atque oppreſſus interiit, hac legis Aquiliæ actione meritò tenetur. Nemo enim affectare debet, in quo vel intelligit vel intelligere debet infirmitatem ſuam alii periculoſam ſeu damnoſam futuram, L. *idem juris*. 8. §. 1. *ff. h. t.* Sic quoque is qui equi, quo vehitur, impetum propter imperitiam aut imbecillitatem ſuam retinere non poteſt, damnum præſtare cogitur. *hoc §. in fine. & d. L idem juris.* 8. § 1. *in fin. ff. eod.* Plura ejuſcemodi exempla peti poterunt *ex L. qua actione*. 7. § 2. L. *quemadmodum*. 29. §. *ſi navis*. 2. *cum §§. ſeqq. & Legibus ſimilib. ff. h. t.* *Equorū.*

### §. *His autem verbis*. 9.

Explicat hoc loco Imperator illa Legis Aquiliæ verba: *quanti id in eo anno plurimi fuit*: quæ verba & ſupra initio hujus tituli ſunt relata. Ex iis autem intelligitur, hanc actionem dari non tantùm ad ſimplicem ſive veram ipſius damni æſtimationem, ſed aliquando longè majorem nempe ad eam, quanti toto eo anno, quo homo alienus, alienave pecus eſt occiſa, plurimi fuerit. Exempli gratia: occidiſti ſervum meum: qui tempore occiſionis erat luſcus, claudus aut mancus, aut nequam *Actio Legis Aquiliæ ad quantum detur.*

quam: ideoque vix decem florenis æſtimabatur: cùm anno proximo ante mortem fuiſſet ſanus & integer & frugi: ac proinde centum florenis valeret. Hoc caſu condemnaberis mihi in centum, id eſt, in tale precium, quanti ſervus meus eo anno plurimi fuit, valens centum florenis. *L. ait Lex.* 21. §. 1. L. *inde Neratius*. 23. §. *idem Iulianus*. 3. & L. *ita vulneratus*. 51. §. 2. *ff. h. t.* Hinc colligit Juſtinianus hic in verſ. qua ratione &c. hanc Legis Aquiliæ actionem eſſe pœnalem ſive potius mixtam: cum non ad hoc ſolum damnum teneatur reus, quod revera eſt domino datum: ſed ad aliquid etiam amplius. Cui conſequens eſt; hanc actionem, etiamſi heredi, cæteriſque ſucceſſoribus detur; tamen in heredem vel cæteros non dari, cùm ſit pœnalis: niſi forte ex damno locupletior heres factus ſit; aut lis cum defuncto conteſtata fuerit, *hoc §. noſtro. in fine d. L. inde Neratius*. 23. §. *hanc actionem*. 8. *ff. eod.* L. *omnes pœnales*. 26 & L. *conſtitutionibus*. 33. *ff. de obligat & action.* §. 1. *infra de perpet. & tempor. action.*

§. Illu

§. *Illud non ex verbis.* 10.

Quanquam Legis Aquiliæ verba ſolummodo de æſtimatione rei peremptæ fuerunt concepta: ex æquitatis tamen interpretatione & Legis ſententia, omne damnum quod occaſione ſervi vel pecudis peremptæ illatum eſt, actione Legis Aquiliæ reſarciri debet. *hoc* §. *&* L. *ait Lex.* 21. §. *ult. cum duabus* LL. *ſeqq. ff. h. t.* Veluti ſi ſervus heres inſtitutus, antequam hereditatem adeat, occidatur, etiam hereditatis amiſſæ ratio habenda eſt. *L. inde Neratius*, 23. *in pr. ff. eod.* Item ſi quis unum ex iis, qui uſum conjuncti, non ſinguli præſtabant, occiderit: non tantum perempti corporis æſtimatio facienda eſt; ſed & ejus ratio haberi debet, quo cætera corpora depretiata ſunt. *hoc* §. *in fin.* *&* L. *proinde.* 22. §. 1. *ff. h. t.*

§. *Liberum autem.* 11.

*Concurſus actionis* L. *Aquiliæ & Corneliæ.*

Agit hic Imper. Juſtinianus, de concurſu judicii privati ex Lege Aquilia, cum judicio publico ſive crimine capitali ex Lege Cornelia. Nam ſi quis dolo ſervum meum occidat: & hac actione Legis Aquiliæ, quæ privata eſt, mihi tenetur, & actione ſive potius accuſatione ex Lege Cornelia de ſicariis: quod

Digitized by Google

quod eſt publicum judicium. Et liberum mihi eſt, utrâ actione contra occiſorem prius experiri velim per hunc §. noſtrum neque ſi lege Aquiliâ egero, præjudicium fit legi Corneliæ. L. *inde Neratius*.23. §. *ſi dolo*. 9. *ff. h. t.* L. *un*. C. *quand. Civil. act. Crimin. præjud. &c.*

§. *Caput ſecundum*. 12.

*Legis Aquiliæ caput II.*

Secundum Legis Aquiliæ caput jam tum Ulpiani tempore adeo in uſu eſſe deſiit. L. *ſi ſervus*. 27. §. *hujus Legis*. 4. *ff. h. t.* ut etiam ignoretur, quid eo comprehenſum fuerit. Tametſi Cujacius exiſtimet, illud eſſe de quavis utilitate interverſa, *in paratitl. ff. & C. ad L. Aquil.*

§. *Capite tertio*. 13.

Refert hoc loci Juſtinianus tertii Legis Aquiliæ capitis ſummam ſive argumentum. Verba autem ejus habentur *in* L. *ſi ſervus*. 27. §. *tertio autem capite*. 5. *ff. h. t.* Differentia porrò inter caput primum & tertium hæc maximè notanda eſt: quod in capite primo agitur de ſervo & pecude occiſis: in tertio verò tractatur de ſervo & pecude vulneratis: item de quadrupede, quæ non eſt pecudum numero, ut fera vel cane, & aliis quibuslibet animalibus, ut avibus & piſci-

*Legis Aquiliæ Caput III.*

Digitized by Google

piſcibus, non tam occiſis quàm vulneratis: & denique de rebus quibuſcunq; inanimatis, ut vino, oleo, frumento, ſegete, ſuppellectile, libris &c fractis, uſtis, corruptis, & generaliter ruptis, *hoc* §. *&* *d. L. ſi ſervus.* 27. §. *ſi quis igitur.* 6. *&* §§. *ſeqq. h. t.*

*§. Illud palam eſt.* 14.

Quemadmodum ex primo Legis Aquiliæ Capite tum demum de ſervo & pecude occiſis agitur, cũ injuriâ, id eſt, dolo vel culpâ fuerint interempti: ita quoq; ex hoc capite tertio de vulneratis ſervis ac pecudibus, deque peremptis ac deterioratis cæteris rebus tam animatis, quàm inanimatis ita demum agitur, cum dolo culpave alterius peremptæ aut corruptæ fuerint. *hoc* § *&* L. *qui occidit.* 30. §. *in hac quoq; actione* 3. *ff. h. t.* Quanquam ratione perſecutionis magna ſit differentia illius actionis, quæ ex primo, & ejus quæ ex hoc tertio capite datur. Etenim ex primo capite agitur ad eam æſtimationem, qua res intra proximum annum unquam plurimi fuerit: ex hoc autem tertio capite petitur æſtimatio, quâ res intra proximos triginta dies plurimi fuit,

*hoc*

quod eſt publicum judicium. Et liberum mihi eſt, utrâ actione contra occiſorem prius experiri velim per hunc §. noſtrum neque ſi lege Aquiliâ egero, præjudicium fit legi Corneliæ. L. *inde Neratius*.23. §. *ſi dolo*. 9. *ff. h. t.* L. *un*. C. *quand. Civil. act. Crimin. præjud. &c.*

§. *Caput ſecundum*. 12.

*Legis Aquiliæ caput II.*

Secundum Legis Aquiliæ caput jam tum Ulpiani tempore adeo in uſu eſſe deſiit. L. *ſi ſervus*. 27. §. *hujus Legis*. 4. *ff. h. t.* ut etiam ignoretur, quid eo comprehenſum fuerit. Tametſi Cujacius exiſtimet, illud eſſe de quavis utilitate interverſa, *in paratitl. ff. & C. ad L. Aquil.*

§. *Capite tertio*. 13.

Refert hoc loci Juſtinianus tertii Legis Aquiliæ capitis ſummam ſive argumentum. Verba autem ejus habentur in L. *ſi ſervus*. 27. §. *tertio autem capite*. 5. *ff. h. t.* Differentia porrò inter caput primum & tertium hæc maximè notanda eſt: quod in capite primo agitur de ſervo & pecude occiſis: in tertio verò tractatur de ſervo & pecude vulneratis: item de quadrupede, quæ non eſt pecudum numero, ut fera vel cane, & aliis quibuslibet animalibus, ut avibus & piſci-

*Legis Aquiliæ Caput III.*

Digitized by Google

piſcibus, non tam occiſis quàm vulneratis: & denique de rebus quibuſcunq; inanimatis, ut vino, oleo, frumento, ſegete, ſuppellectile, libris &c fractis, uſtis, corruptis, & generaliter ruptis, *hoc* §. *& d. L. ſi ſervus.* 27. §. *ſi quis igitur.* 6. *&* §§. *ſeqq. h. t.*

### §. *Illud palam eſt.* 14.

Quemadmodum ex primo Legis Aquiliæ Capite tum demum de ſervo & pecude occiſis agitur, cũ injuriâ, id eſt, dolo vel culpâ fuerint interempti: ita quoq; ex hoc capite tertio de vulneratis ſervis ac pecudibus, deque peremptis ac deterioratis cæteris rebus tam animatis, quàm inanimatis ita demum agitur, cum dolo culpave alterius peremptæ aut corruptæ fuerint. *hoc* § *&* L. *qui occidit.* 30. §. *in hac quoq; actione* 3. *ff. h. t.* Quanquam ratione perſecutionis magna ſit differentia illius actionis, quæ ex primo, & ejus quæ ex hoc tertio capite datur. Etenim ex primo capite agitur ad eam æſtimationem, qua res intra proximum annum unquam plurimi fuerit: ex hoc autem tertio capite petitur æſtimatio, quâ res intra proximos triginta dies plurimi fuit, *hoc*

*hoc §. noſtro, in fine & L. ſi ſervus. 27. §. tertio autem. 5. ff. eod. tit.*

§. *At nec plurimi.* 15.

Etſi in tertio Legis Aquiliæ capite vox *Plurimi*, adjecta ſive expreſſa non fuit, ut apparet ex L. *ſi ſervus. 27. §. tertio autem capite. 5. ibi, quanti ea res &c. ff. h. t.* tamen ea in primo capite poſita pro repetita cenſeri debet, *hoc §. noſtro, & L. quemadmodum 29. §. ult. ff. eod.* Quæ enim in præfationibus dicuntur; ea in ſequentibus repetita intelliguntur. L. *Titia. 134. § 1 ff. de Verb. obligat.*

§. *Cæterum. 16. & ult.*

*Actio triplex ex damno injuriâ dato.*

Ex damno injuriâ dato triplex oritur actio. I. Directa actio Legis Aquiliæ, quæ rectâ tam ex verbis quam ex ſententia Legis tum datur, quando corpori à corpore damnum datum eſt. L. *ſi ſervus. 27. §. ſi quis veſtimenta* 18. & §§. *ſeqq. ff. h. t. & hoc §. in princip.* II. Utilis actio Legis Aquiliæ: quæ ex ſola Legis mente tum competit, quando non corpore ſed alio modo damnum corpori datum eſt, *hoc § noſtro, verſ. ideoq; &c.* III. Actio in factum: cui locus eſt, quando non corpore damnum fuit datum, neq; corpus læſum, ſed alio modo alicui damnum contigit: ut ſi quis miſe-

miſericordiâ ductus, ſervum alienum compeditum ſolverit, ut fugeret, *hoc §. in fine.* L. *& eleganter.* 7. §. *item Labeo.* 7. *ff. de dol. mal.* Hancque actionem planè non deſcendere ex L. Aquilia, inde conſtat: quia ſi ex Lege Aquilia agi potuiſſet: ſubſidio Prætoris, hanc in factum actionem concedentis, opus non fuiſſet. L. *quia actionum.* 11. *ff. de præſcr. verb. &c.*

# De Injuriis.

## Tit. IV.

### *Ad Princip. Tit.*

QUarta & ultima delicti privati ſpecies, eſt *injuria*. Quæ à prioribus tribus ſpeciebus, furto nimirum, Rapina, & damno, in eo præcipuè differt, quòd hæc ad meram vindictam & honorem exiſtimationemque pertineat: illæ verò ad rem familiarem ſpectent, & in actionibus inde natis hoc agatur, ut damnum rei familiaris ſarciatur. *L. Prætor edixit.* 7. §. 1. *verſ.* at

*& in actione.* L. *item apud* Labeonem 15. §. *ſi quis ſervo.* 46 *ff. h. t.* L. 2. §. *emancipatus.* 4. *ff. de collat. bon.* Sicuti autem jus pluribus dicitur modis. *L. pen. & ult. ff. de juſt. & jur.* ita & oppoſita ei injuria plura habet ſignificata. Interdum enim generaliter accipitur, pro omni eo quod non jure fit *hic &* L. 1. *in pr. ff. h. t.* interdum ſpecialiter pro damno injuriâ dato, ut in Lege Aquilia; vel pro iniquitate & injuſtitia judicantis, de qua in princ. tit. ſeq. vel denique pro contumelia, à contemnendo dicta. In qua ſignificatione ſpeciali verbum *injuriæ* in præſenti titulo ſumitur: ac proinde non malè definitur injuria, quod ſit delictum, doloſo animo in alicujus contumeliam admiſſum. *arg.* L. 3. § 1. *d.* L. *item apud.* 15. §. *ſi quis ſervo.* 46. §. *item ſi liberum.* 48. *ff. h. t.* L. *qui ſervum.* 34. *in pr. ff. de obligat. & action.*

***Injuria ſignificata.***

***Definitio.***

§. *Injuria autem.* 1.

Ex hoc §. colligitur diviſio injuriæ in realem & verbalem. Realis perhibetur, quando manus inferuntur, aut alio quo facto injuria infligitur. Verbalis, quando convicium fit: idque vel verbis vel ſcripturâ, *h.* §. L. 1. §. 1.

***Diviſio in realem & verbalem.***

§ 1. L. *lex cornelia* 5 *in princ.* & §. *ſi quis librum*. 9. L. *ſed eſt quæſtionis*. 9. *in princ*. L. *injuriarum*. 13. §. *ult*. L. *item apud*. 15. *in princ.* & §. *convicium*. 3. *cum* §§. *ſeqq.* & *paſſim hoc t.* Exempla autem tam verbalis quàm realis injuriæ explanatiùs recenſuimus hîc in noſtris majoribus commentariis, jam dudum publicatis.

§. *Patitur autem*. 2.

*Injuria liberis uxorique facta*

Ob injuriam liberis, quos in poteſtate habemus, uxorive noſtræ factam, injuriarum actio nobis competit: quoniam ſpectat ad nos, & ad noſtram exiſtimationem injuriæ, quæ hic fit, qui vel poteſtati noſtræ vel affectui noſtro ſubjecti ſunt. L. 1. §. *item aut per ſemetipſum*. 3. *ff. h. t.* Cæterum injuriam viro factam, uxor perſequi non poteſt, ex hac ratione: quia defendi uxores à viris, non viros ab uxoribus, æquum eſt, *hoc* §. *noſtro, verſ. contra autem* & *L. 2. ff. eod.* Addit porro hic in fine Juſtinianus: ſocerum nurus nomine injuriarum exercere actionem poſſe, ſi modò filium in poteſtate habeat. Nurus ſi quidem, cum ejus vir in noſtra poteſtate eſt, affectui noſtro ſubjecta cenſetur, licet ipſa poteſtati noſtræ ſubjecta non ſit, *arg. d.* L. 1. §. 3. *ff. hoc tit.*



Digitized by Google

*& in actione.* L. *item apud* Labeonem 15. §. *ſi quis ſervo.* 46 *ff. h. t.* L. 2. §. *emancipatus.* 4. *ff. de collat. bon.* Sicuti autem jus pluribus dicitur modis. *L. pen. & ult. ff. de juſt. & jur.* ita & oppoſita ei injuria plura habet ſignificata. Interdum enim generaliter accipitur, pro omni eo quod non jure fit *hic &* L. 1. *in pr ff. h. t.* interdum ſpecialiter pro damno injuriâ dato, ut in Lege Aquilia; vel pro iniquitate & injuſtitia judicantis, de qua in princ. tit. ſeq. vel denique pro contumelia, à contemnendo dicta. In qua ſignificatione ſpeciali verbum *injuriæ* in præſenti titulo ſumitur: ac proinde non malè definitur injuria, quod ſit delictum, doloſo animo in alicujus contumeliam admiſſum. *arg.* L. 3. § 1. *d.* L. *item apud.* 15. §. *ſi quis ſervo.* 46. §. *item ſi liberum.* 48. *ff. h. t.* L. *qui ſervum.* 34. *in pr. ff. de obligat. & action.*

*Injuriæ ſignificata.*

*Definitio.*

§. *Injuria autem.* 1.

Ex hoc §. colligitur diviſio injuriæ in realem & verbalem. [illegible] hibetur, quando [illegible] aut alio qu[illegible] tur. V[illegible] id[illegible]

*Diviſio in realem & verbalem.*

§ 1. L. *lex cornelia 5 in princ.* & §. *ſi quis librum.* 9. L. *ſed eſt quæſtionis.* 9. *in princ.* L. *injuriarum.* 13. §. *ult.* L. *item apud.* 15. *in princ.* & §. *convicium.* 3. *cum* §§. *ſeqq.* & *paſſim hoc t.* Exempla autem tam verbalis quàm realis injuriæ explanatiùs recenſuimus hîc in noſtris majoribus commentariis, jam dudum publicatis.

§. *Patitur autem.* 2.

*Injuria liberis uxorique facta*

Ob injuriam liberis, quos in poteſtate habemus, uxorive noſtræ factam, injuriarum actio nobis competit: quoniam ſpectat ad nos, & ad noſtram exiſtimationem injuriæ, quæ hic fit, qui vel poteſtati noſtræ vel affectui noſtro ſubjecti ſunt. L. 1. §. *item aut perſemetipſum.* 3. *ff. h. t.* Cæterum injuriam viro factam, uxor perſequi non poteſt, ex hac ratione: quia defendi uxores à viris, non viros ab uxoribus, æquum eſt, *hoc* §. *noſtro, verſ. contra autem* & *L.* 2. *ff. eod.* Addit porro hic in fine Juſtinianus: ſocerum nurus nomine injuriarum exercere actionem [illegible]e, ſi modò filium in po[illegible] [illegible]rus ſi quidem, cum [illegible]teſtate eſt, affectui [illegible]etur, licet ipſa po[illegible] [illegible]cta non ſit, *arg. d.* L.

 §. *Ser-*

*& in actione.* L. *item apud* Labeonem 15. §. *ſi quis ſervo.* 46 *ff. h. t.* L. 2. §. *emancipatus.* 4. *ff. de collat. bon.* Sicuti autem jus pluribus dicitur modis. *L. pen. & ult. ff. de juſt. & jur.* ita & oppoſita ei injuria plura habet ſignificata. Interdum enim generaliter accipitur, pro omni eo quod non jure fit *hic &* L. 1. *in pr ff. h. t.* interdum ſpecialiter pro damno injuriâ dato, ut in Lege Aquilia; vel pro iniquitate & injuſtitia judicantis, de qua in princ. tit. ſeq. vel denique pro contumelia, à contemnendo dicta. In qua ſignificatione ſpeciali verbum *injuriæ* in præſenti titulo ſumitur: ac proinde non malè definitur injuria, quod ſit delictum, doloſo animo in alicujus contumeliam admiſſum. *arg.* L. 3. § 1. *d.* L. *item apud.* 15. §. *ſi quis ſervo.* 46. §. *item ſi liberum.* 48. *ff. h. t.* L. *qui ſervum.* 34. *in pr. ff. de obligat. & action.*

*Injuria ſignificata.*

*Definitio.*

§. *Injuria autem.* 1.

Ex hoc §. colligitur diviſio injuriæ in realem & verbalem. Realis perhibetur, quando manus inferuntur, aut alio quo facto injuria infligitur. Verbalis, quando convicium fit: idque vel verbis vel ſcripturâ, *h.* §. L. 1.

*Diviſio in realem & verbalem.*

§. 1.

§ 1. L. *lex cornelia* 5 *in princ.* & §. *ſi quis librum.* 9. L. *ſed eſt quæſtionis.* 9. *in princ.* L. *injuriarum.* 13. §. *ult.* L. *item apud.* 15. *in princ.* & §. *convicium.* 3. *cum* §§. *ſeqq.* & *paſſim hoc t.* Exempla autem tam verbalis quàm realis injuriæ explanatiùs recenſuimus hîc in noſtris majoribus commentariis, jam dudum publicatis.

§. *Patitur autem.* 2.

*Injuria liberis uxorique facta*

Ob injuriam liberis, quos in poteſtate habemus, uxorive noſtræ factam, injuriarum actio nobis competit: quoniam ſpectat ad nos, & ad noſtram exiſtimationem injuriæ, quæ hic fit, qui vel poteſtati noſtræ vel affectui noſtro ſubjecti ſunt. L. 1. §. *item aut perſemetipſum.* 3. *ff. h. t.* Cæterum injuriam viro factam, uxor perſequi non poteſt, ex hac ratione: quia defendi uxores à viris, non viros ab uxoribus, æquum eſt, *hoc* §. *noſtro, verſ. contra autem* & *L.* 2. *ff. eod.* Addit porro hic in fine Juſtinianus: ſocerum nurus nomine injuriarum exercere actionem poſſe, ſi modò filium in poteſtate habeat. Nurus ſi quidem, cum ejus vir in noſtra poteſtate eſt, affectui noſtro ſubjecta cenſetur, licet ipſa poteſtati noſtræ ſubjecta non ſit, *arg. d.* L. 1. §. 3. *ff. hoc tit.*



Digitized by Google

*& in actione.* L. *item apud Labeonem* 15. §. *ſi quis ſervo.* 46 *ff. h. t.* L. 2. §. *emancipatus.* 4. *ff. de collat. bon.* Sicuti autem jus pluribus dicitur modis. *L. pen. & ult. ff. de juſt. & jur.* ita & oppoſita ei injuria plura habet ſignificata. Interdum enim generaliter accipitur, pro omni eo quod non jure fit *hic &* L. 1. *in pr ff. h. t.* interdum ſpecialiter pro damno injuriâ dato, ut in Lege Aquilia; vel pro iniquitate & injuſtitia judicantis, de qua in princ. tit. ſeq. vel denique pro contumelia, à contemnendo dicta. In qua ſignificatione ſpeciali verbum *injuriæ* in præſenti titulo ſumitur: ac proinde non malè definitur injuria, quod ſit delictum, doloſo animo in alicujus contumeliam admiſſum. *arg.* L. 3. § 1. *d.* L. *item apud.* 15. §. *ſi quis ſervo.* 46. §. *item ſi liberum.* 48. *ff. h. t.* L. *qui ſervum.* 34. *in pr. ff. de obligat. & action.*

*Injuria ſignificata.*

*Definitio.*

§. *Injuria autem.* I.

Ex hoc §. colligitur diviſio injuriæ in realem & verbalem. Realis perhibetur, quando manus inferuntur, aut alio quo facto injuria infligitur. Verbalis, quando convicium fit: idque vel verbis vel ſcripturâ, *h.* §. L. 1. §. 1.

*Diviſio in realem & verbalem.*

*§ 1. L. lex cornelia 5 in princ. & §. ſi quis librum. 9. L. ſed eſt quæſtionis. 9. in princ.* L. *injuriarum. 13. §. ult.* L. *item apud. 15. in princ. & §. convicium. 3. cum §§. ſeqq. & paſſim hoc t.* Exempla autem tam verbalis quàm realis injuriæ explanatiùs recenſuimus hîc in noſtris majoribus commentariis, jam dudum publicatis.

*§. Patitur autem. 2.*

*Injuria liberis uxorique facta*

Ob injuriam liberis, quos in poteſtate habemus, uxorive noſtræ factam, injuriarum actio nobis competit: quoniam ſpectat ad nos, & ad noſtram exiſtimationem injuriæ, quæ hic fit, qui vel poteſtati noſtræ vel affectui noſtro ſubjecti ſunt. L. 1. *§. item aut per ſemetipſum. 3. ff. h. t.* Cæterum injuriam viro factam, uxor perſequi non poteſt, ex hac ratione: quia defendi uxores à viris, non viros ab uxoribus, æquum eſt, *hoc §. noſtro, verſ. contra autem & L. 2. ff. eod.* Addit porro hic in fine Juſtinianus: ſocerum nurus nomine injuriarum exercere actionem poſſe, ſi modò filium in poteſtate habeat. Nurus ſiquidem, cum ejus vir in noſtra poteſtate eſt, affectui noſtro ſubjecta cenſetur, licet ipſa poteſtati noſtræ ſubjecta non ſit, *arg. d.* L. 1. *§. 3. ff. hoc tit.*

§ 1. L. *lex cornelia 5 in princ.* & §. *ſi quis librum.* 9. L. *ſed eſt quæſtionis.* 9. *in princ.* L. *injuriarum.* 13. §. *ult.* L. *item apud.* 15. *in princ.* & §. *convicium.* 3. *cum* §§. *ſeqq.* & *paſſim hoc t.* Exempla autem tam verbalis quàm realis injuriæ explanatiùs recenſuimus hîc in noſtris majoribus commentariis, jam dudum publicatis.

§. *Patitur autem.* 2.

Ob injuriam liberis, quos in poteſtate habemus, uxorive noſtræ factam, injuriarum actio nobis competit: quoniam ſpectat ad nos, & ad noſtram exiſtimationem injuriæ, quæ hic fit, qui vel poteſtati noſtræ vel affectui noſtro ſubjecti ſunt. L. 1. §. *item aut per ſemetipſum.* 3. *ff. h. t.* Cæterum injuriam viro factam, uxor perſequi non poteſt, ex hac ratione: quia defendi uxores à viris, non viros ab uxoribus, æquum eſt, *hoc* §. *noſtro, verſ. contra autem* & *L.* 2. *ff. eod.* Addit porro hic in fine Juſtinianus: ſocerum nurus nomine injuriarum exercere actionem poſſe, ſi modò filium in poteſtate habeat. Nurus ſi quidem, cum ejus vir in noſtra poteſtate eſt, affectui noſtro ſubjecta cenſetur, licet ipſa poteſtati noſtræ ſubjecta non ſit, *arg. d.* L. 1. §. 3. *ff. hoc tit.*

*Injuria liberis uxorique facta*

*Servis noſtris.*

§. *ſervis autem.* 3.

Dominus per ſervum ita demum injuriam pati videtur, ſi ea atrox ſit, & quæ apertè ad contumeliam & ſugillationem domini reſpiciat, *hoc* §. *&* L. *item apud.* 15. §. *ſi quis ſic fecit.* 35 *ff. h. t.* Hinc diſcrimen inter liberos & ſervos relucet: quod injuria illis facta, etiam leviſſima, vindicatur: his verò facta, non vindicatur, niſi gravis & atrox *hoc* §. *&* *L. dominum.* 8. *C. eod.* Quæ autem atrox ſit injuria, explicatur in §. *atrox.* 9. *infr. h. t.*

*Servo communi.*

§ *Si communi* 4.

Ait Imp. Juſtinianus: ob injuriam ſervo communi factam, ſingulis dominis, non pro parte dominica, ſed pro ipſorum dignitate & perſona actionem concedi. Verbi gratiâ: graviùs & pluris æſtimabitur injuria nobili aut ſenatori facta, quàm plebejo, etiamſi ex æquis partibus ſint domini. Hujusq; rei ſumma æquitas eſt: ſi quidem ubi major eſt dignitas, ibi major & atrocior injuria infertur. Ideoq; iniquum eſſet: in dominis duobus impari dignitate præditis, parem injuriam interpretari. Quod ſi alterius injuria major eſt (cùm fortè is ſit Senator alter privatus,) majorem quoque ſtatui pœnam opor-

oportet: quandoquidem ſecundùm gradum dignitatis, vitæque honeſtatem, injuriæ æſtimatio creſcit, aut minuitur. *§. pœna autem.7. verſ. nam ſecundùm infra hoc tit.* Quid porrò *ad L. ſed non eſſe æquum.16 ff. eod.* quæ huic §. è diametro repugnare videtur, reſpondendum ſit, expoſuimus in publicis noſtris commentariis, *num.7. & ſeqq.*

*§ Quod ſi uſusfructus.5.*

In hoc §. docet Imperator: ſi ſervo in quo alius uſum fructum, alius nudam proprietatem habet, injuria facta ſit; actionem injuriarum non uſufructuario, ſed proprietario accommodari. *L. item apud.15. §. ſi uſumfructum.47. ff. h.t.* Ejusq; hæc redditur ratio: quia hujusmodi quæſtùs extraordinarius, qui ex ſervi verberatione contingit, uſusfructus appellatione non recte comprehenditur: ſed is tantùm qui uſitatus eſt, & ex ſervis communiter percipi ſolet, *tradente Hotomanno hîc enunciat.6.* *Servo uſufructuario.*

*§. Sed ſi libero.6.*

Si libero homini vel ſervo alieno, bona fide poſſeſſis injuria illata ſit: poſſeſſori tum demum actio injuriarum conceditur, ſi in ipſius contumeliam injuria facta ſit: alioqui vel ipſe *Hominibus bona fide poſſeſſis*

liber homo ſolus, vel dominus experiri poterit, *hoc §. noſtro*, *& l. item apud. 15 §. penult. ff. h. t.* Et hodie quoq; propter injuriam famulis noſtris vel aliis liberis perſonis, quarum opera utimur, illatam, ſi ea in noſtram contumeliam facta ſit, actionem injuriarum nobis attribui, pleriq; concludunt, argumento dictorum jurium. Vide Ludovicum Gilhauſen *in tr. de Injur. & famoſ. libell. §. 7. num. 17.* & Proſper. Farinac. *lib. prax. Crimin. quaeſt. 105. num. 277. & ſeqq. cum ibidem allegat.*

*§. Poena autem. 7.*

*Injuriarum poena*

Quemadmodum varia ſunt injuriarum genera, ita etiam poena earum eſt varia. Nam alia olim infligebatur ex Lege XII. tabb. alia ex moribus & edicto prætoris, alia ex lege cornelia de injuriis; alia ex, ſenatus conſulto: alia deniq; ex conſtitutione principum *L. lex Cornelia. 7. in princ. §. pen. & ult. cum L. ſeq. ff. h. t. hoc §. noſtro & §. ſeq. L. un. C. de famoſ. lib.* Et quid. poena injuriarum ex L. XII. Tabb. ob membrum quidem ruptum erat talio: h. e. ei qui alteri membrũ ruperat, & corruperat, viciſſim membrum rumpatur. Tanta ſi quidem injuria duodecim tabularum tempore pro-

pter

pter rei nummariæ penuriam, non poterat pecunia æſtimari. Cæterum ob os fractum, pecuniaria pœna & quidem levior exigebatur. Eaq; de re videatur A. Gellius, *L.20. Noct. Attic. cap.1.* Verùm hiſce pœnis in deſuetudinem abeuntibus, Prætor permiſit ei, qui injuriam paſſus eſt, eam æſtimare; ut judex reum vel tanti condemnet, quanti injuriam paſſus æſtimaverit: vel minoris, prout ipſi viſum fuerit; habitâ ſcilicet ratione non ſolùm dignitatis perſonæ, cui injuria facta eſt, ſed etiam ipſius injuriæ, quæ admiſſa dicitur, hoc §. noſtro. *L. item apud.15.§. itaq; Prætor.44.ff. h.t.* Semper enim gravius punitur injuria atrox, quàm levis, *L. aut facta.16.ff. de poen.*

### §. *Sed* Lex *Cornelia*.8.

Lex Cornelia tribus ex cauſis actionem injuriarum indulſit. Quod quis pulſatus, verberatusve, domusve ejus vi introita ſit, *hoc §. & L. Lex Cornelia. 7. in princ. ff. h. t.* Domus autem nomine etiam conducta, precaria & hoſpitalis intelligitur, *hoc §. in fin. & d. L. 5 §. domum. 2 ff. de aleator.* L. 1. §. 2. *ff. de agnoſcend. & alend. liber.* L. *qui domum. 8. in fin. L. nec in ea. 22. §. 2.*

*ff. ad Leg. Iul. de adult. cum concordantibus.*

§. *Atrox.* 9.

*Injuria atrox quæ.*

Explicat hoc loco Imperator, quænam injuria atrox cenſeatur: & ait, eam æſtimandam eſſe ex circumſtantiis ſeu attributionibus facti, loci, perſonę, temporis, membri vulnerati, *&c. L. prætor edixit.* 7. §. *ult. & duab.* LL. *ſeqq. ff. h. t.* quibus in locis hæc latius declarantur. Æſtimationem autem injuriarum non ad tempus quo judicatur, ſed ad tempus quo alicui injuria facta eſt, referri debere, Javolenus J. C. reſpondit. *L. injuriarum.* 22 *ff eod.*

§. *In ſumma ſciendum* 10.

*Actio injuriarum civilis.*

In hoc §. aſſeritur, injuriarum nomine non modò civiliter, verum etiam criminaliter agi poſſe. *L. Prætor.* 7. §. *poſſe.* 6. L. *conſtitutionibus.* 37 §. 1 *ff. h. t. L. ult. C. eod.* Civiliter injuriarum agitur, quando actor injuriam ſibi illatam æſtimat eamque æſtimationem ſibi adjudicari petit; ſalvâ tamen taxatione judicis, *hoc §. noſtro, verſ. & ſi quidem civiliter &c.* Criminaliter vero agitur, quãdo actor omiſſa æſtimatoriâ injuriarum actione, injuriantem arbitrio judicis puniri poſtulat; non autem ſibi quicquam præ-

*Criminalis*

præſtari jubet *per hunc §. noſtrum, verſ. ſin autem Criminaliter.* L. *ult. ibique Dd. ff. h. t.* Ubi & illud notandum quod perſonæ illuſtres, & quæ ſuper eas ſunt, etiam per procuratores actionem injuriarum criminaliter vel perſequi vel ſuſcipere poſſint, *hoc §. noſtro, in fine, & d. l. ult.* C. *eod.* Quod cum ob ſpecialem dignitatis favorem (ne videlicet ejuſmodi perſonæ illuſtres infamiam aliquam incurrant) receptum ſit: ab aliis in exemplum trahi non poterit. L. *jus ſingulare.* 16. *ff. de Legib.* L. 1. §. *ult. ff. de conſtitut. princip.*

§. *Non ſolum.* II.

Actione injuriarum conveniri poteſt non ſolum is, qui ipſe intulit injuriam: ſed etiam ille, qui eam inferri doloſe procuravit ſive mandavit *hoc §. &* L. *non ſolum.* 11. *in princ. & § ſi mandatu.* 3. *&* L. *item apud* 15. §. *feciſſe.* 8 *ff. h t.* Quia quod quis per alium facit, ipſe feciſſe intelligitur *L. hoc jure.* 152. §. 1. *&* L *is damnum.* 169. *ff. de Reg. jur. c. qui facit.* 72. *de reg. jur. in.* 6. Et alias generaliter in delictis mandator & mandatarius, qui exequitur delictum, pari poenâ tenentur. L. 1. §. *dejeciſſe.* 12. L. 3. §. *cum procurator.* 11. *ff de vi & vi arm.* L. *nihil intereſt.* 15. *ff. ad Leg. Cornel. de*

*Injuriarum mandator.*

 *ſicar.*

Digitized by Google

*ſicar.* L.1.§.1.*ff de eo per quem factum erit, quo min. quis in judic. ſiſt L. non id eo.5.ff. de accuſat.*

§. *Hæc actio.*12. *& ult.*

*Injuriarum diſſimulatio.*

In hoc §. agitur de injuriarum actione tollenda: & unus eam tollendi modus exponitur, nempe diſſimulatio. Per hanc autem injuriarum actio aboletur, ſi injuriam paſſus eam dereliquerit, id eſt, non ſtatim ad animum revocaverit, & de injuria proteſtatus fuerit: adeo quidem ut eam remiſſam, poſtea, ut maxime velit, ex poenitentia recolere non poſſit, *hoc* §. *&* L. *non ſolum* 11 §.1 *ff. h. t.* *L. ſi tibi.* 31. *ibi, habita conteſtatione.* C *de liberat. cauſ.* Ratio cur tam facile hæc actio extinguatur, illa eſt: quia (ut ait Ulpianus *in d.* L. *non ſolũ.*11.§.1 *ff h. t.*) ex bono & æquo eſt: hoc eſt, quia ex gratia ſeu favore indulgetur ei, qui injuriam paſſus eſt, ut ſcilicet is poſſit honorem ſuum vindicare ac tueri. Cum igitur meram vindictam iſthæc actio contineat, non autem rei familiaris aut pecuniæ perſecutionem. L. *prætor edixit.*7. §.1. *verſ. at in actione. ff. h. t. L* 2. § *emancipatus.*4. *ff. de collat. bonor.* ac proinde odioſa ſit; facile extinguitur atque aboletur. *arg. L. cum quidam.* 19. *ff. de lib. & poſthum. hered. inſtit.* Cur autem ſemel diſſi-

diſſimulatione extincta reſuſcitari nequeat, ratio hæc redditur: quia turpe & adverſus humanitatem communemque pacem eſſet, repeti, quod ſemel condonatum eſt. Atqui diſſimulationem eſſe quandam injuriæ condonationem in conceſſo eſt. Tametſi hoc generaliter de omni actione tradatur; quod ea ſemel extincta non reſuſcitetur. *L qui res ſuas 98. §. aream. 8 ff. de ſolutionib.* Cæterum de reliquis tollendi injurias modis, latius tractavimus in majoribus noſtris commentariis *ad hunc §. num 3. & multis ſeqq.*

---

# De obligationibus, quæ quaſi ex delicto naſcuntur.

## Tit. V.

### *Ad Princip. Tit.*

Pertractatis hucuſque obligationibus, quæ ex contractibus & quaſi contractibus, itemque ex delictis oriuntur: nunc cōvenienter ſequuntur obliga-



Digitized by Google

ligationes, quæ quaſi ex delictis naſcuntur. Sunt autem quaſi delicta, quæ non ex dolo ſed culpa aliqua proficiſcuntur. Cujuſmodi ſunt imprudentia malè judicantis: dejectio vel effuſio ex cænaculo facta: & damnum aut furtum in navi, caupona ſeu ſtabulo datum. L. *ſi quis abſentis.5.§.ſi judex litem.* 4. *& §§.ſeqq.ff. de oblig. & act.* Prima igitur quaſi delicti ſpecies eſt *imprudentia malè judicantis.* Nam judex, ſi per imprudentiam pronunciat iniquam ſententiam; litem ſuam facere intelligitur. *L fin.ff.de var. & extr. Cognit.* non quidem ut in veram litis æſtimationem condemnetur: ſicuti fit in L.*filiusfamilias.15.§.1.ff. de judic.* ubi ex vero delicto tenetur: ſed ſaltem in tantum, quantum ea de re æquum religioni alterius judicis videbitur: cum hoc caſu duntaxat quaſi ex maleficio obligetur. *d* L.*ſi quis abſentis.5.§.ſi judex. 4.ff.de obligat. & action.*

*Quaſi delicta quæ.*

*Imprudentia malè judicantis.*

§. *Item is, ex cujus.* 1.

Secunda quaſi delicti ſpecies perhibetur, *dejectio vel effuſio ex cænaculo facta.* Etenim ipſe inhabitans tenetur propter ejuſmodi dejectionem vel effuſionem quaſi ex maleficio: & quidem in duplum, ſi fuerit damnum datum: in quin-

*Dejectio vel Effuſio ex cænaculo.*

qua-

quaginta verò aureos, ſi liber homo occiſus ſit: ſin vivat, eique tantum nocitum ſit, quantum judex arbitrabitur, præſtare debet. At qui eâ parte, quâ vulgò iter fieri ſolet, quid poſitum ſuſpenſumve habet, cujus caſus nocere poſſit, decem aureis mulctatur, *hoc § noſtro.* L. *ſi quis abſentis.* 5. §. *is quoque.* 5. *ff. de obligat. & action.* L. 1. *in princ. & paſſim. ff. de his qui effud. vel dejec.*

*Poſitum aut ſuſpenſum nocivum.*

## §. *Si filius familias.* 2.

*Ex cænaculo filii familias.*

Ob dejectum effuſumve quid ex cænaculo filii familias ſeorſim à patre habitantis, non in patrem ſed in ipſum filium ex quaſi delicto actio in factum conceditur, *hoc §. &* L. 1. *§. ſi filius familias.* 7. *ff. de his qui dejec. vel effud.* L. *ſi quis abſentis.* 5. *§. is quoq;* 5. *verſ. ideo ſi filius familias. ff. de oblig. & action.* De peculio autem actio in patrem non datur: quia illa actio ob eas obligationes inſtituta eſt, quæ ex contractu naſcuntur. Leg. ſi quis. 44. ff. de pecul. Hoc autem caſu non ex contractu ſed quaſi ex maleficio filius familias obligatus eſt. *d. Leg.* 1. *§. ſi filius familias.* 7. *ff. de his qui*

 effu-

*Ex ejus male judicantis imperitia.*

*effuder. vel dejec.* Sed & ſi filius familias judex per imperitiam male judicando litem ſuam fecerit, id eſt, damnum partis læſæ in ſe tranſtulerit, non pater ſed ipſe filius, actione in factum tenebitur, *hoc §. noſtro in fine.* ex eadem ratione, quam modo attulimus: quia ſcilicet tum demum actio de peculio in patrem datur, cum filius ex contractu obligatus eſt. Hic autem filius ex quaſi delicto tenetur; quippe qui temere & imperitè ſententiam pronunciat. *Hotomann. hic enunciat. 3.*

§. *Item exercitor* 3. & *ult.*

*Damnum aut furtũ in navi, caupona, ſtabulo.*

Tertia ſpecies quaſi delicti eſt, *damnũ aut furtum in navi, caupona, ſeu ſtabulo datum.* Eoque delicto hæ tres perſonæ tantum obligantur, nautæ, caupones, ſtabularii; non quidem ſi ipſi furtum faciant, aut damnum alicui dent in navi, vel caupona, vel ſtabulo (tum enim non ex quaſi ſed ex vero maleficio tenerentur) ſed ſi quis ex illis damnum dedit, quorum opera in exercendâ navi, cauponâ aut ſtabulo utuntur, *hoc §.* & *L. ſi quis abſentis. 5. §. ult. ff. de obligat. & action L. 1. & paſſim ff naut caupon. ſtabul. &c.* Poena autem hujus quaſi delicti eſt dupli, ut in actione furti: eſtq; in poteſtate ejus, cui res ſurrepta eſt, utrum velit

eum

cum exercitore, prætorio jure, an cum fure actione furti, quæ civilis eſt, experiri, l. ..tin. §. 2. & 3. ff. ſurt. adverſ. naut. caup. ſtabul. &c. Porro ſuperioribus caſibus omnibus in factum actio conceditur: & ex omnibus heredi quidem actio, cum ſit de damno pecuniario, competit; in heredem verò, cum etiam poenalis ſit, non datur. *hoc §. noſtro, in fin.* L. 1. §. *hæc in factum*. 4. L. *ſi vero plures* 5. §. *hæc autem actio*. 5. & §. *ult. ff. de his qui effud. vel dejec.* L. 3. §. 1. & L. *ult.* §. 1. & *ult. ff. naut. caupon ſtabul. &c.* Poenalibus autem actionibus idcircò heredes non tenentur: quia non æquum eſt illis ex defuncti delicto minime locupletatos, poenam ab eo debitam ſuſtinere. §. *non autem*. 1. *infr. de perpet. & temporal. action.* L. *ſicuti* 38. & L. *totiens* 44. *ff. de reg. jur.* L. *unic. ex delict defunctor. in quantum hered. conveniantur, cum ſimilibus*.

---

# De Actionibus.

## Tit. VI.

### *Ad Princip. Tit.*

Finiuntur hic duo juris objecta; perſona nimirum petens, & res quæ petitur, nempe dominium & obligatio:

*ſtipulantem*.83.§.1.*ff. de verb. oblig.* Dixi denique, *quod ſibi debetur*. Quod verbum (*debetur*) latè ac generaliter intelligendum eſt: ut omnem omninò actionis cauſam, adeoque actionem tam in rem quam in perſonam comprehendat. *d.* L. *pecuniæ*.178 §. *fin. ff. de verb. ſignif* *Cæterum accuratiorem hujus definitionis explicationem petere licet ex majoribus noſtris jam dudum editis commentariis.*

§. *Omnium*. I.

Poſt definitionem Imp. Juſtinianus, naturam, propria, cauſas, & effectus ſingularum actionum velut in tabella exhibiturus diviſiones principales quatuor proponit: quarum prima & ſumma, hoc eſt, præcipua à materia ſeu objecto ſumpta, eſt illa: qua omnis actio dicitur eſſe vel in rem, vel in perſonam. L. *actionũ*. 25. *in princ*. & L. *actionis verbo*. 37. *ff. de obligat*. & *act*. L. *pecuniæ verbum*. 178 §. *actionis*. 2. *ff. de verb. ſignif*. Actio in perſonam (quæ & perſonalis aliquando vocatur. *L*. 3. § *eſt autem perſonalis*. 3. *ff. ad exhib*. Leg. *quamvis*. 8. *ff. de pignor*. & *hypoth*. Leg. *his ſolis*. 7. *verſ. actionem vero*. C. *de revoc. donat*. L. *ult*. C. *de obligat*. & *action*.) eſt: qua quis agit adverſus eũ, qui ſibi obligatus eſt, vel ex contractu, vel quaſi

*Diviſio.*

*Actio perſonalis.*

quaſi ex contractu, vel ex delicto, vel quaſi ex delicto, addendum aliquid vel faciendum, *hoc §. noſtro, & d. L. actionum. 5. in princ. verſ. in perſonam. ff. de obligat. & action.* Actio in rem (quæ vulgò realis appellatur) eſt: quâ dominus rem ſuam ab alio poſſeſſam, ſibi reſtitui poſtulat, *hoc §. noſtro: verſ. aut cum eo agit, & L. in rem. 23. ff. de rei vindic. d. l. actionum. 25. in princ. ff. de obligat. & action.*

*Realis.*

§. Æquè. 2.

Actio in rem non ſolùm de rebus corporalibus, ſed etiam incorporalibus, puta de ſervitutibus competit. Hæ ſi quidem ſi ab aliquo quaſi poſſideantur, ſive detineantur, & in earum quaſi poſſeſſione nos turbemur aut impediamur: parata eſt nobis ad iſtarum defenſionem duplex actio, confeſſoria nimirum & negatoria. Illâ quiſpiam ſervitutem ſibi deberi intendit: hâc verò contrà aliquis negat, adverſario ſervitutem competere, *hoc §. & L. 2. ff. ſi ſervit. vendic. L. penult. §. ult. ff. ſi uſus fr. pet.* Cæterùm in rebus corporalibus actio nō datur poſſeſſori: ſed ſemper competit non poſſidenti adverſus poſſidentem: ſi quidem poſſeſſori ſufficit, quod rem poſſideat. *L. 1. §. interd. autem. 6. ff. uti poſſidet.* Et ſi vero in rerum corporalium vindicatione

*Confeſſoria & negatoria.*

acto-

actor nõ poſſideat: tamen non uno caſu (ſic n. *in fine hujus §* legendum eſt: cùm ita Tribonian. vel ſcripſerit; vel ſi maximè non ita ſcripſerit; ſcribere tamen ita vel ſimilitervoluit: ſed inter ſcribendum ob nimiam feſtinationem ei particula (*non*) excidit) ipſe poſſeſſor actoris partes ſuſtinet. Actoris namq; partes cùm ſint probare; eos utiq; multis caſib. reus ſuſtinere intelligitur, videl. in exceptionibus, in judiciis & interdictis duplicibus, it. cùm ſponte onus probandi in ſe recipit, & aliis infinitis, qui paſſim in pandectis occurrunt. L. 2 *ff. de except.* L. *circa cum* 14. L. *verius* 21. *&* L. *in exceptionib.* 19. *in tr ff. de prob.* L. *ſi priusquam.* 15. *in fin. ff. de oper. nov. nunciat.* L. 2. §. *in familia.* 3 *&* L. *inter coheredes.* 44. §. *qui familiæ.* 4. *ff. fam. erciſc* L. *in trib.* 13. *ff. de judic* §. *tertia diviſio.* 7 *infr. de Interdict.* L *ſive poſſidentis.* 16. C. *de probat. & ſimilibus.*

§. *Sed iſta.* 3.

Omnes actiones tam in rem, quam in perſonam ex cauſa efficiente ſubdividuntur in Civiles & Prætorias, *hoc* §. *&* L. *actionum.* 25. § *ult ff. de obligat. & act.* Civiles actiones ſunt quæ ex jure civili, id eſt. Legibus, Senatus conſultis, plebiſcitis, Principum conſtitut. Pruden-

*Actionum ſubdiviſio*

*Civiles.*

tum

autem actione quis rem juſta ex cauſa ſive juſto ex titulo ſibi à non domino traditam, & rurſus ante completam uſucapionem caſu amiſſam à poſſidente recuperat, tanquam uſucaptam. *L.1. & tot.tit ff.de Public in rem. act.* Cæterum hanc actionem vero domino non concedi *ex hoc § noſtro* conſtat, ubi expreſſũ eſt, hanc actionem ei dari, qui ne dum dominus rei effectus eſt. Ergo qui dominus jam eſt effectus, hac actione experiri non poteſt. Quamvis de jure Canonico, & hodierna conſuetudine aliud receptum ſit. *c. Abbate. 3. verſ. porrò. de ſent. & re judic. in 6. ibiq; gloſſ. ſingularis ſup. verbo dominii, Gail. L. 1. Obſ. 62. n. 4.*

*§. Rurſus ex diverſo 5.*

Secunda in rem actio Prætoria, eaq; ſuperiori contraria, dicitur *Reſciſſoria*: quæ ab eodem Prætore Publicio conſtituta videtur. *arg. L. in honorariis. 35 ff. de oblig. & action.* Hac autem actione is, cujus ex juſta cauſa abſẽtis res interim uſucaptæ ſunt, reſciſſâ uſucapione, res iſtas tanquã non uſucaptas, ſibi reſtitui petit. Et datur tã abſenti contra præſẽtem *L. 2. & 18 ſeqq. ff. ex qu. cauſ. maj.* quã præſenti contra abſentem. *L. 21. & ſeqq. ff. eod. & §. noſtro.* Etſi v. 2. tantùm hic referuntur abſentiæ cauſæ, ob quas hæc actio competit, abſentia ſc. reipublicæ *Reſciſſoria*

cauſa, & captivitas; tamen exploratum, certumque eſt, ob alias etiam juſtas & probabiles abſentię cauſas illam concedendam eſſe: veluti, ſi quis fuerit in ſervitute; aut abfuerit ſtudiorum cauſâ; & ſi qua alia juſta abſentiæ cauſa judici probabitur. L. *ſuccurritur. 9. cum duab. ſeqq. & L. ſed et ſi. 26. §. ult. & duab.* LL. *ſeqq. ff. ex quib. cauſ. maj. &c.* Et hoc eſt, quod Imperator ſubjicit hic *in verſ. quod genus actionis, &c.*

*§. Item ſi quis in fraudem. 6.*

**Pauliana.** Tertia actio in rem Prætoria, vulgò *Pauliana* appellata hic exponitur: qua creditor, cujus in fraudem debitor rem ſuam alicui tradidit, reſciſſâ traditione petit illam rem, quaſi non traditam. *L. 1. & tot. tit. ff. quæ in fraud. credit. &c.* Cęterũ hæc actio locum non habet, quando debitor in fraudem creditorum hereditatem vel legatum repudiavit. Iſthæc ſi quidem actio pertinet ad deminuentes patrimonium ſuum: non ad eos qui ita agunt, ne locupletentur, auctore Ulpiano *in L. quod autem. 6. in princ. & § ſed & illud. 4. ff. d. t.* Quid verò dicendum, ſi rem accipiens debitoris alienantis fraudem ignoraverit? Et eum hac actione teneri, niſi rem ex titulo oneroſo acceperit, verius eſt, *d.* L. *quod autem. 6. §. ſimili*

*mili modo,* 11. & L. *ult.* §. 1. *ff. quæ in fraud. credit. fact. ſunt, &c.*

§. *Item Serviana.* 7.

Quarta actio in rem Prætoria, eſt *Serviana* à Servio Prætore ſic denominata: quæ datur domino prædii ruſtici ad perſequendas res coloni ſibi expreſſè pro mercede oppignoratas. Nam inducta & illata in prædium ruſticum non ita tacitè pro mercede obligantur, ſicut inducta atque illata in prædium urbanũ. L. *eo jure.* 4 *ff. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tac. contrah.* L. *item quia* 4. *ff. de pact.* L. *ſi non inducta.* 5. *C. in quib. cauſ. pign. tac. contrah.* Quæ vero huic ſententiæ adverſari videntur, latè & nervoſe diluimus in major. noſtris commentariis *ad hunc* §. *n.* 4. & *ſeqq.* Quinta deniq; actio in rem Prætoria, eſt quaſi Serviana ſeu hypothecaria; quæ (ad exemplum Servianæ ex ſententia Prætoris Servii introducta) competit reliquis omnibus creditoribus ad perſequendas res ſibi vel expreſſe vel tacitè à debitoribus oppignoratas, *hoc* §. & L. *pignoris.* 17. *ff. de pignor. & hypoth.* Etſi porro propriè loquendo pignus & hypotheca à ſe invicem ita diſtingui ſoleant, ut pignus, à pugno dictum, tantũ in illis rebus conſiſtat, quæ de manu in manũ creditori dari poſſint; hypotheca verò

*Serviana.*

*Quaſi Serviana.*

*cun.* actio de peculio, & actio de jurejurando: de quibus ordine diſpiciendum. De his verò, puta pœnalibus, dicetur *in §. poenales. 12. infr. h. t.*

§ *De conſtituta. 9.*

Prima in perſonam actio Prætoria, eſt de conſtituta pecunia: quæ datur ei, cui conſtitutum eſt, adverſus eum, qui conſtituit. Conſtituere autē pecuniam hoc loci nihil aliud eſt, quam denuò paciſci & ſine ſtipulatione ſtatuere ac convenire de pecunia, certo tempore (quod ſi non exprimatur, tacitè ſubintelligitur non minus quàm decendium. *L. promiſſor. 21. §. 1. ff. de conſtit. pecun.*) ſolvenda, quæ antea ex aliqua obligatione debita erat, ſive ab ipſo conſtituente, ſive ab alio, *hoc §. & L. 1. & tot. tit. de conſtit. pecun.* Cæterùm omnes res ex priori aliqua obligatione debitæ, rectè in conſtitutum deducuntur, non tantū fungibiles, quæ pondere, numero, & menſura conſiſtunt, ut olim: ſed etiam quælibet aliæ, ſive mobiles ſive immobiles ſive ſeſe moventes, ſive inſtrumenta vel quæcunq; res, quas in ſtipulationem homines deducere ſolent. *L. 2. C. de conſtit. pecun.* Etenim pecuniæ verbum ſimpliciter prolatum non modo rem mobilem ſignificat, verùm etiā rem im-

*De conſtituta pecunia.*

immobilem, & jura & univerſitatem *L. pecunia.* 4. *L. ſæpe.* 53. *L. pecunia.* 178. *&* *L. pecunia.* 222 *ff. de verb ſignif.* L. 1. § *ult.* *&* L. 2. *ff. de calumniat.*

§. *Actiones autem.* 10.

*De peculio* Secunda actio Prætoria in perſonam, *eſt de peculio*: qua tribuitur ei, qui contraxit cum iis qui ſunt in aliena poteſtate, ignorante eo, in cujus poteſtate ſunt, adverſus eum, in cujus ſunt poteſtate: ut quatenus in peculio eſt, eatenus actori ſatisfaciat. L 1. *&* *tot. tit. ff. de pecul.* Quod autem in hoc §. dicitur; patrem dominumve ex contractu filii vel ſervi peculiotenus, id eſt, uſque ad quantitatem peculii, teneri ex eo intelligere promptum eſt; patrem ex maleficiis & quaſi maleficiis filiorum nunquam obſtringi, niſi locupletior ſit factus, § *ult. infr. de noxal. action.* L. *licet.* 3. §. *ex furtiva.* 12. *ff. de pecul.* Cæterũ ex delictis ſervorũ dominus quidem tenetur: verum non actione de peculio, ſed actione duntaxat noxali; hoc eſt, ea ex qua dominus condemnatus non ideo neceſſe habet, damnũ de ſuo aut de peculio ſervi præſtare, ſed ſervum noxæ dedendo liberatur. §. 1. *infr. de noxal. action.* *&* L. 1. *ff. eod.*

*Ex jurejurando.* §. *Item ſi quis poſtulante.* 11.

Tertia actio in perſonam Prætoria eſ

eſt actio in factum ex jurejurando: quæ accommodatur ei, qui poſtulante adverſario juravit, ſibi deberi pecuniam petitam, *h. §. noſtro, &* L. *nam poſteaquã* 9. §. *ult. ff. de jurej.* Tali autem præſtito juramento, non amplius quæritur, an debeatur: quia ſcilicet id ſatis jurejurando ſit probatum, *hoc §. in fin.* L. *non erit.* 5. §. *dato jurejur.* 2. *ff. d. t.* Unde liquet, adverſarium, qui jurantem pejeraſſe aſſerit, audiendum non eſſe: ſicq; cauſam jurejurando delato & præſtito vel remiſſo deciſam, non perjurii prætextu eſſe retractandam. L. 1. C. *de reb. credit.* L. *quod ſi deferente.* 21. *ff. de dol.* *Ex jure jurando.*

§. *Pœnales quoq;.* 12.

Tractavit adhuc Imper. de actionibus in perſonam prætoriis, quæ ex contractu ſive negotio quodam oriuntur, & quæ rei perſecutoriæ ſunt: deinceps dicturus eſt de pœnalibus actionibus in perſonam prætoriis, ex aliquo delicto natis. Quarum tres tantum hic afferuntur, cum tamen ſint innumerabiles, ut hyperbolicè loqui videtur Juſtinianus hic in fine. Prima ex iſtis tribus eſt *actio de albo corrupto*: quæ competit cuique ex populo, adverſus eum, qui dolo malo corrupit id, quod Juriſdictionis perpetuæ cauſa propoſitum eſt, in quin- *Actiones pœnales prætoriæ in perſonam.* *De albo corrupto.*

immobilem, & jura & univerſitatem *L. pecunia. 4. L. ſæpe. 53. L. pecunia. 178. & L. pecuniæ. 222 ff. de verb. ſignif. L. 1. § ult. & L. 2. ff. de calumniat.*

§. *Actiones autem.* 10.

*De peculio* Secunda actio Prætoria in perſonam, *eſt de peculio*: quæ tribuitur ei, qui contraxit cum iis qui ſunt in aliena poteſtate, ignorante eo, in cujus poteſtate ſunt, adverſus eum, in cujus ſunt poteſtate: ut quatenus in peculio eſt, eatenus actori ſatisfaciat. L. 1. & *tot. tit. ff. de pecul.* Quod autem in hoc §. dicitur: patrem dominumve ex contractu filii vel ſervi peculiotenus, id eſt, uſque ad quantitatem peculii, teneri: ex eo intelligere promptum eſt; patrem ex maleficiis & quaſi maleficiis filiorum nunquam obſtringi, niſi locupletior ſit factus, § *ult. infr. de noxal. action. L. licet. 3. § ex furtiva. 12. ff. de pecul.* Cæterũ ex delictis ſervorũ dominus quidem tenetur: verum non actione de peculio, ſed actione duntaxat noxali; hoc eſt, ea ex qua dominus condemnatus non ideo neceſſe habet, damnũ de ſuo aut de peculio ſervi præſtare, ſed ſervum noxæ dedendo liberatur. § 1. *infr. de noxal. action. & L. 1. ff. eod.*

*Ex jurejurando.* §. *Item ſi quis poſtulante.* 11.

Tertia actio in perſonam Prætoria, eſt

eſt actio in factum ex jurejurando: quæ accommodatur ei, qui poſtulante adverſario juravit, ſibi deberi pecuniam petitam, *h. §. noſtro, &* L. *nam poſteaquã* 9. §. *ult. ff. de jurej.* Tali autem præſtito juramento, non amplius quæritur, an debeatur: quia ſcilicet id ſatis jurejurando ſit probatum, *hoc §. in fin.* L. *non erit.* 5. §. *dato jurejur.* 2. *ff. d. t.* Unde liquet, adverſarium, qui jurantem pejeraſſe aſſerit, audiendum non eſſe: ſicq; cauſam jurejurando delato & præſtito vel remiſſo deciſam, non perjurii prætextu eſſe retractandam. L. 1. *C. de reb. credit.* L. *quod ſi deferente.* 21. *ff. de dol.*

*Ex jurejurando.*

§. *Pœnales quoq;.* 12.

Tractavit adhuc Imper. de actionibus in perſonam prætoriis, quæ ex contractu ſive negotio quodam oriuntur, & quæ rei perſecutoriæ ſunt: deinceps dicturus eſt de pœnalibus actionibus in perſonam prætoriis, ex aliquo delicto natis. Quarum tres tantum hic afferuntur, cum tamen ſint innumerabiles, ut hyperbolicè loqui videtur Juſtinianus hic in fine. Prima ex iſtis tribus eſt *actio de albo corrupto*: quæ competit cuique ex populo, adverſus eum, qui dolo malò corrupit id, quod Juriſdictionis perpetuæ cauſa propoſitum eſt, in quin-

*Actiones pœnales prætoriæ in perſonam.*

*De albo corrupto.*



Digitized by Google

immobilem,& jura & univerſitatem *L. pecunia.* 4. L. *ſæpe.* 53. L. *pecunia.* 178. & L. *pecunia.* 222 *ff. de verb ſignif.* L. 1. § *ult.* & L. 2. *ff. de calumniat.*

§. *Actiones autem.* 10.

**De peculio** Secunda actio Prætoria in perſonam, *eſt de peculio*: quæ tribuitur ei, qui contraxit cum iis qui ſunt in aliena poteſtate, ignorante eo, in cujus poteſtate ſunt, adverſus eum, in cujus ſunt poteſtate: ut quatenus in peculio eſt, eatenus actori ſatisfaciat. L. 1. & *tot. tit. ff de pecul.* Quod autem in hoc §. dicitur: patrem dominumve ex contractu filii vel ſervi peculiotenus, id eſt, uſque ad quantitatem peculii, teneri: ex eo intelligere promptum eſt; patrem ex maleficiis & quaſi maleficiis filiorum nunquam obſtringi, niſi locupletior ſit factus, § *ult. infr. de noxal. action.* L. *licet.* 3. § *ex furtiva.* 12. *ff. de pecul.* Cæterũ ex delictis ſervorũ dominus quidem tenetur: verum non actione de peculio, ſed actione duntaxat noxali; hoc eſt, ea ex qua dominus condemnatus non ideo neceſſe habet, damnũ de ſuo aut de peculio ſervi præſtare, ſed ſervum noxæ dedendo liberatur. §. 1. *infr. de noxal. action.* & L. 1. *ff. eod.*

**Ex jurejurando.** §. *Item ſi quis poſtulante.* 11.

Tertia actio in perſonam Prætoria, eſt

eſt actio in factum ex jurejurando: quæ accommodatur ei, qui poſtulante adverſario juravit, ſibi deberi pecuniam petitam, *h. §. noſtro*, & L. *nam poſteaquã* 9. §. *ult. ff. de jurej.* Tali autem præſtito juramento, non amplius quæritur, an debeatur: quia ſcilicet id ſatis jurejurando ſit probatum, *hoc §. in fin.* L. *non erit.* 5. §. *dato jurejur.* 2. *ff. d. t.* Unde liquet, adverſarium, qui jurantem pejeraſſe aſſerit, audiendum non eſſe: ſicq; cauſam jurejurando delato & præſtito vel remiſſo deciſam, non perjurii prætextu eſſe retractandam. L. 1. C. *de reb. credit.* L. *quod ſi deferente.* 21. *ff. de dol.*

*Ex jure jurando.*

§. *Pœnales quoq;.* 12.

Tractavit adhuc Imper. de actionibus in perſonam prætoriis, quæ ex contractu ſive negotio quodam oriuntur, & quæ rei perſecutoriæ ſunt: deinceps dicturus eſt de pœnalibus actionibus in perſonam prætoriis, ex aliquo delicto natis. Quarum tres tantum hic afferuntur, cum tamen ſint innumerabiles, ut hyperbolicè loqui videtur Juſtinianus hic in fine. Prima ex iſtis tribus eſt *actio de albo corrupto*: quæ competit cuique ex populo, adverſus eum, qui dolo malō corrupit id, quod Juriſdictionis perpetuæ cauſa propoſitum eſt, in quin-

*Actiones pœnales prætoriæ in perſonam.*

*De albo corrupto.*

immobilem, & jura & univerſitatem *L. pecuniæ. 4.* L. *ſæpe. 53.* L. *pecuniæ. 178. &* L. *pecuniæ. 222 ff. de verb. ſignif.* L. 1. § *ult. &* L. 2. *ff. de calumniat.*

*§. Actiones autem. 10.*

**De peculio** Secunda actio Prætoria in perſonam, *eſt de peculio*: quæ tribuitur ei, qui contraxit cum iis qui ſunt in aliena poteſtate, ignorante eo, in cujus poteſtate ſunt, adverſus eum, in cujus ſunt poteſtate: ut quatenus in peculio eſt, eatenus actori ſatisfaciat. L. 1. *& tot. tit. ff. de pecul.* Quod autem in hoc §. dicitur: patrem dominumve ex contractu filii vel ſervi peculiotenus, id eſt, uſque ad quantitatem peculii, teneri: ex eo intelligere promptum eſt; patrem ex maleficiis & quaſi maleficiis filiorum nunquam obſtringi, niſi locupletior ſit factus. § *ult. infr. de noxal. action.* L. *licet. 3.* § *ex furtiva. 12. ff. de pecul.* Cæterũ ex delictis ſervorũ dominus quidem tenetur: verum non actione de peculio, ſed actione duntaxat noxali; hoc eſt, ea ex qua dominus condemnatus non ideo neceſſe habet, damnũ de ſuo aut de peculio ſervi præſtare, ſed ſervum noxæ dedendo liberatur. §. 1. *infr. de noxal. action. &* L. 1. *ff. eod.*

**Ex jurejurando.** *§. Item ſi quis poſtulante. 11.*

Tertia actio in perſonam Prætoria, eſt

eſt actio in factum ex jurejurando: quæ accommodatur ei, qui poſtulante adverſario juravit, ſibi deberi pecuniam petitam, *h. §. noſtro, &* L. *nam poſteaquã 9. §. ult. ff. de jurej.* Tali autem præſtito juramento, non amplius quæritur, an debeatur: quia ſcilicet id ſatis jurejurando ſit probatum, *hoc §. in fin.* L. *non erit. 5. §. dato jurejur. 2. ff. d. t.* Unde liquet, adverſarium, qui jurantem pejeraſſe aſſerit, audiendum non eſſe: ſicq; cauſam jurejurando delato & præſtito vel remiſſo deciſam, non perjurii prætextu eſſe retractandam. L. 1. C. *de reb. credit.* L. *quod ſi deferente. 21. ff. de dol.*

*Ex jurejurando.*

§. *Pœnales quoq;.* 12.

Tractavit adhuc Imper. de actionibus in perſonam prætoriis, quæ ex contractu ſive negotio quodam oriuntur, & quæ rei perſecutoriæ ſunt: deinceps dicturus eſt de pœnalibus actionibus in perſonam prætoriis, ex aliquo delicto natis. Quarum tres tantum hic afferuntur, cum tamen ſint innumerabiles, ut hyperbolicè loqui videtur Juſtinianus hic in fine. Prima ex iſtis tribus eſt *actio de albo corrupto*: quæ competit cuique ex populo, adverſus eum, qui dolo malo corrupit id, quod Juriſdictionis perpetuæ cauſa propoſitum eſt, in quin-

*Actiones pœnales prætoriæ in perſonam.*

*De albo corrupto.*

eſt actio in factum ex jurejurando: quæ accommodatur ei, qui poſtulante adverſario juravit, ſibi deberi pecuniam petitam, *h. §. noſtro, &* L. *nam poſteaquã* 9. §. *ult. ff. de jurej.* Tali autem præſtito juramento, non amplius quæritur, an debeatur: quia ſcilicet id ſatis jurejurando ſit probatum, *hoc §. in fin.* L. *non erit.* 5. §. *dato jurejur.* 2. *ff. d. t.* Unde liquet, adverſarium, qui jurantem pejeraſſe aſſerit, audiendum non eſſe: ſicq; cauſam jurejurando delato & præſtito vel remiſſo deciſam, non perjurii prætextu eſſe retractandam. L. 1. C. *de reb. credit.* L. *quod ſi deferente.* 21. *ff. de dol.*

*Ex jure jurando.*

§. *Pœnales quoq;* 12.

Tractavit adhuc Imper. de actionibus in perſonam prætoriis, quæ ex contractu ſive negotio quodam oriuntur, & quæ rei perſecutoriæ ſunt: deinceps dicturus eſt de pœnalibus actionibus in perſonam prætoriis, ex aliquo delicto natis. Quarum tres tantum hic afferuntur, cum tamen ſint innumerabiles, ut hyperbolicè loqui videtur Juſtinianus hic in fine. Prima ex iſtis tribus eſt *actio de albo corrupto*: quæ competit cuique ex populo, adverſus eum, qui dolo malõ corrupit id, quod Juriſdictionis perpetuæ cauſa propoſitum eſt, in quin-

*Actiones pœnales prætoriæ in perſonam.*

*De albo corrupto.*

quaginta vel quingentos aureos. L. 7. *ff. de Iuriſdict.* Secunda actio Prætoria pœnalis (quæ in factum dicitur. L. 12. *de in jus vocand. L. actionum. 25. §. 1. verſ. in factum. ff. de oblig. & action.*) eſt actio de *in jus vocando*: quâ ille qui non impetratâ veniâ in jus vocavit perſonā, quam ſine permiſſu Prætoris in jus vocare non licet, condemnatur in quinquaginta aureos, *hoc §. &* L. *quiq; litigandi.* 4. L. *penult. & ult. ff. de in jus voc.*

*De in jus vocando,*

Tertia actio Prætoria pœnalis in factū eſt illa, qua is, qui in jus legitimè vocatum vi eripuit, dolove malo eripi curavit, tanti condemnatur, quanti ea res, de qua controvertitur, ab actore æſtimata eſt. L. 1. L. *penult* §. 1 *& paſſim. ff. ne quis eum qui in jus vocab. vi exim.*

*Vocatum non eripiendo.*

§. *Præjudiciales.* 13.

*Actiones præjudiciales.*

Præjudiciales in rem actiones ſunt, quibus de ſtatu alicujus diſceptatur. Dicuntur autē ideo præjudiciales: quòd de iis prius ſit judicandum; cùm ex eventu earum altera pendeat cognitio. Verbi gratiâ; ſi pater à filio petat alimenta, & filius patrem illum eſſe neget: prius de eo an pater ſit, poſteriùs de alimentis agendum erit. L. *ordinata.* 24. §. *ſed ſi cum aliis.* 2. *& §. ſeq. ff. de liber. cauſ.* Cæterum iſtæ actiones ve

Civi-

Civiles ſunt, vel Prætoriæ. Civilis actio præjudicialis eſt, qua quæritur, an aliquis liber ſit. Quamvis enim Prætor quoq; de hac lite judicium dederit; L.1. *& tot. tit. ff. de liber. cauſ.* attamen id non primitus ab ipſo introductum eſt: ſed ex Lege XII. tabb. ortum habet. L. 2. §. *& cum placuiſſet.* 24. *v. initium. ff. de orig. jur.* Prætoriæ actiones præjudiciales ſunt, quibus diſceptatur an aliquis ſit libertus vel ingenuus: an aliquis ſit filius vel non ſit, *hoc* §. L *fin. ff. ſi libert. ingen. eſſ. dicat.* L.1 §. *per hanc.* 2. *ff. de rei vindic.* L. 1. §. *item per Contrarium.* 13 *ff. de agnoſ. & al. lib.* Illâ (quæ eſt de ingenuitate) & libertus adverſus patronum, ſe ingenuum dicens; & contrà patronus adverſus libertum, eum libertum eſſe, ſibiq; operas & obſequia debere contendens, utitur. *d.* L. *fin. & tot. t. ff. ſi libert. ingen. eſſ. dicat.* Hæc verò (quæ eſt de partu agnoſcendo) locum habet inter parentes & liberos, dum vel pater filium vindicat, aut abnegat; vel filius ſe aut filium eſſe aſſerit, aut negat. *d.* L.1. §. 2. *ff. de rei vind. d.* L.1 §. *Iulian.* 12. *& ſeq.* L. *ſi quis.* 5. *& tot. tit. ff. de agnoſc. & alend. lib.* Prætoriæ.

§. *Sic itaq;* 14.

Ad pleniorem propoſitæ actionũ diviſionis (ſecundum quã aliæ in rem dicun-

tur, aliæ in perſonam ) intellectum, & illud ſcire utile eſt; quòd alia ſit formula actionum perſonalium, & alia actionum realium. Indicat autem hoc loco Imperator: formulam ſive Libellum eſſe ineptum in actione in rem, ſi actor intendat rem ſuam ſibi dari oportere. Hujuſque rationem hanc addit: quia quod jam actoris eſt, amplius ejus fieri nequit. L. *non ut ex pluribus*. 159. *ff. de reg. jur.* At verò qui petit ab alio ſibi dari; petit ut quid ſuum fiat: quoniam dare eſt dominium transferre in accipientem. L. *ubi autem*. 75. §. *ult. ff. de Verb. oblígat.* L. *non videntur*. 167. *ff. de reg. jur.* Itaque actor qui rei vindicatione experitur, petere debet: declarari rem ſuam eſſe, eamq; ſibi reſtitui. Cæterum in actione perſonali rectè agitur ad dandũ, id eſt, ad dominium transferendum; vel ad aliquid faciendum, aut tradendum ſive reſtituendum. Eſt ſiquidem ejus actionis natura, ut quis petat, rem alienam ſibi dari vel tradi, vel aliquid fieri, prout in obligationem deductum eſt L. ſi rem tradi. 28. ff. de Verb. oblig. Plane rem noſtram, quæ nobis furto ablata eſt, repetere poſſumus à fure, tam actione in rem quàm actione in perſonã: ut intendamus eam rem nobis dari oportere.

*Formula actionum realium.*

*Perſonalium.*



Digitized by Google

poſtere. Idq; odio furum introductum eſt, ut pluribus actionibus teneantur. *hoc §. & L. ſi pro fure. 7. §. 1. ff. de Condiction. furtiv.*

§. *Appellamus.* 15.

In hoc § denotat Imper. quod actiones in rem dicantur propriè vindicationes: in perſonam verò Condictiones. L. 25 *ff. de oblig. & act.* Eſt autem vindicationis verbum nunc generale omnes in rem actiones continens. *d.* L. 25. & L. 35. *ff. de oblig. & act.* nunc ſpeciale & tantū de ea dicitur, quâ dominium vindicatur, de qua eſt *tit. ff. de rei vindic.* Cæterum condicere veteres dicebant pro denunciare vel indicere: Sicuti Romani, cum bellum alicui populo indicebant per ſuum Fecialem ſive patrem patratū, verbo condicendi utebantur, *teſte Livio Lib.* 1. Sic in judiciis & actionibus forenſibus, quia pugnæ quoddam ſimulacrum exhibent, ad eas quoq; iſtud condicendi verbum translatum eſt. Sed & condicere vocabant diem dicere ut videre eſt *apud* Cic. *L.* 3. *Offic.* Quæ diei dictio & denunciatio tam in actionibus in rem quam in perſonam uſitata fuit: ut proinde omnes actiones videantur dici potuiſſe condictiones. Sed quia actiones in rem proprium vindicationis nomen habebant: verbum condictionis

*Vindicationes.*

*Condictiones.*

 licet

licet comune, tributum eſt ſolis actionibus in perſonam, in iiſque remanſit etiam poſt ſublatum denunciationum priſcarum uſum, de quibus videatur Cujac. *Lib.* 16. *Obſervat. c.* 7.

*§. Sequens.* 16.

Secunda actionum diviſio, eaque trimembris, eſt illa, qua actiones vel ſunt rei perſecutoriæ, vel pœnales, vel mixtæ. Quæ diviſio à varietate & qualitate eorum, quæ actionibus petuntur, ſumpta videtur. Quicquid enim actione aliquâ petitur, id vel res eſt, vel pœna, vel partim res, partim pœna. Uſus autem hujus diviſionis potiſſimum in eo conſiſtit, quòd actiones rei perſecutoriæ ſint perpetuæ & heredibus dentur & contra heredes: cæteræ verò actiones non item. *§. non autem,* 1. *infr. de perp. & temp. act.* L. *in honorariis.* 35. *ff. de obl. & act.*

*§. Rei perſequendæ.* 17.

*Actionis rei perſecutoria.* Rei perſecutoriæ actiones ſunt; quibus perſequimur, quod ex patrimonio nobis abeſt, definitore Paulo. *in* L. *in honorariis.* 35. *ff. de oblig. & act.* ſive id noſtrum ſit & ab alio poſſideatur, ſive nobis debeatur. Unde omnes indiſtinctè actiones in rem, itemque omnes actiones in perſonam, ex contractu & quaſi ex contractu deſcendentes, rei per-

perſecutoriæ ſunt. Etenim illis dominium, vel jus in rem, quod nobis abeſt, petimus: his verò debitum aliquod & lucrum rei perſequimur L. *actionum.* 25. *ff. de obligat. & action.* Depoſiti tamen actio interdum mixta eſt, & in duplum datur; nempe ſi eo nomine intentetur, quod tumultus, incendii, ruinæ, naufragii cauſa depoſitum ſit, *hoc §. noſtro. verſ. planè ſi depoſiti, &* L. 1. §. 1. *ff. depoſ.* Enimverò non aliter hujus depoſiti actionẽ in duplum eſſe, Imp. hîc in fine aſſerit, quã ſi agatur cum ipſo depoſitario, vel ſi ipſe heres dolũ admiſerit: aut ex dolo defuncti lucrum perceperit. *L. ſicut* 38. *&* L. *totiens* 44. *ff. de reg. jur.*

§. *Ex maleficiis.* 18.

Pœnales actiones dicuntur, quibus pœnã tantùm maleficiis à Legibus propoſitam perſequimur, ubi primo admonendum; non agi hîc de pœna illâ, quæ in ſtipulationibus præſertim faciendi, adjici ſolet, & pœna conventionalis dicitur, quæque non per actionem pœnalem, ſed per condictionem certi, quæ eſt rei perſecutoria, utpote ex contractu petitur, *de qua in §. ult. ſupr. de Verb. oblig. &* L. *ſi pœnam.* 68 *ff. eod. item in §. alteri.* 18. *ſupr. de inut. ſtipul. &* L. *ult. ff. de prætor. ſtipulat.* Deinde & hoc notandum, Pœnales.

 quod

quod actiones pœnales, *de quib. hic*, non pertineant ad exigendas criminum pœnas: ſi quidem de his publica judicia inſtituantur, *de quib. infr. tit. de publ. jud.* ſed ad pœnas duntaxat debitorum privatorum, illæ actiones competant. Tales ſunt, actio furti manifeſti in quadruplū, & actio furti nec manifeſti in duplum. Totum enim quadruplum & totum duplum pœna eſt. Cæterum rem ipſā, aut ejus æſtimationem rei vindicatione vel condictionē furtiva perſequuntur, h. §. noſtro & §. ult. ſupr. de oblig. quæ ex del. naſc. L. *ſi pro fure. 7. ff. de cond. furt.* L. 48. *in pr.* & L. *ſi pignore. 54. §. cum furti. 3. ff. de furt.* *§ Vi autem bonorum. 19.*

*Mixtæ.* Mixtæ actiones perhibentur, quibus rem ſimul & pœnam perſequimur: earumque tria hic proponuntur exempla. Primum eſt in actione vi bonorum raptorum, in qua quadruplum, quod à raptore petitur, non totum pœna eſt, ſed rem ipſam in ſe complectitur, *initio tit. ſupr de vi bon. rapt.* II. Eſt in actione Legis Aquiliæ. Verùm hæc conſideratur trifariam. Interdum enim datur contra inficiantem in duplum. L. *inde Nerat. §. hac actio. 10 ff. ad* L. *Aquil.* L *contr. 4. C. eod.* & tunc eam mixtam eſſe palam eſt: cum partim rem, partim pœnā perſequatur.

Ple-

Plerumq; vero datur in ſimplũ: & tunc condemnatio fit, quanti res plurimi fuerit toto año, vel quanti tempore damni dati: & illo quidẽ caſu, cũ res pluris æſtimetur, quàm ſit damnum datum, etiam eſt mixta: hoc verò caſu mixta non eſt, *h.§.noſtro.v.ſed & Leg. Aquil. &c.* III. exemplum eſt in actione ex teſtamento, contra eos qui Legata ad pias cauſas relicta dare differunt, intentatâ: cujus pars altera eſt res, altera eſt pœna, *hoc §. in fine. & §. ſed furti 26. infr. h. t.*

§. *Quædam actiones.* 20.

Quia Imp. proximè dixerat de actionibus mixtis: hoc loco per conſequentiam, & alias actionum ſpecies tres ſubjicit, quæ & ipſæ mixtæ putantur: tametſi longè diſſimili in genere atque re verſentur. Superiores namque ideo mixtæ dicuntur: quia conjunctim & rei & pœnæ perſecutionem habent: hæ autem mixtæ eſſe intelliguntur; quia partim in rem partim in perſonam dantur: qualis eſt actio familiæ erciſcundæ, communi dividundo & finium regundorũ. Actio igitur familiæ erciſcundæ naturam ac proprietatem actionis utriuſq; tum in rem, tum in perſonam, participat Judicium: ſiquidem hoc ex duobus conſtat, reb9 ſcilicet & præſtationibus, quæ perſona-

ſonales cenſentur. L. 22. §. *familiæ*. 4. *ff. famil. erciſc*. Locum autem habet hæc actio inter plures cohæredes ad id, ut communis hereditas inter ipſos dividatur, & à communione diſcedatur. L. 1. *ff. d. t.* In communi quoq; dividundo judicio & in rē & in perſonā agitur. Sicut enim ipſius rei diviſio in hoc judicio venit; ita & præſtationes veniunt. L. 4. §. *ſicut*. 3. *ff. commun. divid.* Redditur porrò judicium hoc inter eos, inter quos res vel una vel plures extra cauſam hereditatis, communes ſunt, vel ex ſocietate, vel etiam ſine ſocietate, *hoc* §. *noſtro. verſ. item communi &c.* L. 1. & 2. *ff. eod.* Actio denique finium regundorum, itidem partim in perſonam, partim in rem eſt. L. 1. ff. fin. regund. Redditur verò inter eos, qui confines agros habent, ut fines regantur, id eſt, ad ſuam normam & certitudinem redigantur: & quod intra juſtos fines quisq; habet, id totum retineat: ſi quid amplius, id vicino reſtituat. L. 2. §. 1. L. *ſed & loci*. 4. §. *pen*. L. *ſi irruptione*. 8. *& paſſim. ff. d. t.* L. 1. *& tot. tit.* C. *eod. & hoc* §. *noſtro. verſ. item finium &c.* Cæterum de officio judicis in iſtis tribus actionibus, latius tractatur *in* §. *ſi familiæ*. 4. *& ſeqq. infra de off. judic.*

§. *Omnes*.

§ *Omnes autem.* 21.

Tertia iſthæc actionum diviſio pariter ad rectam actionum inſtitutionem comparata eſt. Prius quippe noſſe nos oportuit, quid quaque actione petere valeamus: idque diviſio illa ſecunda ſupra in §. 16 propoſita, evidenter oſtendit, videlicet remne an pœnam, an vero utrumque petere nobis liceat. Deinde illud ſcire debemus, quantum petere una quâque actione poſſimus: & hoc tertia hæc diviſio (qua omnes actiones vel in ſimplum conceptæ ſunt, vel in duplum, vel in triplum vel in quadruplum) abundè docet. Ideoque ſuperiorem illam ſecundam bono ordine hæc ſtatim ſubſequitur. Cujus diviſionis uſ9 eſt maxime in petitione ſive concluſione Libelli: ne videlicet actor incidat in periculũ pl9 petitionis: quod quale ſit cognoſcetur ex §. *ſi quis agens.* 33. *h.t.*

§. *In ſimplum.*

In ſimplũ actiones ſunt omnes rei perſecutoriæ, tam perſonales ex contractu vel quaſi ex contractu, quã reales ex dominio: itẽ quædam actiones pœnales, in quibus ſcilicet certã pœnæ ſummam lex ita determinavit, ut nullã dupli, tripli aut quadrupli mentionẽ fecerit: velut cum pœna in decẽ conſtituitur aureos, *Actiones in ſimplum.*

 ini

in viginti, vel quinquaginta; &c. §. 1. *& 2. ſupr. tit. prox.* L. 7 *ff. de juriſd.* L. *pen ff. de in jus voc.* §. *In duplum.* 23.

*In duplū.* In duplum ſunt quinq; tantū actiones, hic à Juſtin. recenſitæ: quarum aliæ quidem ſemper & indiſtinctè in duplū ſunt: ut actio furti nec manifeſti, & actio ſervi corrupti: aliæ verò interdum tantum, puta propter inficiationem & dilationē in duplum dantur: qualis eſt actio Legis Aquiliæ, actio miſerabilis depoſiti; ſi nimirum eo nomine inſtituatur, quod tumultus incendii ruinæ & naufragii cauſa depoſitum ſit: & actio ex teſtamento adverſus eos mota, qui pia legata ſolvere differunt, ut monitum *ſupra ad* §. *vi autem bonor.* 19. *h. t.* & habetur *in* §. *ſed furti.* 26. *infr. eod.* Quemadmodum porro pro ſervis corruptis actione ſervi corrupti directâ, quæ ex verb. & mente ſimul edicti proficiſcitur, agimus: ita utili actione, quæ ex ſententia tantùm edicti pendet, pro liberis corruptis experimur. Etenim non minus noſtra intereſt, animum noſtrorum liberorum nō corrumpi, quā refert ne ſervus fiat deterior. *L.* 14 §. 1. *ff. de ſerv. corr.* §. *Tripli verò.* 24.

*In triplū.* In triplum unica hic ab Imp. noſtro refertur actio, videlicet condictio ex Lege ob majores ſportulas. Quæ olim dabatur

tur reo, adverſus actorem, qui majorẽ ſummam in libello conventionis petebat; ut reum ſportulis (quæ viatoribus ſeu miniſtris in jus vocantibus, ſecundũ quantitatẽ ſum̃æ in libello petitæ, perſolvebantur) gravaret: in triplum (cui tamen & ſimplum inerat) ejus damni, quod reus inde paſſus erat, h. §. noſtro. Verũ cũ hodie ſalaria viatoribꝰ & nuntiis publicis præſtentur, non reſpectu quantitatis in Libello petitæ, ſed juxta diſtantiam & longitudinem itineris: idcirco hæc actio amplius in uſu non eſt; adeoq; per conſuetudinem iſte §. correctus cenſetur, *uti Ioh. Fab. hic num.* 2. *&* *Zaſius. num.* 5. *annot.* §. *Quadrupli.* 25.

*In Quadruplum.* In quadruplum hic quatuor actiones enumerantur. I. actio furti manifeſti, de qua dictum eſt *in* §. *pœna.* 5 *ſupr. de oblig. quæ ex delict. naſc. &* §. *ex maleſic.* 18. *ſupr. h. t.* II. Actio quod metus cauſa: qua is qui rem metu extorſit, ſi eam non reſtituat (hoc namq; ſolo caſu datur in quadruplum, ſi judicis juſſu ipſam rem actori non reſtituat) in quadruplum, cui ſimplum ineſt, condemnatur. L. 14 §. 1 *ff. quod met. cauſ.* L. *ſi per vim.* 4. *C. de his quæ vi met. cauſ. geſta ſunt. &c.* III. Actio Calumniæ ſive de calumniatoribus: quæ datur adverſus eum, qui calumniæ fa-

ciendæ aut non faciendæ cauſâ quippi accepit, in quadruplum (cui itidem ſim plum ineſt) ei, propter quem datun eſt. L.1.L *& generaliter* 3. L. *in heredem*. § §.1. *& paſſim. ff. de calumniat.* IV. Condictio ex Lege: quæ datur adverſus apparitorem ſeu executorem litium ultra modum legitimum ſportulas exigentẽ in quadruplum ejus, quod ſupra modũ exegerit. L. *ult. C. de ſportul.* Hujuſque actionis meminit etiam Caſſiodorus Lib 9. *variar.* Si quis executor inquit ſportularum nomine plus conſtituto exegerit, in quadruplum jubemus ablata reſtitui.

§. *Sed furti.* 26.

Hoc loco indicat Imp. quod nec manifeſti furti ſervique corrupti actiones, non caſu ſed natura ſua in duplum concipiantur, tam in confitentem quàm in inficiantem. *L. ſi pro fure. 7 ff. de condict. furtiv. L. doli. 5 § 2. ff. de ſerv. corr.* damni verò injuriâ & miſerabilis depoſiti actiones in inficiantem dupli, in confitentem ſimpli ſunt. *d. l. 5 §. 2. ff. d. t.* aſt actio pii legati tum ex inficiatione, tum ex mora ſolvendi in duplum creſcat *hoc §. noſtro, verſ. ſed illa quæ de his competit. & §. 1. v. at adv. infr. de pœn. temer. litig.* Hucq; pertinent, quæ annotavimꝰ *ad §. in dupl. 23 ſupr. h. t.*

§. *Item*

§. *Item actio.* 27.

Ait Juſtinianus: actione quod metus cauſa conventum, rem judicis juſſu reſtituentem abſolvi, L. *item ſi.* 14. §. 1. *ff. quod met. cauſ.* poteſtatem autem abſolvendi reum reſtituentem, neq; in furti, neque in calumniæ, neque in viatorum actione permitti §. 1. *infr. de pœn. temer. litig.* Hujuſque ratio eſt perſpicua: quia iſthæc abſolvendi poteſtas tantùm in iis actionibus conceditur, quæ propterea arbitrariæ appellantur, *de quibus in §. præterea* 31. *infr. h. t.*

§ *Actionum autem.* 28.

Quarta eaque inſignis & magni momenti, actionum diviſio à qualitate & natura earum deſumpta eſt: actiones aliæ dicuntur eſſe bonæ fidei: aliæ ſtricti juris; aliæ arbitrariæ. Nam trimembrē ſive tripartitam hanc diviſionem eſſe evincitur *ex hoc §. noſtro, juncto § præterea.* 31. *infra h. t. item ex* L *in actionibus.* 5. *ff. de in* Lit. *jurand.* & L. 3. §. 1. *ff. de uſur.* Bonæ fidei actiones ſunt, in quibus judici libera poteſtas permittitur ex bono & æquo æſtimandi, quantum alter alteri præſtare debeat. §. *ult. ſupr. de oblig. ex conſenſ.* §. *in bona fidei.* 30. *infr. h. t.* L. *quia tantundē.* 7. *ff. de neg geſt.*

*Actiones bonæ fidei.*

Haſq;

Haſq; omnes & ſingulas à Juſtin. in præſenti & proximè ſequenti §. enumeratas eſſe; adeoque præter eas non dari alias bonæ fidei actiones: ſed reliquas omnes hic non recenſitas vel ſtricti juris vel arbitrarias eſſe, vero ſimilius videtur: cùm iſtud inſtitutum ac propoſitũ Juſt. & verba quibus utitur, ſatis luculenter demonſtrent. Idq; explicatius perſecut9 ſum in majoribus meis jamdudũ evulgatis commentar. *ad hunc* §. *num.* 71. *& ſeqq.* Stricti juris actiones perhibentur, in quibus præciſè judex verbis conventionis adſtrictus eſt, ac ſolummodò ſecundùm ea judicare tenetur. L. 99. *&* L. *ſi ita ſtipulat.* 126. §. *Chryſog.* 2. *ff. de verb. oblig. d. l. quia tantundem* 7. *ff. de neg. geſt.* De arbitrariis porrò actionibus videbimus *infra. d.* § *præterea.* 31 *h. t.*

*Stricti Juris.*

§. *Fuerat ante* 29.

Inter bonæ fidei actiones referebatur olim quoq; actio rei uxoriæ; quæ nihil aliud erat, quam actio de dote. *tot tit. C. de rei uxor. act.* quæ dos proprium mulieris patrimonium eſſe dicitur. L. 3. § *ergo etiam.* 5. *in fin. ff. de min.* 25. *ann.* ac ſane jus ita habet: ut quamdiu conſtat matrimonium, tamdiu dos debeat eſſe penes maritum, qui ex ea fructus percipiat propter onera matrimonii L. 7 *ff. de jure dot. L. pro oneri b.* 20. *C. eod.* Matrimonio au-

ſem per mortem vel divortium ſoluto; dotem repetit à marito ejuſve heredib9 mulier vel ejus pater, vel alius qui dotē pro muliere dedit, eamq; ſibi reddi ſtipulatus eſt, *arg.* L, 2. *& tot.tit.ff.ſolut.matrim.&c.* Et olim quidē dos repetebatur actione rei uxoriæ: hodiè verò actione ex ſtipulatu; in quam utpote pleniorem Juſtin. veterem illā actionem tranſtulit; hancq; ex ſtipulatu actionem in repetitione dotis bonæ fidei effecit, quamvis ſuâpte naturâ ſtricti juris eſſet: & inſuper conſtituit, ut hæc actio adjunctā haberet tacitam hypothecam omnium bonorum mariti: inq; his bonis mulier reliquis omnibus omninò mariti creditoribus, etiā expreſſam anteriorem hypothecam habentibus præferretur, *hoc §.noſtro. L unic. C. de rei uxor. action.* L *aſſiduis.* 12. *C. qui potior. in pign. hab.* L. *in rebus.* 30. *C. de jur. dot. Nov.* 97. *c.* 3 *junct.* L. *interdum.* 5 *ff qui potior. in pign* habeant. Hacque de re prolixè diſſertavimus in publicis noſtris commentar. ad hunc. §. num. 7. & multis ſubſeqq.

*§. In bonæ fidei.* 30.

Judex ipſe in bonæ fidei judiciis ex bono & æquo litem æſtimandi, & quod invicem debetur, compenſandi poteſtatem habet; *h. §. noſtro.* Quanquam au- *Compenſatio.*

tem

tem olim tantùm in judiciis bonæ fidei locus compenſationi (quæ eſt debiti & crediti inter ſe contributio. L. 1. *ff. de compenſat.*) erat, non item in ſtricti juris actionibus: id tamen Juſtin. corrigens, in omnibus actionibus, ſive ſtricti juris ſint, ſive bonæ fidei, compenſationem ipſo jure fieri voluit. L. *ult.* C. *de compenſat.* Excipitur ſola depoſiti actio, in qua nulla admittitur compenſatio; ſed res depoſitæ ſine ullo obſtaculo deponenti eas repoſcenti, celerrimè ſunt reſtituendæ *hoc §. & d.* L. *ult. C. d. t.* Ratio exceptionis hîc in fine ſubjicitur: quia iniquum eſſet, rebus depoſitis aliquem defraudari prætextu compenſationis: atq; ita contractum, qui ex bona fide oritur, ad perfidiam retrahi. L. *pen.* C. *depoſit. c. ult. ad fin. extr. de depoſit.*

§. *Præterea.* 31.

*Actiones arbitrariæ.*

Arbitrariæ actiones ſunt, quæ ex arbitrio judicis ita pendent, ut ei ex bono & æquo ſecundùm rei, de qua agitur, naturam æſtimandum ſit, quemadmodum actori ſatisfieri oporteat: ſi is cum quo agitur, illi arbitrio judicis non ſatisfaciat per hunc textum noſtrum, in quo ſeptem iſtarũ actionum recenſentur ſpecies: tres in rem, Publiciana, Serviana & quaſi Serviana ſeu hypothecaria;

catia: quatuor verò in perſonam; actio quod metus cauſa, actio de dolo, actio de eo quod certo loco promiſſum eſt, & actio ad exhibendum. Plures tamen eſſe actiones arbitrarias conſtat *ex hoc §. noſtro, ibi, & cæteris ſimilibus*: de quibus non nihil monui in publicatis meis comment. *ad hunc §. num. 9 & aliq. ſeqq.*

§. *Curare* 32.

In hoc § aſſerit Imperator; quòd in omnibus omninò actionibus judex certæ pecuniæ vel rei ſententiam ferre debeat, quantum fieri poſſit. Ratio hujus aſſertionis dilucida eſt: quia per pronunciationem judicis, controverſia finem accipere dicitur; *Lib. 1. ff. de re judic.* liteſq; dirimere ad officium judicis pertinet. *L. quidam exiſtimaverunt. 21. ff. de reb. cred. ſi cert. pet.* At litem non dirimit, qui incertam vel ambiguam ſententiam profert. Ideoque ſententia, quæ non definit, quid quantumve præſtandum ſit, rei judicatæ authoritatem non habet. L. *in ſententiis. 59. ff. de re jud.* L. *pen. & ult. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. profer.*

*Sententia certa.*

§. *Si quis agens* 33.

Quia paulò ante *in §. in bonæ fidei. 30. h. t.* Juſtin. Imp. quædam propoſuerat de compenſat. quæ ipſo jure efficiunt, ut actor minus conſequatur, quam petiit: imò

imò ut actor, qui totum petiit, malè petat, ut dicit Paulus *in* L. 4 *ff. de compenſ.* Ideò idem Imp. hoc loco ad hunc plus petitionis tractatum delabitur: ut ſciat nimirum actor, quantũ petere debeat, ne malè petat, & in periculum illud plus petitionis; de quo mox dicetur, incurrat. Plus autem quatuor modis petitur; re, tempore, loco, & cauſa, *hoc* §. *noſtro, v. plus autem, &c.* Quos modos quoq; expreſſit Pontifex *in c. unic. extr. de plus petit.* Primò igitur re plus petitur, quando is cui decem debentur, viginti petit: aut quando is, cujus ex parte res eſt, totam eam vel majorem partẽ ſuam eſſe intendit. Secundò tempore plus petitur; cùm is cui in diem, vel ſub conditione debetur, antequã dies veniat; vel conditio exiſtat, petit, *arg.* L. *ut ſi cui.* 12. §. 1 *ff. de Verb. ſignif.* Tertiò loco plus petitur, quando is qui certo loco ſibi dari ſtipulatus eſt, alio loco purè petit, *hoc* §. *noſtro, verſ. loco &c.* Quartò cauſâ plus petitur; ſi aliquid in genere aut ſub alternatione debeatur, & res in ſpecie vel unum præciſè petatur, *d. c. unic. extr. de plus pet. & h.* §. *v. ſicut autem qui loco. &c.* Et olim quidem plus petens cauſa cadebat, id eſt, rem amittebat, ſive litem perdebat, *per princip. hujus* § Minor tamen 25. annis,

*Plus quotupliciter petatur.*

Digitized by Google

ut in aliis cauſis ita in hoc quoq; reſtitui ſolebat, ſi juventute lapſus fuerit. *L. 1. & tot. tit. ff. de min. 25. ann.* Sane ſi dolo plus petierit minor, nec ipſe excuſationem merebitur. L. 37. *ff. d. t. &* L. 1. C. *ſi adv. del.* Quod ſi tam magna cauſa juſti erroris interveniat, ut conſtantiſſimus quiſq; labi poſſet; etiam majori 25. annis ſuccurrebatur, *h. §. noſtro, v. ſanè.* L. 1. §. 1. *ibi, ſi qua alia mihi juſta cauſa, &* L. *ſed etſi.* 26. §. *ult. ff. ex quib. cauſ. maj. &c.* Cæterùm jure novo plus petens: ſi tempore, inducias debitor duplicare cogitur, refuſis etiam omnibus ſumptibus litis. §. *temporal* 10. *v. hodie autem, infr. de Except.* L. 1. *C. de plus pet.* Sin aliter, omne damnum, quod reus exinde paſſus eſt, in ſportulis fortè in triplum reſarcire tenetur, *h. §. in fine &* L. 2. C. *de plus petit.*

§. *Si minus.* 34.

Modò dictum eſt de plus petitionibus, quodnam earum jus & olim fuerit, & ſit hodie: nimirum quod plus petens ſibi præjudicet, & puniatur, In hoc §. oſtenditur, quòd is qui minus petit, puta quinq; pro decem, aut partem: dimidiam fundi pro toto fundo; ſine periculo agat, nec ullam pœnam ex iſta minus petitione incurrat. Nihil quippe delinquit, qui minus petit. Ideoque rectè à Divo Zenone conſtitutum *Minus petitio.*

Digitized by Google

eſt: ut judex apud quem minus petitum eſt, nihilominus adverſarium in eodem judicio in reliquum condemnare poſſet. *per hunc §. noſtrum in fine* & L. 1. *in fine*. C. *de plus petit*.

*§. Si quis aliud. 35.*

Quemadmodum minus petitio omni periculo caret; ita etiam nihil periclitatur, qui aliud pro alio, vel aliâ actione petit: ſed in eodem judicio, hoc eſt, apud eundem judicem, nullâ novâ interveniente aut citatione aut litis conteſtatione, errorem ſuum corrigere poteſt, per hunc textum noſtrum. Cui non adverſatur L. non poteſt. 23. ff. de jud. ubi dicitur, non poſſe videri in judicium veniſſe, quod poſt judicium acceptum, id eſt, litem conteſtatam acciderit: ac proinde alia interpellatione opus eſſe. Nam Lex iſta exaudienda eſt de eo quod poſt litis conteſtationem deberi demum incipit, cum antea non deberetur: non etiam de eo, quod poſt litem conteſtatam petitum eſt, cùm & antea deberetur: *de quo hic tractatur*. Idq; fuſius declarat Donell. *in hoc §. num. 2. & ſeqq.*

*§. Sunt Præterea. 36.*

Quanquam omnibus actionibus regulariter ſolidum exigere poſſumus, *arg. princip. hujus tit.* & L. *nihil aliud*. 51.

Digitized by Google

*ff. de obligat. & action.* excipiuntur tamẽ actiones, & certi caſus, quibus non ſemper ſolidum, quod nobis debetur, perſequimur, *hoc §. & L. ſunt qui*, 16. *& aliquot ſeqq. ff. de re judic.* Ac ſanè primò excipitur *actio de peculio*, quâ pater vel dominus ex contractu filii vel ſervi conventus, id duntaxat præſtare tenetur, quod permiſſu ipſius in peculio filius vel ſervus habuit, *hoc §. noſtro, &* L. *quotiens.* 47. *§. ſi ſemel.* 2. *ff. de pecul.* Ratio ejus eſt perſpicua; ſicuti enim æquum eſt, ad vires patrimonii, ſive ad quantitatem peculii uſq; parentes & dominos nomine ſervorum ac filiorum conveniri de peculio. *§. actiones autem.* 10. *ſupr. h. t.* ita viciſſim iniquum eſſet, ulterius illos teneri: præſertim cùm non debeat illorum conditio per hos, quos in poteſtate habent, fieri deterior. L. *melior.* 133. *ff. de regul. Iur.*

*Actiones, quibus ſolidum non petitur.*

§. *Item ſi de dote.* 37.

Secundò à ſuperiori regula excipitur *actio de dote.* Hac ſiquidem actione maritus à muliere, ſoluto matrimonio conventus, non totam dotem reſtituere cogitur, ſi id facultates ejus non commodè patiantur, ſed eatenus tantum condemnari debet, quantum facere poteſt, habitâ ſcilicet ratione ne egeat, *hoc §. & L. non*

Digitized by Google

*tantum.* 20. *ff de re judic.* L. *marit*, 12. *ff. ſol. matr.* L. *in condemnatione.* 173. *ff. de reg. jur.* Idq; propter reverentiam, quam uxores debent maritis, conſtitutum eſt. L. 14. *in fin. ff. ſolut. matr.* L. *unic.* §. *cum autem in exactione. ibi, quia hoc æquiſſimum. C. de rei uxor. act.* Quin & propter retentionem neceſſariorum ſumptuũ, in res dotales factorum, dotis repetitio ipſo jure minuitur, nec ſolidũ mulier conſequitur, *h.* §. *in fin.* Æquum etenim eſt, retinere maritum neceſſarias impenſas, quibus rem dotalem aliàs perituram, ſervavit. Quænam autem dicantur impenſæ neceſſariæ & quomodo differant ab utilibus & voluptuariis abundè explicatur *in* L. I. *& tot. tit. ff. de impenſ. in res dotal. fact.*

§. *Sed & ſi quis.* 38.

Tertiò excipiuntur actiones, quibus *parens, patronus, ſocius* & *donator* conveniuntur. Iſtis namq; actionibus non ſolidum obtinemus: ſed quantum illi facere poſſunt, *hoc* §. *noſtro*, L. *ſunt qui.* 16. L. *patron.* 17. L. *inter eos.* 19. *ff. de re jud.* L. *in condemnatione.* 173. *ff. de reg. jur. & ſimilib.* Ratio cur parenti & patrono hoc tribuatur privilegium, ne ultra quàm facere poſſint, condemnentur, eſt reverentia illis à liberis, libertiſque præſtanda. L. 6. *ff. de in jus vocand.* & quia ſemper filio & liber-

liberto perſona parentis & patroni ſancta atq; honeſta videri debet. L. *Liberto.* 9. *ff. de obſequ. parent. & patron. præſtand.* Cur verò ſocius iſthoc gaudeat privilegio, ratio non obſcura eſt: qua ſocietas jus quoddam fraternitatis in ſe complectitur: quod non patitur ita rigidè cũ ſocio agi, eumq; ultra quam facere poteſt, urgeri. L. *verum eſt* 63. *ff. pro ſoc.* Porrò cur donator prædictum habeat privilegium, ratio duplex redditur: tum quia ſatis incivile eſt, illiberaliter & avarè agere cum eo qui verè liberalis extitit: *arg.* L. *divus Pius.* 28. *ff. de reg. jur.* tum quia periniquum videtur, donatorem ex ſua liberalitate periclitari. L. *liberalitate.* 50. *ff. de re judic.*

§. *Compenſationes quoq;* 39.

Quartò excipitur actio, cui à reo convento opponitur *compenſatio.* Hæc quippe objecta efficit, quo minus quiſpiam ſolidum, quod in libello petiit, cõſequatur, hoc §. noſtro. Exempli gratia: ſi petierim à te centum florenos, cum tibi viciſſim triginta florenos deberem, quos tu per compenſationem oppoſuiſti: non utiq; in centum, ſed tantum in ſeptuaginta florenos mihi condemnaberis. Atq; iſthæc compenſatio, ſive debiti & crediti inter ſe cõtributio, deſcen-

dit partim ex æquitate naturali, partim ex ratione civili. Ex naturali quidem; quòd interſit noſtrâ, potius nō ſolvere quā ſolutū repetere *L. 3. ff. de compēſat.* & dolo facit, qui petit quod mox reſtituturus eſt L *dol. 8. ff de dol. mal. & met. except. L. in condemn.* 173. *§. ult. ff de reg jur.* Ex civili verò, quia ad dirimēdas & minuendas lites compenſatio pertinet; ne fiat per plura, quod confici poteſt per pauciora. L. *nulli.* 10. *C. de judic.* L. *ult.* §. 1. *C. de appellat.*

*§. Cum eo quoq; 40 & ult.*

Quintò & ult. excipitur actio adverſus debitorem, *qui bonis ceſſit.* Is enim qui bonis ceſſit, id eſt, qui omnia ſua bona creditoribus dimiſit, nec tamen in ſolidum eis ſatis fecit, adhuc quidem manet obligatus. *L. 1. C. qui bon. ced poſſ.* ſed tamē ſi poſtea rurſus aliquid acquiſierit, duntaxat in quantū facere poteſt, tenetur: inhumanū quippe viſum eſt, eū qui fortunis ſeſe omnibus exuerit, in ſolidum condemnari, *hoc §. &* L. *is qui bonis.* 4. L *qui bon.* 6. *& l. ſeq. ff. de ceſſ. bon.* Iſtiuſmodi autem ceſſio licèt jur. communi nullū deſideret titū L. *ult. ff. d. t. &* L. *in omni.* 6 *C. qui bon. ced. poſſ.* Jure tamen renovato VVirttembergico fieri debet coram judice ordinario citatis omnibus

mnibus iis, quorum intereſt: juramento quoq; ab eo, qui hoc miſerabili ceſſionis beneficio uti deſiderat, præſtito: quod nihil de ſuis bonis occultare velit. &c. *part.* 1 *tit.* 76. §. erſtlich ſoll ſolche *ceſſion.* & §§. *ſeqq. fol.* 216. & *ſeq.*

---

# Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicitur.

## Tit. VII.

### *Ad Princip. Tit.*

Superiore titulo expoſitum eſt de actionibus natis ex factis noſtris: hoc titulo tractatur de actionibus iis, quæ jure Prætorio naſcuntur ex facto ſive negocio alieno, nõ omnium ſed eorum, qui in noſtra ſunt poteſtate: qualis eſt actio quod juſſu, actio exercitoria, actio inſtitoria, actio tributoria, actio de peculio, & actio de in rem verſo. *De quibus ſingulis ordine diſpiciemus.*

§. *Si igitur.* 1.

Prima actio ex facto alieno ſeu contractu vel negotio ſervi adverſus domi- *Actio, quod juſſu.*

dominum competens, appellatur actio *quod juſſu*: quæ datur ei, qui cum ſervo juſſu Domini contraxit vel negotium geſſit, & datur contra dominum, in ſolidum *hoc §. noſtro, L. 1. & tot. tit. ff. & C. quod juſſu.* Ratio hujus evidens eſt; quia is, qui ita contrahit cum ſervo juſſu domini, ipſius domini fidē ſequi videtur, *hoc §. noſtro. in fin.* hoc eſt, quodammodo cum eo contrahit, qui jubet. *d. L. 1. ff. quod juſſ.* Quemadmodum & aliàs, qui facit per alium, perinde eſt, ac ſi ipſe faceret. *L. 1. §. dejeciſſe 12. ff. de vi & vi arm.* L. *aut qui aliter. 5. §. hæc verba. 8. ff. quod vi aut clam.* L. *is damnum. 169. ff. de reg jur c. qui facit. 72. eod. in 6.*

*§ Eadem ratione. 2.*

*Exercitoria.*

Secundò actio ex negocio ſervi deſcendens vocatur *exercitoria*: ſic dicta ab exercitore, id eſt, ab eo qui navem exercet per ſervum ſuum, magiſtrū & præpoſitum, & ad quem quotidianus navis quæſtus pertinet, *hoc §. noſtro, verſ. ideo autem. &c.* ſeu ad quem obventiones & reditus omnes perveniunt, *L. 1. §. exercitorem. 15. ff. de exercit. act.* Datur autem ei qui cum ſervo ejus rei nomine, cui præpoſitus ille eſt, contraxit: & datur contra dominum ſervi illius ſive exercitorē navis, & quidem in ſolidum. hoc § noſtro.

Digitized by Google

ſtro. Hunc enim in ſolidũ teneri, eadem ſuadet ratio & æquitas, quæ poſtulat ut actio quod juſſu in dominum detur in ſolidum: eò quòd cũ ſervo magiſtro navi præpoſito contrahens cum ipſo domino contrahere, ejusq; potius quàm ſervi magiſtri fidem ſequi intelligatur. *L.1 ff. quod juſſ.* Cui accedit utilitas navium, quarum tuitio ad ſummam Reipublicæ pertinet, *d* L.1.§. *licet autem.* 20 *ff. de exercit. act.* Et præterea deciperentur, qui cum magiſtro contrahunt, niſi is qui præpoſuit, omnia illius facta præſtare cogeretur. *d.l.1.§. magiſtrũ 5. ff. eod.*

Tertia actio, ex contractu ſervi nata dicitur *Inſtitoria*: quæ tribuitur ei, qui cũ ſervo inſtitore de rebus, ad ipſius negociationem pertinentibus, contraxit; adverſus eum qui inſtitorem præpoſuit: idq; in ſolidum; & quidem ex eadem æquitate, quâ dictum modò eſt, exercitoriã in dominum dari *hoc* §. *&* L.1. *& tot. tit. ff. & C. de inſtit. act.* Inſtitor a, (unde huic actioni nomen datum eſt) dicitur is, qui tabernæ, aut cuicunq; negociationi queſtus cauſâ præponitur: inde nimirum, quod negocio gerendo inſter, i.e. diligenter id curet, atq; urgeat. L.3. *l. ſi cum villico.* 16. *&* L. *inſtit.* 18. *ff. de inſtit. act.* Quanquam porrò iſtę duę actiones

*Inſtitoria.*

à Prætore ex contractibus tantum ſervorum, negociationi maritimæ ſive terreſtri præpoſitorum, ab initio datæ fuerunt: tamen & ad liberos homines poſtea à Prætore ex æquitate porrectæ ſunt: ita ut etiamſi liberi homines navi aut tabernæ præpoſiti fuerint: nihilominus tamē ex illorum contractu præponentes conveniretur, *hoc* §. *in fine. d.* L. 1. §. *cujus.* 4 *ff. de exercit. act. d.* L. 1. *&* L *ſed & ſi* 7. §. 1. *ff. de Inſtitor. act.* propterea quod par eademq; ratio in illis militet, quam in ſervis obtinere paulo ante diximus. Parem autem & eandem in illis eſſe rationem ex eo intelligitur: quod quemadmodum qui cū ſervis contrahunt, non ſervorum ſed dominorum fidem ſequuntur: ſic etiam qui cū liberis hominibus, negociationi præpoſitis, cōtrahunt; non ipſorum, ſed præponentium fidem obligationemque ſpectare cenſentur. §. 1. *h. t. & d.* L. 1. *ff. quod juſſ.*

§. *Introduxit.* 3.

*Actio tributoria.* Quarta actio ex negotio ſeu contractu ſervi pullulans nominatur *tributoria*, à tribuendo, id eſt, diſtribuendo ſic dicta: quemadmodū ſolent veteres Jureconſulti libenter uti ſimplicibus verbis pro compoſitis: ut *ſi paret*, pro *ſi apparet*, &c. Datur autem hæc actio illis, qui cū ſervo patiente domino de merce peculiari contraxerunt & datur adverſus iſtius ſer-

vi dominum, qui in merce illa, pro rata cujuſque debiti diſtribuenda dolo malo verſatus eſt, ut quanto minus tributum ſit, quã debuerit, præſtet, *hoc §. & L.* 7. § 2. & L. *ult. ff. de trib. act.* §. *Praterea.* 4.

*De Peculio*

Quinta actio ex facto ſeu negoc. alieno eſt *actio de Peculio:* quæ datur ei qui cũ ſervo ignorante Domino, contraxit: adverſus dominum, quatenus eſt in peculio, ut dictum *in* §. 10. *ſupr. tit. prox.* Sexta deniq; actio itidem ex contr. ſive negocio alieno orta, vocatur *actio de in rem verſo,* quę competit ei, qui cũ ſervo contraxit; contra dominum, cujus negociũ ſine ejuſdem voluntate geſtũ eſt, in tantum, quantum in rem ejus verſum eſt, *hoc* §. L 1. L. 5. & *paſſim.* Servus neceſſario vel utiliter in rem domini impẽdit: idq; aliquod exempl. declaratur, *hic in v. in rem a.* & L. 3 *cum ſeqq ff. d. t.* Porro quod Juſtin ſubjicit *hic in verſ. licet n. &c.* unã eſſe action. de peculio, & de in rem verſo: id ſic accipiendum eſt: actione de in rem verſo agi dupliciter. Aut enim agitur actione de pecul. adjectâ clauſ. actionis de in rem verſo: & tunc eadem cenſetur actio de peculio & de in rem v. L. 10. §. 3 L. 19. *in f. ff. de in rem v.* L. 2. §. 12. *ff. de hered. vel act. vend.* & *hoc* §. *d. v. licet n. &c.* Aut agitur act. de in rẽ verſo ſeorſim

*De in rem verſo.*

Juſq; ratio illa redditur: quia licet vicarius ſit conſervus, in eo tamen ab aliis conſervis differt, quod ordinario ipſi à domino in peculiũ datus eſt: proindeq; quod ab ordinario debetur vicario, id in ipſius vicarii peculio eſt, & per conſequens in ipſius ordinarii peculio, in quo eſt vicarius. Ergo non deduci ſed in peculio computari debet, *ut docet Ritterſhuſius hic in fine pag.* 661. §. *Cæterum* 6.

*In Concurſu prædictarum actionum, quæ eligenda.*

Ut aliàs ſemper in concurſu actionum plurium eligenda eſt ea, quæ comodiſſima cenſetur ac pleniſſima, ita quoq; in concurſu ſex harum actionum, nempe actionis quod juſſu, exercitoriæ, inſtitoriæ, tributoriæ, de peculio, & de in rem verſo; quilibet hanc vel illam eligere & intentare debet, quæ utilior ſibi & plenior videbitur. Stultus quippe erit, maleq; ſibi conſulet, qui ſpretis actionibus melioribus atq; expeditioribus decurrat ad deteriores & difficiliores, hoc §. noſtro. Ubi autem ſemel unam aliquis elegerit, non dabitur ei regreſſus ad aliam. L. *quod in herede.* 9. §. 1. *ff. de tribut. act.* Si itaq; actiones, quod juſſu, exercitoria, & inſtitoria cum actionibus de peculio, deq; in rem verſo concurrant: utilius ſanè erit, iſtis tribus experiri, quã his de peculio & de in rem verſo. Tum

quod illis agens ſolidum illud conſequatur, quod ipſi ex contractu cum ſervo habito debetur. §. 1 & 2. *ſup. h. t.* actione v. de peculio, deq; in rẽ verſo non itẽ, ſicut conſtat ex §. præced. Tum etiam quod difficile ſit probare, in rem ac utilitatem domini verſum eſſe, aut ſervũ peculium habere, & quidem tantum ut ex eo actori ſatis fieri poſſit, *h. §. noſt l. 1. ff. h. t. l. 1. ff. de pec. & l. 1. ff. de in rem verſ.* Quod ſi v. cum tributoria concurrat actio de pecul. & de in rem verſo: interdũ utilius & commodius eſt agere tributoria: interdum de peculio, vel de in rem verſo, auct. Juſtin. *hic in verſ. ſed ſanè &c.* Tributoria ideo præſtat agere quam de peculio: quia in tributoria dominus nõ habet privileg. deductionis, quod habet in actione de peculio. Cæterũ idcirco præſtat & utilius eſt agere de peculio, quam tributoria: quoniam actio de peculio datur de toto peculio: actione v. tributoria agitur duntaxat de merce peculiari, quæ ẽt minima pars peculii eſſe poteſt, *h. §. noſt, verſ. rurſus &c. l. pen. ult. ff. de trib. act.* Porrò melior aliquãdo ac plenior eſt actio de in rem verſo, quã vel tributoria, vel de peculio: in eo nimirum, quod is, qui probare poteſt, totum illud quod ſibi debetur, in rem domini



Digitized by Google

mini verſũ eſſe, ſolidum conſequatur: cum in actione tributoria & de peculio non plus actor conſequatur, quam eſt in mercibus vel in peculio. E diverſo ſi id probare nequeat actor, melius fecerit, ſi actione tributoria vel de peculio expertus fuerit. Et hoc eſt, quod Imp. Juſtin. hic circa fin. ait, certè qui poteſt probare, &c. Tandem in calce ſive fine § hujus repetit idem Imperator admonitionem ſupra initio hujus tituli propoſitam: & quod ibi pollicitus erat, ſe oſtenſurum ſeparatim, ſi quid inter ſervos & filiosfam. eſſet diſcriminis, id *in §. proxime ſeq.* exequitur.

*§. Illud proprie. 7.*

Hoc in § velut exceptio hactenus dictorũ continetur. Regulariter namq; in quovis contractu cum his, qui in alterius poteſtate ſunt, habito, datur creditori actio in dominum vel patrem una ex hiſce ſex, quod juſſu, exercitoria, inſtitoria: tributoria, de in rem verſo, deq; peculio; pro diverſitate ſc. vel juſſus vel voluntatis expreſſæ, vel ignorãtiæ. Excipitur unicum quod in filiorũfam. perſona tanquã ſpeciale ac propriũ obſervatur. Eten. actio pecuniæ filiofam. creditæ eliditur except. Sčti Macedoniani, ſive iſthac actione condẽnet pater vel *Exceptio Sčti Macedoniani.*

avus, qui in poteſtate habet, ſive ipſe filius aut nepos : item ſive proponatur actio, dum adhuc durat poteſtas, ſive illâ jam diſſolutâ, *per hunc §. noſtrum.* In cujus fine hæc ratio Senatusconſulti iſtius Macedoniani aſſignatur: quia mutuatio illa efficit, ut filii familias ære alieno pecuniarum creditarum, quas decoquere ſolent, onerati vitæ parentum inſidientur: nempe ut iis mortuis, heredes facti mutuum reddant, æreq; alieno ſe liberent. L. 3. §. *is autem.* 3. *ff. ad ſct. Macedon.* §. *Illud in ſumma.* 8. *& ult.*

*Actio directa in patrem, aut dominum.*

Ex hoc §. diſcendum eſt: quod præter actionem quod juſſu, de in rem verſo, exercitoriam & inſtitoriam detur etiam ex filii ſervive contractu adverſus patrem vel dominum actio directa & principalis: adeoq; in arbitrio creditoris, qui cum filio ſervove contraxit, ſit poſitum: utrum malit iſtis actionibus contra patrem vel dominum uti; an vero actione directa ſive principali cum iiſdem experiri. Hujuſque rei ratio haud obſcura eſt: quia is, qui cum filio familias aut ſervo, negociationi terreſtri vel maritimæ præfecto contrahit, aut juſſu patris dominive negocium gerit, aut ita contrahit, ut in rem patris vel domini vertat, pro eo habetur ac ſi cum patre vel domi-

domino ipſo contraxiſſet L. 7. §. 11. *ff. ad SC. Maced.* L. *ult. ff. quod juſſ.* L. 29. *ff. de reb. cred. ſi cert. pet.* L. *ſi quis.* 17. *in princ.* & §. *fin ff. de inſtit. action.*

# De Noxalibus Actionibus.

## Tit. VIII.

### *Ad Princip. Tit.*

PRiore titulo oſtenſum eſt, quomodo ex contractibus ſervorum domini, filiorumq; familias patres teneantur: ſequitur modo ut exponatur, quomodo ex eorundem delictis obligentur. Ex delictis igitur ſive maleficiis ſervorum privatis, puta furto, rapina, damno, injuria (ſiquidem pro publico delicto ipſi ſervi condemnationem ſuſtinent. L. 12. §. 3. *cũ §. ſeq ff. de accuſat.* L. 2. *C. eod.* L. 17 § 18. *ff. de ædil. edict.*) cum dominis agitur, actione ſcilicet noxali: qua conventus dominus, aut litis æſtimationem ſolvere, aut ſervum qui deliquit, noxæ dedere tenetur, hoc princ. *L. 1. & tot. tit. ff. & Cod. de noxal. action.* Hujuſq; ratio hic in fine illa aſſignatur: quia ſervi nequitia ultra ejus corpus domino damnoſa eſſe nõ debet. L. 2. *in pr. ff. eod.* Si tamen ſervus deliquerit ſciente domino, nec prohibente, cum *Actio noxalis.*

 prohi-

prohibere potuiſſet: in ſolidum dominus obligatur. *d.* L. 2. *cum.* 3. LL. *ſeqq ff. h. t* L. 4. C. *eod.* Eſt porro noxa ipſe homo ſive ſervus, qui deliquit, damnumve dedit: noxia vero eſt ipſum maleficium à ſervo commiſſum, ut ipſe Imperator interpretatur hic in verſ. noxa autem &c. Tametſi eum ſive potius Tribonianum temere reprehendat *Hotomannus hic enunciat.* 3.

*Noxa & Noxia.*

§. *Dominus noxali.* 1.

Ait Imperator Juſtinianus, quod dominus noxali act. conventus liberetur, ſi ſervum dederit ei cui damnum datum eſt: dominium autem ſervi noxæ dediti, ſtatim à domino in debitorem, cui damnum eſt datū, in perpetuū transferatur. Ita tamen ut ſi ſervus, aliunde acquiſitâ pecuniâ damnum huic reſarcierit, etiam invito hoc domino poſteriore per Prætorem manumittatur. L. 2. *in fin. ff ſi ex noxal. cauſ. agat. & L. electio.* 26. *in fin. ff. h. t.* Id quod ſingulariter in favorem libertatis receptū eſt: cū præſertim prior dominus ſervum amplius in ſuis rebus habere noluerit: poſterior vero dominus jam ab initio litis æſtimationem quam ipſum ſervum habere maluerit: atque adeo neutri per hoc ulla injuria inferatur: *ut etiam tradit hic Hunnius.*

*Noxæ deditionis effectus.*

§. *Sunt autem.* 2.

Actionum noxalium diviſio ratione

originis hoc loci illa affertur, quod aliæ ſunt civiles ſive legitimæ, aliæ prætoriæ ſeu honorariæ. Legitimæ ſunt quę ex legibus civilibus deſcendunt: veluti actio noxalis furti nec manifeſti, quod vindicatur ex Lege XII Tabb. & actio noxalis damni injuria; quod vindicatur per Legem Aquiliam. Prætorjæ dicuntur, quę edicto Prætoris ſunt conſtitutę; veluti actio noxalis injuriarum, actio noxalis vi bonorum raptorum, *hoc §. in f.* L. 1. §. 1. L. *quoties* 21. §. 2. *ff. h. t. L. ult. C. eod.*

*Noxalium actionum diviſio.*

## §. *Omnis autem.* 3.

Ex hactenus dictis ſatis liquet, cui actio noxalis competat, illi nimirum, cui damnũ eſt datum delicto ſervi: hoc loco exponitur, contra quẽ hæc actio detur: & inſtar regulæ traditur, actionem noxalem adverſus eũ dari, qui in poteſtate habet ſervum (is quippe dedendi ſervi facultatem habet) & tamdiu contra eum dari, quam diu ſervum in ſua poteſtate retinet. Quod ſi ſervus in alterius poteſtate eſſe cæperit, ad novum dominum actio iſthæc noxalis tranſit, *arg. L.* 4. §. 1. *&* L. 36. *&* L. *pẽ* §. *ult. ff. h. t.* Hinc qſ proverbium inter Juriſconſultos, noxã caput ſequi, i. e. actionẽ noxalẽ ejus perſonæ & corpori qui noxiã comiſit quaſi leprã inhærere, cũq; eo quodámodo ãbulare, *hoc §. L.* 18 *ff. de furt.* L. 20. L. *ult. ff. h. t.*

*Actio noxalis contra quem detur.*

*L.1.C.eod.L.1.§.ſi apud.18 ff.depoſ.* L. *licet.* 4. *C. an ſervus pro ſuo facto poſt manum. teneat.* Quod ſi vero ſervus poſt patratũ delictũ ſit manumiſſus, ſuiq; juris effectus: ipſe directo conveniri poterit, utpote jam liber homo, & qui in judicio conſiſtere poſſit; *hoc §. noſtro, v. at ſi manumiſſus &c.* L. *ſervi.14. ff. de obligat. & act. d.* L. *licet.* 4. *C. an ſervus pro ſuo fact. &c.* Sicut è contra actio directa quandoq; incipit eſſe localis: puta ſi quis, dum eſſet liber homo & ſui juris, noxiam ſive delictum commiſerit, & poſtea in alterius ſervitutem redactus ſit, vel ſuimet ipſius ob pretium participandum venditione. *§. ſervi autem. 4. ſupr. de jur. perſon.* vel in metallum damnatione, vel ob ingratitudinem erga patronos in ſervitutem revocatione. *§. 1. ſupr. de capit. demin.* His namq; caſibus actio, quæ prius adverſus ipſum delinquentem erat directa, incipit eſſe noxalis adverſus ejus dominũ *per hunc §. noſtrũ, v. ex diver. &c.*

*§. Si ſervus.* 41

*Cui & contra quem non datur.* Explicatum eſt ſuperioribus paragraphis breviter, cui & contra quem noxalis actio concedatur: hoc §. indicatur, cui & contra quẽ eadem actio nõ detur. Primo igitur non datur domino adverſus ſuum ſervum, ob noxam ei commiſ-

ſam

ſam ſivè damnum eidem illatum. *L.*1.*C.* *h.t.* Tum quod inter dominum & ſervũ nulla civilis atq; efficax obligatio, adeoq; his nulla, nullumq; judiciũ conſiſtat, *ho. §. & L. lis nulla.* 4. *ff. de judic. L. ſervus.* 6. *C. eod. §. hi qui in parentum,* 12. *ſupr. de obligat quæ ex del. naſc* Tum etiam quod de his, quos domi noſtræ convenire, & in quos ſtatuere poſſumus, non debeamus judicem adire, eiq; negocium faceſſere cũ illis litigando *L. ſervi.* 17. *in princ. ff. de furt.* L. *ult.* C *an ſerv. pro ſuo fact. poſt manumiſſ. teneat.* Deinde non datur noxalis actio domino adverſus novũ dominum, ad quem ſervus alienatus ſpectat, *hoc §. noſtro, v. ideoq; & ſi in alienam &c.* Cum enim ab initio nulla actio fuerit; ex poſt facto naſci aut convaleſcere non debet, *arg.* L. *quæ ab initio.* 210. *ff. de reg. jur.* Præterea non datur domino actio illa adverſus ſervum jam manumiſſum, *d. v. ideoq; ibi, aut manumiſſus fuerit:* idq; ob eandem rationem, quam modo attulimus. Quod tamen limitatur: niſi ſervus etiam poſt manumiſſionem aliquid illicitè adverſus patronum commiſerit, puta res antea ſubtractas denuo contrectando. *d.* L. 1 *C. h. t. & d.* L. *ult. in fin. C. an ſervus pro ſuo facto &c.* ſed & è cõtrario actio noxalis ab initio com-

petens.

petens extinguitur, ſive (ut Imp. Juſtinianus hic loquitur, *in verſ. unde ſi alienus, &c.*) interdicitur, hoc eſt, denegatur; poſtquam ſervus, qui noxiam commiſerat, in ejus poteſtatem pervenit, cui damnum dederat: ex hac ratione, quam ipſe Imperator hic aſſignat: quod actio in eum caſum deducta ſit à quo incipere nō potuit. L. *ſi alienus* 37. *ff. h. t.* § *ex contrario.* 14. *ſupra de legat.* L. *quia in eum.* 16. *ff. ad* L *Aquil.* L. *in ambiguis.* 85. §. 1. *ff. de Reg jur.* Idq; adeo procedit, ut licet idem dominus ſervum illum alienarit, vel manumiſerit, nihilo tamen magis eum convenire poſſit: cum obligatio & actio in perpetuum ſublata ſive extincta non reſtituatur. *L. qui res.* 98. §. *aream* 8. *ff de ſolution.* Sicut autem contra ſervum manumiſſum dominus actionem non habet ex ante geſtis: ita nec vice verſâ ſervus dominum, ſi quid ipſe in ſervum commiſerit, poſt alienationem aut manumiſſionem, ullâ actione convenire poterit, *hoc §. noſtro, in fine*, cum contrariorum eadem ratio eſſe credatur, *arg* §. 1. *ſupra de his qui ſui vel al. jur. ſunt*, & *ſimilium.* §. *Sed veteres.* 5. & *ult.*

Quomodo domini ex delictis ſervorum actionibus noxalibus teneantur, ſufficienter dictum eſt: haud inconcinne jam

jam indagatur, an etiam parentes ex delictis filiorum familias iiſdem actionibus conveniantur? *& ex hoc* §. apparet, olim quidem non tantum ſervorum ſed & filiorum filiarumq; familiâs noxæ deditionem receptam fuiſſe *arg.* L. *quod & Lex.* 3. §. 4. *v. proinde ff. de homin. lib. exhib. &* L. *quotiens.* 34. *ff h. t.* ſed hodie jus iſtud non ſine ratione immutatum & in dominos duntaxat de ſervis noxales actiones proponendas eſſe. Tum quod ipſa humanitas & maxime in filiabus favor pudicitiæ id ſuaderet, auctore hic Justiniano: tum quod ipſimet filii familias, tam ex contractibus, quam ex delictis ſuis obligari & conveniri poſſint, adeoq; noxæ deditione minime opus ſit, *hoc* §. *in f* L. *tam ex contract* 57. *ff de judic.* L. *noxali* 33. *cum duab.* LL. *ſeqq. ff. h. t* L. *filius familias.* 39 *ff de oblig. & action.*

---

## Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.

### Tit. IX.

### *Ad Princip. Tit.*

Quandoquidem & aliâs in jure noſtro quadrupedes ſervis exæquari ſolent. L. 2 §. 2 *ff. ad* L. *Aquil.* ordine facit Imp Juſtin. quod actionibus noxalibus, quæ ex delictis ſervorũ dantur, ſubjicit *Actio noxalis de pauperie.*

actionem noxalem, quę ex quaſi delicto ſive pauperie (id eſt damno ſine injuria dato) quadrupedum datur cõtra dominum; ut vel damnum ſarciat, vel quadrupedẽ ſive animal, quod nocuit, noxę dedat. L. 1. *in princ. §. 3. & §. & cum etiam. 12. ff. h. t.* Ut autem hæc actio locum ſibi vindicet, neceſſe eſt, ut animal ſuâ ſponte, contra naturam commotâ feritate ſive propriâ laſciviâ damnum dederit, per hunc textum noſtrum. Itaq; ſi equus dolore concitatus calce alium petierit; ceſſabit iſta actio. Si vero qui equum percuſſerit aut vulneraverit, in factum magis, quam lege Aquilia, id eſt, actione utili legis Aquiliæ tenebitur. At ſi cum equũ permulſiſſet quis, vel palpatus eſt, calce percuſſerit, erit huic actioni de pauperie locus. Idque pluribus explicat Ulpianus *in d. L. 1. §. 4. & ſeqq. ff. h. t.*

*§. Cæterum ſciendum. 1.*

Docet in hoc §. Imperator: quod ad damnũ à fera beſtia ibi datũ, ubi & vulgò iter fit, competat actio ædilitia: quâ is, qui tale animal, quod nocere poſſet, ibi habuit, ubi vulgo iter fit, in ducentos aureos condemnatur, ſi liber homo ex ea re perierit: aut ſi ei nocitum tantum eſſe dicatur; in tantum quantũ bonum & æquum judici viſum fuerit; cum liberi hominis æſtimatio nulla ſit. *L. 3. ff.*

*De damno initine re.*

*Si Quadrup. pauperiem fec. dicatur.* 7 in *pr. 1.* in cæteris vero rebus damnum datum, in duplum reſarcire tenetur. *L. hi enim. 40. l. & generaliter. 41. & l. quæ vulgò. 42. ff de ædil. edict.* Nihilominus a. iſto n caſu ( quo ſc. damnum in itinere datur) etiam actio noxalis de pauperie locum habebit. Nunquam enim actiones præſertim pœnales de eadem re concurrentes, alia aliam conſumit. *hoc §. noſtro in fine. L. nunquam. 130. ff. de reg. jur.* Quod tamen ita accipiendum videtur: ut actori liceat, quam voluerit, actionem prius exercere, & quod amplius in altera ſit, etiam hoc conſequi. *L. qui ſervũ. 34. ff. de oblig. & act.* non ut ſimpliciter omnibus uti poſſit. *L. plura delicta. 53. ff. d. t.* Idq; explanatius enodavimus in publicis noſtris majoribus Comment. *ad hunc §. num. 1. & ſubſeqq.*

## De iis per quos agere poſſumus.

## Tit. X.

### *Ad Princip. Tit.*

PRæcedentibus titulis diſſeruit Divus Juſtinianus de variis actionum ſpeciebus: nunc per quos eę in judicio proponi & exerceri poſſint, hoc titulo oſtendit. Et olim quidem (quæ actiones ſolen- *Pro quibus olim agere licuit.*

nes erant ac Legitimæ. L. 2. §. *deinde ex his legibus.* 6. *ff. de orig. jur.*) ideoque alteri mandari non poterant. *L. nemo alieno.* 123. *ff. de regul. jur.* per procuratorem agere non licebat; niſi pro populo, pro libertate & tutela: itemque ex lege Hoſtilia, ob furtum iis factum, qui apud hoſtes eſſent, aut Reipublicæ cauſâ abeſſent, quive in tutela horum abſentium eſſent, auctore hic Imperatore Juſtiniano.
1. Ratio cur pro populo, ſive populi Romani cauſas per procuratorem agere licuerit, poſita eſt partim in favore populi, cui hoc utilitatis cauſa concedendum fuit, ut & alia plura: partim in difficultate conveniendi. Impoſſibile quippe fermè eſt, ut totus conveniat populus & agat, *argum. §. Senatus conſultum.* 5. *ſuprà de jur. natur. gent. & Civil.* L. 2. *§. deinde quia difficile* 9. *ff. de orig. jur.*
2. Ratio cur pro libertate (puta ſi de ſtatu hominis diſceptatur) agere licuerit per procuratorem, eſt tum favor libertatis, cujus gratiâ multa etjam alia in jure permiſſa ſunt ſingularia, *argum.* L. *quod & Lex Favia.* 3. *§. hoc interdictum.* 9. *ff. de homine libero exhibend.* & L. *Libertas.*

*tas.* 122. *ff. de regul. juris.* Tum
quia inter ſervum & dominum non
conſtabat judicium L. *Lis nulla.* 4.
*ff. de judic.* Ratio autem cur pu- 3.
pillo quoq; liceat per alium litiga-
re, puta per tutorẽ vel procuratorem,
eſt tum favor ætatis pupillaris, quæ ſe
ipſam per judicii conſiliique infirmi-
tatem & inopiam regere, rebuſque
ſuis ſupereſſe nequit. §. *impuberes.* 6.
*ſupr. de Atil. Tutor. & arg. L.* 1. *ff. de
minor.* 25. *ann.* Tum quia pupillus ſine
tutore Legitimam perſonam ſtandi
in judicio non habet. *L.* 1. *&* 2. *C.
qui legit. perſ. ſtand. in judic. hab.*
Ratio denique, cur Lex Hoſtilia de 4.
ſolo furto caverit, illa redditur: quia
non tam facile homines ad cæteras in-
jurias abſẽtibus inferendas impellun-
tur, quam ad furtum: cujus & fa-
cultas umma eſt abſente domino, &
penè propoſita impunitas, *docente
Hotomanno hic enunciat.* 3. Cæterum
hodie alieno nomine & agere & ex-
cipere actionem permittitur. Si qui-
dem & morbus & ætas & neceſſaria
peregrinatio, itemque aliæ multæ
cauſæ (veluti exilium, captivitas,
ſexus, imperitia, &c.) ſæpe homi-
nibus impedimento ſunt, quominus
rem

rem ſuam ipſi exequi poſſint, *hoc princ. verſ. ſed quia hoc, &* L. 1 § 2. *ff. de procur.* Quin & non deſunt, qui per ſe litigare omninò prohibentur; & tam ad agendū quàm ad defendendum procuratorem ordinare jubentur: quales ſunt Reges, Principes, Marchiones, aliæq; perſonæ illuſtres. *L. quicunq. 25. & auth. ſeq. C. d. t.* Quod ideò ita ſtatutum eſt, primo ne adverſarius, cum quo perſonæ illuſtres litigant, propter earum præſentiam metu quodam & terrore afficiatur: ſicque cauſarum merita liberè proponere impediatur, *arg. tit. Cod. nè liceat potentior. &c.* Deinde quia dignitati & excellentiæ iſtiuſmodi perſonarū convenire minimè videtur, ut in judicio ſtent cauſas agendo vel proprias vel alienas. *Nov. 71. cap. 1. ibiq; Cujac.*

§. *Procurator.* 1.

Ex hoc §. pateſcit, quòd procuratores quibuscunq; verbis cōſtitui poſſint, abſentibus quoque & ignorantibus adverſariis. Hujusque ratio eſt perſpicua: quia nihil adverſariorūintereſt, ipſe per ſe dominus litiget, an per alium & per quem litiget. Præſentia autem ſive voluntas & ſcientia illorum demū requiritur, de quorum præjudicio tractatur: *arg. § ſed ſi quis, 7. ſup. de adoption,* L. *nam*

*ita*

*tia.39.ff.eod.*L.*de unoquoq; 47.in pr.ff.de re jud.* Cuicunq; igitur rem ſuã agere aut defendere aliquis permiſerit, is procurator alicujus intelligitur, *hoc §. noſtro.* Procurator namq; is cenſetur, qui aliena negocia mandatu domini adminiſtrat, L.1. *in princ. ff. de procurat.* Porrò univerſam hanc procuratorum materiã copioſè & diligenter explicuimus in publicis noſtris cõmentariis *ad hunc tit.*

*§. Tutores. 2. & ult.*

Quomodo procuratores conſtituantur, jam dictum eſt. Quia verò tutores quoque & curatores alieno nomine agere poſſunt, puta pro pupillis & minoribus: videbatur hic etiam exponendum, quomodo illi conſtituerentur: cæterùm cùm hoc factum ſit *ſupra Lib.1.tit. 13. & ſeqq.* id Imp. hoc loci, ne actum agere, aut crambem recoctam apponere videatur, haud repetit; ſed brevitatis ſtudio eò nos ablegat atq; remittit.

---

# De Satisdationibus,

## Tit. XI.

### *Ad Princip. Tit.*

QUoniã ſatisdationes initio litis, tã ab his, qui ſuo, quã ab iis qui alieno

nomine vel agunt, vel conveniuntur, præſtandæ ſunt: peropportuno admodum loco hic de illarum jure quæritur. Satisdationis autem vocabulum hic proprie accipitur pro ea cautione, quæ fit datis fidejuſſoribus. L. 1. *ff qui ſatisd. cog.* Alias pro omni cautione idonea ſumitur, etiam eâ, quæ fit pignoribus. L. *promiſſor. 21. in fin. ff. de conſtit. pecun.* L. *ſolutam. 49. in fin. ff. de ſolut.* Porrò cum circa ſatisdationes aliud jure veteri, & aliud jure novo conſtitutũ ſit: de utroque diſtinctè Imp. ſub h. t. agit, & à quibus tam veteri quàm novo jure ſatiſdatio exigatur, ſummatim exponit. Et quidem jure veteri aliud in actionibus realibus, & aliud in perſonalibus obtinebat. Nam in realibus actor ſive petitor ſuo nomine agens non ſatisdabat: alieno nomine agens rem ratam dominum habiturum ſatiſdare compellabatur: reus verò vel fidejuſſor indiſtinctè, ſive ſuo ſive alieno nomine judicium accipiens ſatisdare cogebatur, judicatũ ſolvi, hoc eſt, datis fidejuſſoribus cavere, quod victus id, quod fuiſſet judicatum, ſolvere vellet, i. e. vel rem ipſam petitori domino reſtituere, vel ſi eam reſtituere non poſſet, æſtimationem ejus præſtare: aut ſi neutrum feciſſet, poteſtatem actori fore cum fidejuſſoribus,

*Satiſdationis acceptio.*

*Satiſdatio jure veteri in actione reali.*

quos dediſſet, agendi *per hunc textũ noſtrum L 3. ff. jud. ſolv.* & *L. 5. C. de fidejuſſ.*

§. *Si verò in perſonam.* 1.

In actionibus perſonalibus actor quidem alieno nomine agens tenebatur ſatisdare; dominum rem ratam habiturũ: reus verò alieno nomine interveniens, abſque ſatisdatione judicatum ſolvi, ad defenſionẽ non admittebatur: aſt utriq; proprio nomine litiganti onus ſatiſdandi remittebatur, *hoc §. noſtro.* Ratio autẽ differentiæ, cur olim actione in perſonã proprio nomine conventus non ſatiſdabat contrà quàm in actione reali, hæc non improbabilis redditur: quòd poſſeſſor in rem actione conventus potuerit rem alienare, perdere & corrumpere, eoq; modo judicati ſolutionem effugere: ſecus verò is, qui actione perſonali, ubi nulla res ſed debitum ſive nomen verſatur, conveniebatur, *notante Hunnio hic & Hotom. enunc. 4.* *In perſonali.*

§. *Sed hodie.* 2.

Jure novo reus proprio nomine, ſive reali ſive perſonali actione conventꝰ, ab onere ſatisdandi liberatur: præterquam quod de ſua perſona ſatiſdare, vel jurare, vel promittere, pro qualitate perſonæ ſuæ jubeatur: quod velit in judicio permanere uſque ad terminum litis, *hoc §. noſtro.* Actor autem nec olim nec hodie ſuo nomine agens ſatiſ- *Iure novo Rei.* *Actoris.*

dare tenetur: quanquam jure noviſſimo ſatisdare debeat de lite intra duos menſes à tempore porrecti Libelli conteſtandâ, eâq; ad finem uſq; perſequendâ & de decima parte quantitatis ab ipſo petitæ, expenſarum nomine reſtituendâ, ſi injuſtè litem moviſſe convictus fuerit. *Nov.96.c.1.& Nov.112.cap.2.*

*§. Sin autem per procuratorem. 3.*

*Procuratoris actoris.* Procurator actoris omninò tenetur ſatisdare, dominum rem ratam habiturum: niſi de mandato aut voluntate domini certò conſtet, *hoc §. &* L.1.*C. de procurat.* Quod autem à procuratore; idē etiam à tutore, curatore, ſyndico & ſimilibus rerum alienarum adminiſtratoribus, qui per alium litigant, exigitur ut videlicet ſi per alterum Litem inſtituant, is de rato caveat: niſi vel eoru abſentium expreſſum mandatum v præſentium auctoritatem habeant, *h. noſtro, v. eodem obſervando &c.* Sanè ip tutor vel curator ante Litis conteſtati nem procuratorem alium conſtitue non poteſt; poſtea verò poteſt, tanq ſcilicet dominus litis effectus. *L. neq; t tores.11.C. de procurat.*

*§. Si verò aliquis convenitur. 4.*

*Procuratoris Rei.* Procurator rei præſentis citra ſat dationem admittitur, ſi reus ipſum v

in judicio vel extra judiciũ conſtituerit, ejusq; perſonam confirmaverit, præſtitâ ſatisdatione judicatum ſolvi; quæ tribus conſtat clauſulis: quarum prima eſt de judicato ſolvendo: altera de re defendenda: & tertia de dolo malo non committendo L. *judicatum. 6. ff. judicato ſolvi.* Atq; has tres clauſulas hic Juſtin. intelligit, cùm omnes clauſulas judicatum ſolvi ſadisdationis nominat. Præterea reus qui pro procuratore ſuo ſatiſdat, ſua bona ut ſui quoq; heredes teneantur, oppignerare cogitur, *hoc §. noſtro. v. ubi & de hypotheca &c.* Sed & reus tenetur promittere, quod eo tempore, quo ſententia recitabatur, ipſe in judicio comparere velit, & ſi non comparuerit, quòd vel ipſe vel fidejuſſ. omnia dabit, quæ condemnatione continentur: niſi provocatum, hoc eſt, à ſententia appellatũ fuerit, *docente Imp. hic in fin.*

*§. Si verò reus præſto* 5.

Si reus nec per ſe, nec per procuratorem litem ſuſcipiat: poteſt alius rei abſentis (publicè quippe intereſt, abſentes à quibuſcunq; defendi. *L. ſervũ 33. § publicè. 2. ff. de procur.*) defenſionem ſuſcipere: ita tamen ut ſatisdet, judicatum ſolvi. L. *un. C. de ſatisd.* Nemo n. alienæ rei ſive litis idoneus defenſor ſine ſatiſ- *Alterius defendentis reum.*



Digitized by Google

datione intelligitur *h. § noſtr. in fin* L. 46. *§. qui alium. 2. ff. de proc.* L. 110. § 1 *ff. de reg. jur.*

§. *Quæ omnia.* 6.

*Praxis forenſis.* Satisdationis forma & modus non aliunde meliùs ac perfectiùs cognoſcitur & addiſcitur, quam ex quotidiano uſu & praxi forenſi, *teſte hic Juſtiniano.* Quod autem ipſe de una particula juris, ſatisdationis nimirum, hoc in § pronunciat; idem pronunciatum putemus de univerſo jure: in quo diſcendo ita verſari debemus, ut omnia ad uſum & mores noſtros accommodemus: adeoq; alterum quaſi oculum in praxin hodiernã & ſtylum cujuſq; curiæ intentũ habeamus. Non enim cognitionis, ſed actionis cauſa jus diſcendum eſt: quẽadmodum de tota Philoſophia practica ſcribit Ariſt. L. 1. *Eth.* eumq; laudans Rittersh. *p.* 689.

§. *Quam formam.* 7. *& ult.*

Hoc loco revocat nos Imp. ad morem ſuo tempore Conſtantinopoli (quã urbem hic regiam vocat) receptum, eumq; in omnibus provinciis, Imperio Romano ſubjectis obſervandum eſſe præcipit: ita quidem ut ſi quid fortean alibi aliter per imperitiam obſervetur, id ſecundum iſtum morẽ in melius reformetur. Enimverò valdè placet, quod Proculus ſcriptum reliquit: non tã ſpe-

ctan-

ctandum eſſe, quid Romæ factũ ſit, quã quid fieri debeat. L. 12. *ff. de offic. præſid.*

# De Perpetuis & Temporalibus Actionibus.

## Tit. XII.

### *Ad Princip. Tit.*

HActenus explicatum eſt, quomodo actiones conſtituantur, adverſus quos dirigantur, & à quibus exerceantur, reſtat ut diſpiciamus, quomodo actiones ſemel competentes extinguantur. Et olim quidem actiones Civiles perpetuæ erant; id eſt, nullo temporis ſpatio terminabantur. Cum enim perpetua & Legum & Senatuſconſultorum & Conſtitutionum vis eſſet: conſentaneum erat, ut natæ ex iis actiones jus quoq; ac robur perpetuum obtinerent. Prætoriæ verò actiones plerumq; anno finiebantur; quia & Prætoris ipſi9 imperiũ ſive jurisdictio, undæ illæ proficiſcebantur, annum duntaxat durabat, *per hunc textum noſtrum & L. Arriani. 5. in fin. C. de heretic.* Cæterum hodie omnes actiones Civiles, tam perſonales quã reales certum terminum, videlicet *Actiones Civiles perpetuæ.* *Prætoriæ annuæ.*

triginta annorum acceperunt. *L. ſicut. 3. C. de præſcript. 30. vel 40. ann.* exceptis nonnullis, quæ vel breviori vel longiori tempore finiuntur. L. *omnes. 4.* L. *cum notiſſimi. 7.* L. *ſi quis emption. 8* & L. *ult. C. d. t. auth. quas act. C. de SS. Eccleſ. Nov. 111. & 131. cap. 6.* Sane & actiones Prætoriæ, quæ rei perſecutionem habent, perpetuæ cenſentur: niſi ad actum juris Civilis reſcindendum comparatæ ſint, *h. pr. noſtro. v. aliquando tamen.* & L. 35. *ff. de oblig. & act.* Quin & actio furti manifeſti, licet prætoria pœnalis ſit, tamen anno non terminatur, ſed perpetua eſt; quia anno eam terminari, Prætor abſurdum eſſe (ob furtorum ſcilicet frequentiam) exiſtimavit, *ut hic in fine dicitur.*

§. *Non autem omnes.* 1.

*Actiones contra heredes.* Ex hoc §. notandum eſt primò: actiones pœnales ex maleficiis deſcendentes, adverſus heredes non competere; propterea quod pœna caput & auctorem delicti ſequi debeat. *L. 20. &* L. *Crimen 26. ff. de pœn.* L. 22. *C. eod.* L. 7. *circ. pr. ff. de bon. damnat.* niſi ex delicto defuncti aliquid ad heredes pervenerit. L. 1. *in fin ff. de eo per quem fact. er.* & *c.* L. 17. *in fin. ff. de dol. mal.* L. *ſicuti.* 38. & L. *totiens* 44. *ff. de reg. jur.* vel niſi lis cum defuncto conteſtata fuerit, *h.* §. *noſtro in fin.* Is quippe

præci-

præcipuus Litis conteſtationis eſt effectus, ut actiones alioqui temporales reddat perpetuas & in heredes tranſmittat. L.*omnes* 26. L.*conſtitutionibus*. 33. L. *ſciendum* 58. *ff.de oblig. & act.* L.*omnes*.139. & L. *pœnal*. 164. *ff. de reg. jur.* Deinde *ex hoc* §. notandum: actiones rei perſecutorias ex contractu deſcendentes, adverſus heredes defuncti debitoris indiſtinctè competere: exceptâ actione miſerabilis ſive neceſſarii depoſiti, tumultus, incendii, ruinæ, naufragii cauſâ facti. Hæc ſiquidem actio, quæ in duplum redditur, etſi ex contractu depoſiti naſcitur: non tamen in heredem datur. §. *rei perſequendæ*.17. *v. planè ſi depoſiti ſupr. de act.* L.1. §.1. & L.*de eo*.18. *ff. depoſ.* Ratio huj9 exceptionis hæc reddi poterit: quia iſtis caſibus hæc actio non eſt merè rei perſecutoria, ſed partim pœnalis, id eſt, mixta: cum non tantum res ipſa depoſita, ſed etiam pœna, id eſt, duplum petatur. Si tamē ipſius heredis dolus aliquis intervenerit, etiam contra eum actio illa dabitur. *d.* §.17. *v. plane ſi depoſiti ſupr. de act. & d.* L.1.§.1. *in fin ff. depoſ.* Atq; ita hoc exemplo explicanda videntur illa hujus §. verba: veluti cum teſtator doloſè verſatus ſit, puta in depoſito neceſſario, prædictas ob cauſas facto, *ut rectè hic do-*

cet *Theophilus*. Tametſi porro ita actiones ex contractu & delicto defuncti adverſus heredes non competunt: omnes tamen actiones, cujuſcunque ſint generis, ſive pœnalis ſive rei perſecutoriæ, & ſive ex contractu ſive ex delicto oriātur, heredibus defuncti actoris & creditoris adverſus debitorem competunt: excepta actione injuriarum, *h. §. noſtro, v. ſed heredib. &c.* L. 13. *in princ. ff. de injur.* aliiſq; ſimilibus, quæ vindictæ potius quàm pecuniæ cauſa dantur: de quibus dictum in publicis noſtris comentariis *ad hunc §. n. 14.*

*§ Supereſt. 3. & ult.*

*Iudicia omnia abſolutoria.* Hic §. oſtendit, quòd officio judicis contineatur, ut eum qui ante rem judicatam actori ſatisfacit, abſolvat: cum (juxta vulgare proverbium) omnia judicia abſolutoria eſſe cenſeantur. L. 73. *ff. de proc.* L. *hoc edicto. 5. ff. de public. & vectig.* L. *item ſi. 14. §. ult. ff. quod met. cauſ.* L. 34 *§. ult. ff de jurejur.* L. *ult. §. 1. ff. quæ in fraud. cred. ſact. ſunt. &c.* Cujus proverbii non hæc mens eſt, quaſi in omnibus judiciis reus abſolvatur per ſententiam judiciis (ſæpè namq; contra fit, ut condemnetur) ſed hoc potius ſibi vult dictum iſtud, eò omnia judicia ſpectare, ut controverſiæ civium dirimantur, & ut alter ab altero liberetur; quod utique contingit, ſi reus actori præſtet id quod

debet: ſive id faciat ultrò ſuaq; ſponte, ſive à judice coactus executione ſententiæ: quæ executio etiã in invitum fieri ſolet, captis ſcilicet pignoribus, vel mulctæ dictione, vel denique manu militari & carcere: ſicuti quoq; judiciũ ipſum in invitũ reddi dicitur. L.85.§.1.*ff. de v. obl.*

# De Exceptionibus. Tit. XIII.

## *Ad Princip. Tit.*

OMni in judicio primæ partes actori, alteræ reo, tertiæ judici tribuuntur. De actore, qui ſtatim in ipſo judicii veſtibulo atq; ingreſſu actionem ſuam inſtituere neceſſe habet, cùm huc uſq; dictum ſit: ſequitur commodè, ut & de reo, hoc eſt, de exceptionibus, quæ ejus defendendi gratia comparatæ ſunt, & actionibus opponi ſolent, deinceps dicatur. Quemadmodum enim actiones cenſentur arma & tela actorum: ita exceptiones ſunt clypei & ſcuta reorum Hinc ab Ulpiano rectè definitur exceptio, quod ſit quaſi quædam excluſio, quæ opponi actioni cujuſq; rei ſolet, ad excludendũ id, quod in intentionẽ condemnationẽve deductũ eſt. L. 2. *in pr. ff. h. t.* Ideoque omnis exceptio

*Exceptionis definitio.*

juſtam ac jure competentem actionem excludit : idque æquitatis naturalis ratione. Nam quamvis actio per ſe ac vi ſua juſta ſit; adeoq; adverſus reum ſummo jure competat: tamẽ haud æquitati conſentaneum eſt, illam omni reo, qui convenitur, nocere. Cujus rei exempla ferè infinita paſſim in jure noſtro occurrunt: è quibus unum atq; alterum Imp. noſter Juſt. in §§. ſubſequentibus declarat.

§. *Verbi gratia.* I.

*Exceptio metus, doli, erroris &c.*

Qui metu adactus, aut dolo inductus, aut errore lapſus, ſtipulanti quippiam ſpopondit, vel promiſit, is ſubtilitate quidem juris ſeu ſummo jure efficaciter obligatur. L. 36 *ff. de Verb. Oblig.* L. 21. §. *ſi metu.* 5. *ff quod met. cauſ.* L. *Iul. ait.* 7. *ff. de dol. mal. & met. exc.* Sed quia durum & iniquum eſt; eum qui non ex libera voluntate promiſit, ad ſolvendũ condemnari, ipſiq; improbũ alterius factũ nocere: L. 14. §. *aliquando.* 5. *ff. quod met. cauſ.* datur ei ex æquitate exceptio quod metus cauſa, aut doli mali, aut in factum: quâ actionẽ iniquam ſubmoveat atque excludat: dicendo ſe quidem promiſiſſe: verùm ad hoc metu, aut dolo, aut errore inductum eſſe; atq; propterea iniquum fore ſe condemnari, *h.* § *noſtro in fine.* Exceptio igitur quod *metus cauſa* competit ei, qui metum paſſus eſt, ſive

ab eo qui agit, ſive ab alio quocunque L. *apud Celſum.* 4. §. *met.*33. *ff. de dol. mal. & met. except.* Tametſi adverſus parentes & alias perſonas, quibus reverentia debetur, iſthæc exceptio non concedatur. *d.* L. 4. §. *fin ff. eod.* Exceptio *doli* ei datur, qui dolo malo inductus aliquid promiſit; aut alio quodam ex negocio, in quo machinatio fraudulenta latet, convenitur: adverſus actorem, qui dolũ commiſit. L. 2. §. 1. & 2. *ff. de dol. mal & met. except.* Hæcq; exceptio itidem denegatur contra parentem vel patronum: in tantum ut ne quidem contra heredẽ patris vel patroni opponi poſſit. *d.* L. 4. §. *adverſ.* 14. *ff. d. t.* niſi quatenus ipſius heredis malitia coarguitur. *L.* 13. *ff. de dol. mal.* L. 15 *ff. de bon. poſſ. contr. tab.* Exceptio deniq; *in factum* tribuitur reo, qui errore inductus aliquid ſine cauſa promiſit, dum cauſam promittendi ſubeſſe putabat. Et quia huic exceptioni certa formula, & nomẽ certum aſſignari nequit: idcirco in factum, qualecunq; illud eſt, & qualitercunq; erroneum, concipitur, docente Weſenbecio hic in verb. aut in factũ. &c.

§. *Idem juris.* 2.

*Exceptio non numerata pecunia.*

Qui ſtipulanti quaſi ſtatim credituro ſpoſpondit ſive promiſit, is jure quidem Civili & ſum̃o obligatus eſt: quia

tamen per quam durum & iniquum eſt, eam condemnari ad reſtituendum illud, quod nunquam accepit, exceptione *non numeratæ pecuniæ* juvatur, *h.* §. & L. 2. §. *circa prim.* 3. *v. proinde ff. dol. mal. & met. except.* L. 3. & L *in contract.* 14. *C. de non numer. pec.* Cæterum intra quod tempus hæc exceptio proponenda ſit, expoſitum eſt *ſupra ad tit. de liter. oblig.*

§. *Præterea.* 3.

*Pacti conventio.* Qui cum creditore ſuo pactus eſt, ne à ſe debitum peteretur, adhuc obligatus manet; ſi ſcilicet autem civiliter fuerit obligatus. Pacta ſiquidem cum ſint juris gentium: civilem obligationem diſſolvere nequeunt, ex ratione vulgata. L. 35. *ff. de reg. jur.* Quia tamen fidem fallere grave eſt. L. 1. *ff. de pact.* & L. 1. *in pr. ff de conſt. pecun.* igitur debitor exceptione pacti conventi defenditur. *hoc* §. *noſtro L. 7. in princip. & paſſim. ff. de pact.*

§. *Æquè ſi debitor.* 4.

*Juramenti.* Si quis, cùm verè deberet, aut rem alterius poſſideret, poſtulante ſeu deferente adverſario juraverit, nihil ſe debere, aut rem alterius ſe non poſſidere; adhuc quidem obligatus manet: ſiquidem juramentum obligationem ſolummodò naturalem ipſo jure extinguit, non etiam civilem. L. *ult. circ. pr. ff. de*

*jure-*

*jurejur.* L. *Stichum.* 95. §. *naturalis.* 4. *ff. de ſolution.* Quia tamen valdè iniquũ videtur, eum qui poſtulante adverſario juravit, ſe nihil ipſi debere, nec rem ipſius ſed ſuam poſſidere, ad rem debitam ſolvendã, aut rem poſſeſſam reſtituendam condemnari & de perjurio ejus quæri L. *adverſus.* 15. *ff. h. t.* idcirco ei datur exceptio jurisjurandi, quâ agentem vel perſonali vel reali actione repellit, *hoc* §. & L. *nam poſteaquam.* 9. § 1. *ff. de jurejur.*

*§. Item ſi in judicio.* 5.

Rectè exceptio rei judicatæ immediatè ſubjicitur exceptioni jurisjurandi, & cum ea quaſi conjungitur: quia & jusjurandum inſtar judicii habet, ac pro judicio cedit. L. *qui juraſſe.* 26. *in fin* & L. *tutor.* 35. § 1. *ff. de jurej* vicemque rei judicatæ obtinet. *L.* 1. *in princ. ff. quar. rer. act. non dat.* Datur autem exceptio rei judicatæ re, per ſententiam judicis ab actione reali, vel perſonali abſoluto; adverſus actorem, ſi poſtea iterum de eadem re ex eadem cauſa litem moveat. *hoc* §. *noſtro*, L *ſi depoſita* 4. *in fin. C. depoſ.* L. *Iulianus* 3. L. *de eadem re* 5. & *paſſim. ff. de except. rei judic.* *Rei judicatæ.*

§. *Hæc exempli.* 6.

Exemplis inſigniorum exceptionum ali-

aliquammultis explanatis remitttit h.l. Imp. ſtudioſos adoleſcentes ad latiores Digeſtorum ſeu Pandectarũ libros; unde plura deſumi poterunt: quemadmodum & *infra in §. 3. tit. prox.* & alias facere ſolet in re, quia vel prolixior eſt vel difficilior, quã ut eam animi tyronum, quibus hæ inſtitutiones præcipuè inſervire debent, capere poſſint. Ac ſanè incipientes ſtudioſi levi ac ſimplici faciliq; viâ ſunt ad altiora ſtudia ducendi. Nam ut vaſcula oris anguſti ſuperfuſam humoris copiam reſpuunt: ſenſim autẽ liquoribus influentibus & inſtillantib9 complentur: ſic videndum eſt, quid captui atq; ingenio diſcentium conveniat; ne multitudine ac varietate ſive difficultate rerum propoſitarũ onerentur, & tandẽ deſperantes valedicere ſtudiis compellantur. *arg. §. his igitur general. 2. ſupr. de juſt & jur.*

§. *Quarum quædam.* 7.

*Exceptionum diviſio in Civiles & prætorias.*

Dividuntur hic exceptiones primò à cauſa efficiente in Civiles ſive Legitimas & in Prætorias. Illæ ſunt, quæ ex jure Civili, puta ex Lege, Senatusconſulto, aliave ſimili juris parte oriuntur. *L. 7 in pr. ff de I. & I.* Hæ verò dicuntur quæ ex ipſi9 Prætoris Jurisdictione ſubſtantiã capiunt, *h. § noſtro.* Eodẽ modo & obligationes dividuntur *in §. 1. ſupra de oblig.* & actiones. *in §. 3. ſupr. de action.*

. *Appellantur*. 8.

Deinde dividuntur exceptiones à fine & effectu in perpetuas ſeu peremptorias, & temporales ſive dilatorias. Quæ diviſio in forenſi uſu celeberrima non ſolùm hic extat: ſed & multis aliis in locis reperitur. *ut in L. 2. §. ult. &* L. *exceptiones 3. ff. h t. itemq́ʒ in l. 2 C. de precib. Imp. offer.* ubi dilatoria exceptio etiam moratoria appellatur.

*Perpetuas & dilatorias.*

§. *Perpetuæ*. 9.

Perpetuæ & peremptoriæ exceptiones ſunt, quæ ſemper locum habent nec evitari poſſunt, quin ſemper ac in perpetuum obſtent agentibus, & rem ſive litem, de qua agitur, perimant, *hoc §. &* L. *exceptiones. 3. ff. h. t.* L. 2. *C. de precib. Imp. offer.* Sic etenim exceptio doli mali, exceptio quod metus cauſa, itemque exceptio pacti conventi, quo convenit, ne omninò pecunia peteretur ſemper omniq; tempore agentibus obſtant, actionemq; competentem in totũ perimere intelligitur, *per hunc §. noſtrũ.*

*Exceptiones perpetuæ & peremptoriæ.*

§. *Temporales*. 10.

Temporales ſeu dilatoriæ exceptiones ſunt, quæ reo temporis dilationem tribuunt, actionemq; inſtitutã ſive petitionem actoris ſaltem in certum aliquod tempus differunt, *hoc §. & L. exceptiones. 3. verſ. temporal ff h. t.* Exempli

*Temporales ſeu dilatoriæ, temporis.*

gratia; exceptio pacti conventi; quo convenit, ne intra quinquennium ageretur, petitionem actoris non omnimodo perimit; ſed eam duntaxat ad quinquennium uſq; differt, *per hunc textum noſtrum.* Cæterùm quæ pœna ſit tempore plus petentis, dictum eſt *in § ſi quis agens. 33. ſupr. de action.* & ipſe Imperator hic abundè explicat.

§. *Præterea.* 11. *& ult.*

*Perſonarum procuratoriæ.* Exceptiones dilatoriæ non tantùm ſunt temporis, de quibus ſupra §. proximo dictum: ſed etiam perſonarum, de quibus hic agitur. Tales ſunt exceptiones procuratoriæ, quæ ſcilicet contra perſonam procuratoris opponuntur: quod vel mandatum à domino non habeat. L. 1. *ff. de procur.* vel procurator eſſe non poſſit: veluti primò ſunt milites, *hoc §. noſtro. L. filiusfam. 8. §. veterani. 2. L. neq; 54. ff. de procurat. L. militem. 7. L. qui ſtipendia. 9. L. ita demum. 13. C. eod.* Hujuſq; ratio eſt perſpicua: quia milites propter utilitatem publicam & diſciplinam militarem à ſignis & armis, adeoque munere ſuo, per negocia & lites privatorum avocari non debent. *d. L. militem. 7. in fin. & d. L. qui ſtipendia. 9. C. d. t. L. milites. 31. C de locat.* Deinde mulieres procurare prohibentur, *hoc §. noſtro.*

*Procuratores eſſe nequeunt Milites.*

*Mulieres.*

*noſtro. d.l. neq;* 54. *ff. de procurat.* L. 2. *ff. de reg. jur.* Cujus ratio hæc redditur: quia alienarum rerum procurationem publicè ſuſcipere civile & virile officiũ habetur. L. *alienam.* 18. C. *de procur.* Fæminæ autem tum propter imperitiam, tum propter verecundiam ſexus ab omnibus officiis civilibus & publicis remotæ ſunt. *d.* L. 2 *ff. de reg. jur.* L. 1. §. *ſecundo loco* 5. *ff. de poſtul. c. dilecti,* 4. §. *quamvis extr. de arbitr.* Præterea olim etiam infames vel ab infamibus dati, prohibebantur eſſe procuratores, *hoc* §. *noſtro, verſ. eas verò exceptiones &c.* idq; eam ob cauſam: quia ſtare in judicio dignitas quædam eſſe videtur. Infamibus autem portæ dignitatum patere nõ debent. L. 2. C. *de dignit. c. pen. de reg. jur. in 6.* Sed hoc jus primò in deſuetudinẽ abiit deinde expreſſe etiã à Juſtin. ſublatũ eſt, ideo ne ipſius principalis negocii diſceptatio protelетur, dũ de hujuſcemodi procuratoriis exceptionibus altercatur. *h.* §. *noſtr. in fin.* Equidem jure Can. infames à procuratura repelluntur *can* 1. & 2, *c.* 3 *qu.* 7. *Gail.* 1. *obſ.* 43. *n.* 8. Nec litigantibus tantùm ſunt exceptiones dilatoriæ, ſed & judici: qualis eſt exceptio declinatoria fori: qua utitur reus, ſi fuerit conventus eo in loco, vel apud eũ

*Infames.*

Ma-

Digitized by Google

Magiſtratum, ubi & apud quem conveniri non debet. L. *ult.* C. *h. t.* Eaque de re videatur Zanger. *in tr. de except. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 2. *& ſeqq.*

---

# De Replicationibus.

## Tit. XIV.

### *Ad princip. Tit.*

HOC titulo de replicationibus ideò tractatur, quia eæ exceptionum oppugnationes quædam & excluſiones cenſentur. Replicationes quippe nihil aliud ſunt, quam exceptiones; & à parte actoris veniunt. Semper enim replicatio idcircò objicitur, ut exceptionem oppugnet. Itaq; Replicatio rectè definitur, quòd ſit contraria exceptio, quaſi exceptionis exceptio. L. 2. §. 1. & L. exceptio 22. §. 1. ff de exception. Sicut autem exceptiones ſunt introductæ propter quandam æquitatem naturalem: ne ſcilicet ſummum jus ſumma fieret injuria: ita & replicationes & duplicationes & triplicationes & cæteræ allegationes ultrò citroq; factæ eandē cauſam & originem habent; ut Imp. Juſtinianus in hoc principio ſubindicat & exemplo luculenter declarat.

*Replicationis definitio.*

§. *Rur-*

*§. Rurſus interdũ. 1. cum duob. §§. ſeqq.*

Quemadmodum iniquã actoris actionem excludit exceptio Rei; exceptionemq; iniquam rei, replicatio actoris: ita viciſſim replicationem iniquam elidit duplicatio rei; & duplicationem iniquam triplicatio actoris: & ſic deinceps. L. 2. §. *ſed & contra*. 3. *ff. de Except*. L. *conſilio*. 7 §. 1. & 2. *ff. de cur. furioſ. & aliis extr. minor. dand.* Quanquam autem Imp. hic *in §. 3.* aſſerit, interdum etiam ultra triplicationem admitti alias plures allegationes: tamen in pleriſq; judiciis nimia atq; effuſa iſthæc ultrò citroq; allegandi & objiciendi licentia ſalubriter coarctatur & refrenatur; ita ut duobus aut tribus ſcriptis concludendum ſit ad ſententiam. Nam ſicubi crimen abuſus habet, hic certè habet, ſi quis pluralitate exceptionum, pluralitatem & longævitatem litium movere atq; promovere conetur, juxta Venturam de Valentiis *in Parthenio litigioſo Lib. 1. cap. 15. n. 10.*

*Duplicatio & triplicatio.*

*§. Exceptiones autem. 4. & ult.*

In hoc §. Imp. docet, quod exceptiones reis competentes & rei cohærentes etiam fidejuſſoribus concedantur. L. *except*. 7. §. 1. & L. *omnes*. 19. *ff. de exceptionib*. L. *defenſiones*. 11. C. *eod*. Et rectè quidẽ, quia quod à fidejuſſoribus petitur, id ab ipſo

*Exceptiones reorũ fidejuſſoribus competentes.*

Digitized by Google

ipſo debitore ſive reo peti videtur. L. adverſ. 29 ff de recept. qui arbit. receperunt: cum mandati judicio debitor iis redditurus ſit, quod ii pro ipſo ſolverunt, *hoc §. noſtro*, *&* L. 10. *§. fidejuſſores.* 11. *& paſſim. ff. mand.* Cæterum exceptiones, quæ perſonæ debitoris ſive ipſius rei principalis ita cohærent, ut ejus omnino propriæ ſint, ad fidejuſſores nõ tranſeunt, hoc §. noſtro verſ. ſanè quædam &c. *d. l. except.* 7. *in pr. ff. de except.* Etenim beneficia perſonalia non egrediuntur perſonam. L. 68. *&* L. *privileg.* 196 *ff. de reg. jur* Hujusq; generis eſt exceptio illa, quæ accommodatur iis, qui bonis ceſſerunt, *hoc §. noſtro in fine*, ubi Imp. hanc rationem ſubjicit: quod fidejuſſor ideo accipiatur; ut lapſo facultatibus debitore noſtrum à fidejuſſore conſequamur.

---

# De Interdictis.

## Tit. XV.

### *Ad princip. Tit.*

RΕctè nunc Juſtin. ad interdictorũ tractationem accedit: quia & ipſa actionibus annumerantur. L. *actionis.* 37. *in fin. princip. ff. de oblig. & action.* non

non quidem quod interdicta fuerint actiones, ſed quod prætores iis actiones dederit, *arg.§.ult.infr.h.t.* Interdicta a.olim erant formulæ & conceptiones verbor. quibus prætor aut jubebat aliquid (ut in interdictis exhibitoriis, & reſtitutoriis) aut fieri prohibebat; ſicuti in interdictis prohibitoriis accidit. Idque tum maximè fiebat, cùm de poſſeſſione vel quaſi poſſeſſione inter aliquos contendebatur, *per hunc textum noſtrum.* Hodie verò interdicta nihil ſunt aliud, quam actiones extraordinariæ ſive prætoriæ de poſſeſſione vel quaſi competẽtes. Poſſeſſio porrò eſt rerũ corporaliũ, mobilium & immobiliũ. *L.1.* L 3. L.44. *§ ult. &* L.47 *ff.de acqu. vel amitt. poſſeſſ.* Quaſi poſſeſſio rerũ incorporalium, ut ſervitutũ aut alterius juris. Hæ quippe propriè poſſideri dici nequeunt: cum ſedere in iis non poſſumus. *L. 23. §. 2. ff. ex quib. cauſ. maj. &c.* L. *ult. ff. de ſerv.* L. 5. §. *penult. ff. de itin. actuq; privat.* Cæterum & vocula illa (*maximè*) in hoc textu poſita colligitur: quòd interdicta quædam ſint non ſolius poſſeſſionis, ſed ſimul proprietatis cauſâ comparata L. 2. §. 2. *in fin. ff. h. t.* quale proponitur in L. 1. §. *ult. ff. de aqu. quotid. & æſtiv.* L. 3. § *hoc autem.* 13 *ff. de itin. act. priv.*

*Interdictorum definitio.*

§. *Sum-*

Digitized by Google

§. *Summa autem*. 1.

*Diviſio. I. In Interdicta Prohibitoria.* Prima ſive ſumma & præcipua interdictorum diviſio, à forma verborũ ſumpta, tripartita eſt. Nam interdicta aut *prohibitoria* ſunt, quibus Prætor prohibet aliquid fieri; veluti vim ſine vitio poſſidenti. L. 1. *& t.t.ff. ne vis fiat ei, qui in poſſ. miſſ. erit*. vel mortuum inferenti, quò ei jus erat inferendi. L. 1. *& t. t. ff. de mort. infer.* vel in loco ſacro ædificari. L. 1. *& t.t. ff. ne quid in loco ſacro &c.* vel in flumine publico ripave ej9 aliquid fieri, quo pejus navigetur. L. 1. *& t. t. ff. de flumin. ne quid in flum. &c.* Aut *reſtitutoria*, quibus reſtituir Pætor aliquid jubet: *Reſtitutoria.* veluti bonorum poſſeſſori poſſeſſionem eorum quæ quis pro herede aut pro poſſeſſore poſſidet ex ea hereditate. *L.* 1. *& tot. tit. ff. quor. bonor.* vel vi dejecto, poſſeſſionem. L. 1. *& tot. tit. ff. de vi & vi armat.* Aut denique *exhibitoria* *Exhibitoria,* per quæ prætor jubet exhiberi: veluti liberum hominem, L. 1. *& tot. tit. ff. de hom. lib. exhib.* libertum. L. 1. *& tot. tit. C. de oper. libert.* vel filium, L. 1. *& tot. tit. ff. de liber. exhib.* Etſi verò ex iſtis tribus interdictorũm ſpeciebus, propriè illa interdicta appellantur, quibus Prætor aliquid fieri prohibet & interdicit: obtinuit

tamen,

tamen, & reliqua duo interdicta, quibus Prætor reſtituere aut exhibere jubet, generali appellatione recte interdicta vocari, eo quòd inter duos, actorem nimirum & poſſeſſorem, dicantur, *hoc §. noſtro in fin.*

*§ Sequens diviſio. 2.*

Secunda diviſio interdictorum à fine deſumpta, itidem tripartita eſt. Alia namq; adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa comparata ſunt: alia retinendæ: alia recuperandæ, *hoc §. &* L. 2. *§ hæc autẽ. 3. ff. h. t.* omnis quippe de poſſeſſione controverſia eò ſpectat, ut poſſeſſio aut acquiratur, aut conſervetur, aut recuperetur ſive repetat. *arg. L. ult. ff. de* LL.

*Diviſio 2. in interdicta poſſeſſionis*

*§. Adipiſcendæ 3.*

*Adipiſcendæ* poſſeſſionis interdicta ſunt, quibus actor rei poſſeſſionem quã prius non habuit nunc demum adipiſci conatur, *hoc §. noſtro, verſ. ideo autem &c.* L. 2. *§. hæc autem. 3. verſ. adipiſcendæ. ff. h. t.* ejuſmodi duo hîc referuntur: interdictum *quorum bonorũ &* interdictũ *Salvianũ.* Illud datur bonorũ poſſeſſori, adverſus eum qui hereditatem pro herede (id eſt, qui putant, ſe heredem eſſe) aut pro poſſeſſore (id eſt, qui rem hereditariam, vel etiam totam hereditatem poſſidet, ſciens ad

*Adipiſcendæ.*

ſe non pertinere) poſſidet, L 1. *in princ. ff. quor. bonor.* L. 2. C. *eod.* & *hoc* §. *noſtro.* Hoc verò datur domino fundi, ad adipiſcendam poſſeſſionem rerum, ſibi à colono pro mercede fundi, expreſſe oppigneratarũ. *hoc* §. *in fine. tot. tit. ff. de Salvian. interd.* L. 1. C. *de precar.* & *ſalv. interd.*

§. *Retinendæ.* 4.

*Retinendæ.* *Retinendæ* poſſeſſionis interdicta perhibentur, quibus de poſſeſſione retinenda, duo à Juſtiniano hîc recenſentur: Interdictum *uti poſſidetis.* & *utrubi.* Quorũ illud rerũ immobiliũ poſſeſſoribus datur: hoc verò rerum mobilium poſſeſſores tuetur, hoc §. noſtro, verſ. ſed interdicto quidem. L. *1.* & *paſſim ff. uti poſſid* L. *un.* §. 1. *ff. utrub.* In utroq; autẽ ille jure novo vincit, qui tempore litis conteſtatæ, nec vi nec clam, nec precario ab adverſario poſſeſſionem detinet: ſublato jure veteri, quo is qui interdicto utrubi vincere cupiebat, majore parte anni ab adverſario non vitioſè poſſediſſe neceſſe habebat, *hoc* §. *noſtro, verſ. quorum vis. d.* L. *un. in fin ff. utrub.* Cæterùm iſthæc interdicta ſunt introducta tum ad tollendam litem, quæ plerumq; ob poſſeſſionis commodum exiſtit, per hunc textum noſtr. in verſ. & quia longè commodius. &c. tum quia actio in

rem

rẽ prius, quã certus poſſeſſor ſit, inſtitui nequit, L.*ordinarii*.13. *C.de rei vindic.*

*§.Poſſidere*.5.

In hoc §.agit Juſtinianus, de perſonis, per quas poſſeſſio retineatur: & oſtendit, unumquemq; intelligi poſſidere & poſſeſſionem retinere non ſolùm per ſemetipſum , ſed ẽt per alios puta colonos, inquilinos, depoſitarios, commodatarios &c. L.3.§.12. L.9.*l*.30.§.*ult.ff. de acq. vel amitt.poſſ.* L.*licet*.16.§.1.*ff.de poſ*.L.8.*ff.commod.* Quin et. poſſidere ait Imperator non tantum illũ, qui corpore rei incumbit; ſed & qui ſolo animo rem detinet, *d*. L.3.§.*ſed ſi animo*.7.L.*ſi id, quod*.25.§.2.L *quamvis ſalt*.46.*ff.de acq. vel amitt.poſſeſſ.* tametſi ſolo animo poſſeſſio acquiri non poſſit. *d*.L.3.§.1.L.8.*ff. eod*.L.*fere quibuscunq*;.153.*in fin ff.de reg. jur*.L.*licet*.4.*C.de acq.& ret.poſſeſſ.*

*§.Recuperandæ*.6.

*Recuperandæ* poſſeſſ. interdicta ſunt, quibus poſſeſſionẽ amiſſam recuperare conamur. Idq; fit per interdictũ *Unde vi*, quod illi conceditur, qui ex poſſeſſ. rei immobilis, vi dejectus eſt, adverſus dejectorem, *hoc §.& L.1.in princ ff. de vi & vi arm*.L.2.& 4.*C.unde vi* Quin & alia remedia , quibus vim paſſis *Recuperandæ.*

ſuccurritur, jure prodita ſunt. Primò enim ex Divalibus conſtitutionibus, qui rem propriam apud alium conſtitutam vi occupaverat, dominium ejus amittit: qui autem alienam, illam ipſam rem domino reſtituere, ejusq; æſtimationem ſimul præſtare jubetur, *hoc §. noſtro verſ. ſed ex] conſtitutionibus & §.1. verſ. ſed ne dũ talia. ſupr. de vi bonor. raptor.* L. *ſi quis intantam.* 7. *C unde vi.* Deinde qui vi aliquem de poſſeſſione dejecit; tenetur lege Julia de vi publica, ſi cũ armis; de vi a. privata, ſi ſine armis id commiſerit, *hoc §. noſtro, verſ qui autem aliquem &c.* L. 1 *ff. ad* L. *Iul. de vi publ. & privat.* Armorum porrò appellatione quodvis teli genus cõtinetur, *hoc §. noſtro, in fine, §. item lex Iulia* 8. *infr. de public. judic.* L. 3. §. *armis* 2. *ff. de vi & vi arm.* L. *armorũ.* 41. *ff. de verb. ſignific.* Sed & hodie de poſſeſſione vel qſ. poſſeſſ. aliqem armatâ manu dejiciens, ipſo facto incidit in pœnã violatæ pacis publicæ, quæ eſt Bannũ Imperii, hoc eſt, proſcriptio fortunarum & vitę. *Ord. Cam. part.* 2. *t.* 9. *& ſeqq. Andr. Gail l.* 1. *&* 2. *de pace publ. & ejus violator.*

*§. Tertia diviſio.* 7.

*Diviſio* 3. *Interdicto rum in* Tertia interdictorum diviſio à forma ſive modo exercendi petita, bipartita eſt. Nam alia ſunt *ſimplicia*, in quibus unus

unus litigantium eſt actor, & alter reus: qualia ſunt omnia reſtitutoria, & omnia exhibitoria, itemq; omnia prohibitoria, excepto interdicto uti poſſidetis & interdicto utrubi. Hæc etenim ſola duplicia cenſentur, *hoc §. noſtro.* Alia verò *duplicia* dicuntur, in quibus uterq; litigator tam rei quam actoris partes ſuſtinet. L. 2 *in princ. ff. h. t.* Tametſi actoris loco videatur eſſe ille, qui prior ad interdictum provocavit, *arg. L. 2. in fine. ff. commun. divid. & L. in tribus. 13. ff. de judic.* Porro de aliis interdictorū diviſionibus videri poterit L. 1. *in princ. §. 2. cū duob. ſeqq.* L. 2 §. 1. *& l. ult. ff. h. t.* *Simplicia* *Duplicia.*

§. *De ordine. 8. & ult.*

Uſus interdictorum, qualis jure antiquo obtinuit, hodie per conſtitutionē Impp. Arcadii & Honorii ſublatus eſt. L. *ult. C. h. t.* Olim enim non ſtatim à principio & rectà inſtituebatur actio: ſed ante omnia juſſus Prætoris ſub certa formula præcedebat: cui ſi non fuiſſet obtemperatū, Prætor ex interdicto actionē dabat. Aſt hodie ruptis veteribus ambagibus, atq; omiſſis formulis illis & conceptionibus verborum, rectà actio utilis, ſive extraordinaria ſeu in factum, loco interdicti, proponitur, *hoc §. noſtro & d. L. ult. C. eod.* *Interdictorum uſus*

# De poena temere litigantium Tit. XVI.

## *Ad Princip. Tit.*

Cum nihil magis utilitati & tranquillitati publicæ adverſetur, quam lites multiplicari: nihil vero contra magis è commodo Reipublicæ eſſe videatur, quam quantum fieri poteſt, lites tolli atq; diminui. L. *quidam exiſtimaverunt*. 21. *ff. de reb. cred. ſi cert. pet.* L. 1. *ff. de jurejur.* L. *properandum* 13. C. *de judic.* L. 2. *C. de re judic.* L. *magnam*. 12. C. *de contrah. & committ. ſtipul. cum ſimilibus.* Idcirco poſtquam Juſtinianus Imp. de utriuſq; tam actoris quam rei jure atq; officio ſufficienter explicaſſet; aliquid etiam de modis quibus temeritas litigantium coërcetur, ſubjiciendum cenſuit. Litigandi autem temeritas & mulctæ ſive poenæ pecuniariæ & jurisjurandi & infamiæ metu coërcetur, *per hunc textum noſtrum in fine.*

*Temeritas litigantium coercetur.*

§. *Ecce enim.* 1.

Juſtinianus Imperator de poena pecuniaria primo conjunctim agit cū juramento calumniæ: deinde iterum *in §. ult.*

*ult.h.t.* Is ſiquidẽ §. eatenus ad hunc tit. pertinet, quatenus in eo tractatur de poena quinquaginta aureorũ, quâ mulctatur ille, qui parentem vel patronum ſuum abſque veniæ impetratione in jus vocavit. Primo igitur temeritas litigandi coercetur mulctâ ſeu poenâ pecuniariâ, nonſolum, quando adverſus inficiantes ex quibuſdam cauſis (veluti ſi damni injuriæ agatur ex lege Aquilia, aut nomine legatorum locis venerabilibus relictorum *hoc §. noſtro, verſ. at adverſus inficiantes. &c.* aut actione depoſiti neceſſarii quatuor in caſibus *§. rei perſequendæ. 17. verſ. plane. ſupr. de action.* L. 1. §. 1. *ff. depoſit*) dupli actio conſtituitur: ſed etiam quando temere litigantes in expenſas condemnantur, *hoc § noſtro, in fine.* L. *properandum.* 13 §. *ſive autem alterutra.* 6. *L. ſancimus,* 15. *juncta authent. jusjurandum. C. de judic. Novell.* 82. *cap.* 10. Secundo temeritas litigandi jurisjurandi religione coërcetur, quando videlicet tam reus quam actor, itemq; utriuſque partis Advocati jurare coguntur, ſe nõ calumniandi animo, ſed juris ſui opinione & fiducia fretos, agere vel cõtradicere, *hoc §.* L. 2. *C. de jurejur. propt. calumn. dand.* Ejus juramenti formula habetur in renovato jure Wirtembergico, *part.* 1. *tit,* 26. *fol.* 116. *& ſequ.*

*Mulcta.*

*Jurejurando.*

§. *Ex quibuſdam.* 2.

*Infamiâ.* Tertio temeritas litigandi coercetur metu infamiæ. Nam ex quibuſdam cauſis condemnati infames fiunt: veluti actione pro ſocio: item tutelæ, mandati, depoſiti, actionibus directis. *L.1.ff.de his qui not.infam.* nec non furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, de dolo, damnati non ſolum ſed & pacti, *hoc §. noſtro & L. athletas.4.& LL. duab. ſeqq. ff. de his qui not.infam.* Quod non fit in actionibus ex contractu proficiſcentibus; quoniam in iis nō tam turpis pactio eſt L.*in actionibus.7.ff.eod.* quippe cum crimen confiteri intelligatur, qui de eo paciſcitur. L. *quoniam.5.ff.d.t.* Si tamen quiſpiam gratuito paciſcatur, eum non notari, humanius eſt; cum haud conſcientia maleficii pactus cenſeatur. L.*furti.6.§.pactus.3.ff. de his qui not.infam.* L. *non damnatos.18. C. ex quib.cauſ.infam.irroget.*

§. *Omnium.* 3. & *ult.*

*Citatio.* Quemadmodum olim in Jus vocatio omnium actionum initium erat, hoc §. noſtro: ita hodie citatio, quę in ejus locū ſucceſſit, tā neceſſaria eſt, ut ſine judicii & ſententiæ vitio regulariter omitti nequeat. *L.de unoquoque.47.in princ.ff. de re judic.* L.*ea quæ.7.C. quom. & quand. jud. ſentent. proferr.deb. Clement. paſtoralis.§.*

*dici*

*dici ergo ſententia meruit, tit. de ſentent. & re judic.* in tantum, ut ne quidem Princeps Romanus ex plenitudine poteſtatis eam (cum juris naturalis, uti quælibet defēſio eſſe reputetur. L. *ut vim. 3. ff. de I. & I.*) omittere aut impedire poſſit, *arg. § ſed naturalia. 11. ſupr. de jure nat. gent. & civil.* Dominic. *Cardinal. Tuſchus tom. 1. concluſ. practic. Lit. c. conc.* 270. Porro & illud ad coërcitionem temere litigantiũ pertinere videtur, quod Imperator hic ſubjungit: illos qui eas perſonas (puta parentes & patronos, horumq; parentes & liberos) quibus reverentiam, honorem & obſervantiam debent, temere ac ſine veniâ Magiſtratus in jus vocarunt, mulctari quinquaginta aureis. *L. quique litigandi. 4. § 1. L. penult. & ult. ff. de in jus voc.* Vide jus renovatum Wirtenbergicum *part. 1. tit. 11. fol. 67. & ſequ.*

*Temere citantium poena.*

---

# De officio judicis.

## Tit. XVII.

### *Ad Princip. Tit.*

QUæ jura actionum, quæ item reorum ſint, ad hunc uſq; titulum expoſitum eſt: nunc porro quæ partes ſint

 judi-

judicis explanandum reſtat. Ex his tribus quippe perſonis, actore videlicet, reo & judice, judicia principaliter conſtant. *L. Iulianus.* 17. L. *inter litigantes.* 62. *ff. de judic. c. forus.* 10. *verſ. in omni quoque negocio, extr. de Verb. ſignific.* Generale autem officium judicis eſt: ut in judicando legibus ac conſuetudini ſe accommodet: adeoque operam det, ne aliter judicet, quam legibus aut conſtitutionibus aut moribus proditum eſt. *can. judicet.* 4 *cauſ.* 3. *quæſt.* 7. *& hoc princ. noſtro* Alioqu ſententia ipſo jure adeo inutilis & nulla erit, ut ad eam reſcindendam ne appellatio quidem neceſſaria ſit *L.* 1. §. 2. *ff. quæ ſentent. ſine appell. reſcind.* L. 2. *C. quand. provocar. non eſt neceſſ.* Concordat jus renovatum Wittembergicum *part.* 1. *tit.* 56. *fol.* 168.

*Officium judicis generale.*

*§. Ideoque ſi noxali.* 1.

Si actio noxalis inſtituatur: obſervare debet judex, ne dominum præciſe ad damnum, per ſervum vel quadrupedem datum ſarciendum condemnet: ſed ei facultatem noxæ dedendi relinquat, *hoc* §. *& L.* 1. *in fine princip. ff. de his qui effud. vel dejecer.* L. *miles.* 6. *ff. de re judic.* L. 2. *C. de noxal. act.* niſi forte domino ſciente & non prohibente, cum prohibere poſſet, damnum ſit datum. *L.* 2. *ff. de noxal. act. &* L. 2. C. *eod.*

*Speciale in actione noxali.*

§. Ea

§. *Et ſi in rem*. 2.

In rei vindicatione officium judicis eſt: ut ſi adverſus petitorem judicet, tunc poſſeſſorem abſolvat: ſin poſſeſſorem condemnet, tunc eum jubeat rem petitori reſtituere una cum fructibus: ita tamen ut tempus aliquod ei indulgeatur, intra quod reſtituat, ſi id ſine calumnia petat, & de litis æſtimatione ſolvenda caveat, dato fidejuſſore, *hoc §. &* L. *niſi malit*. 11. *ff. de rei vindicat*. Tempus autem illud arbitrio judicis definiendū relinquitur; quoniam nuſpiam definitū eſt, ut in actionibus perſonalibus, in quibus quatuor menſes condemnato indulgentur. L *ult*. C. *de execut. rei judic*. Porro in hereditatis petitione ea quoq; omnia judex obſervare debet: ut videlicet poſſeſſorem condemnet non ſolum ad ipſam hereditatem vel rem aliquam hereditariam reſtituendam; ſed etiam ad fructus inde perceptos, *hoc §. verſ. & ſi hereditas* L. *item veniunt*. 20. §. 6. *&* §. *hæc adverſus*. 12. *& paſſ ff. de hered. petit*. L. 1 *&* 2. C. *eod*.

*In rei vindicatione.*

*In hereditatis petitione.*

§. *Si ad exhibendum*. 3.

In actione ad exhibendum judicis officium eſt, ut reum ſive poſſeſſorē condemnet ad rem exhibendā (id eſt, in publicum producendam), ut ei qui agat, experiundi ſit copia. L. 2 *ff. ad exhib*. L. *locū*. 3. §.

*In actione ad exhibendum.*

*quid ſit.8.ff. de tabul.exhib.*) omnemq; rei cauſam : hoc eſt, ut omne id habeat actor, quod habiturus fuiſſet, ſi litis conteſtatæ tempore res illi exhibita fuiſſet. L. *Iulianus*.9 §. *quantum*.5. & §§. *ſeqq.ff. ad exhib.* L. *cum fundus*.31. *in princ. ff. de reb. credit.&c.* Quanquam ſi exhibendi ſpacium reus poſtulet , id ei denegandum non ſit: dummodo ſine calumnia ac fruſtratione id poſtulet, & de exhibendo ſatiſdet, *hoc §. noſtro &* L. *de eo*. 12. §. *penult. ff. ad exhib.* Nam ſi neq; exhibeat, neq; ſe exhibiturum caveat : in id quod actoris intereſt, rem ſtatim exhibitam eſſe, condemnatur: ita ut utilitates, ſi quæ amiſſæ ſunt, ob hoc quod res non exhibetur, vel tardius exhibetur, à judice æſtimari debeant, *hoc §. noſtro in fine. d. L. Iulianus* 9. §. *ult. ff. eod. tit.*

*§. Si familiæ. 4.*

*In familiæ erciſcundæ judicio.*

In familiæ erciſcundæ judicio officiũ judicis eſt: ut ſi plures res ſint dividendę, facta diviſione ſingulis heredibus ſingulas res adjudicet. Cæterũ ſi adjudicatio impar ſit, is cujus pars præponderat, alteri in certam pecuniam condemnandus eſt, *hoc §. noſtro* , & *L. ſi familiæ*.55. *ff. fam. erciſc.* ſicut & is qui ſolus percepit fructus hereditarii fundi, aut rem hereditariam, dolo culpâve corrupit aut conſumpſit.

*hoc*

*hoc §. noſtro, verſ. eo quoq; nomine. L. & puto. 16. §. ſed & ſi dolo 4. cum §. ſeq. L. inter coheredes. 44. §. 2. & 3. cum ſimilibus. ff. famil. erciſc* L. *non eſt ambiguum. 9. &* L. *incerti. 19. C. eod.* ſed & in hac actione judex rationem habebit impenſarum, quas alter cohæredum fecit in res communes: ſi quidem nihil æquitati magis eſt conſonum, quam ut, quod quis utiliter in rem communem impendit, id recipiat, nec alter cũ hujus jactura locupletetur. *L. jure naturæ. 206. ff. de reg. jur.*

*§. Eadem interveniunt. 5.*

*In communi dividundo judicio.*

In communi dividundo judicio, ſi de pluribus rebus agatur (quod judicium redditur inter eos, qui rem ex alia quam hereditatis cauſa communem habent, ſive ex ſocietate ſive extra cauſam ſocietatis) eadem omnino diviſio obſervatur, quæ in judicio familiæ erciſcundæ. Si quidem & hic officium judicis res communes dividentis, partim in adjudicationibus, partim in condemnationibus conſiſtit, *hoc §. & L. ſi familiæ. 55 ff. famil. erciſc.* Quin & quoad ſumptus ab uno ſociorum in res communes factos item quoad fructus inde perceptos & quoad dolum & culpam: eadem omnia in hoc judicio perinde, ut in ſuperiore familiæ erciſcundæ actione, præſtanda veniunt. *L. pen. C. comm. divid.*

§. *Si finium*. 6.

*In actione finium regundorum*

In actione finium regundorum hoc officium judicis eſt; ut, ubi non poſſit dirimere fines, adjudicatione controverſiam dirimat: & ſi forte, amovendæ veteris obſcuritatis gratiâ, per alias regiones fines dirigere velit, h c per adjudicationem & condemnationem faciat, *hoc* §. *&* L. 2. §. 1. L. 3. *&* 4. *ff. fin. regund.* Sed & eo caſu judex condemnandi poteſtatem habet, ſi quis forſan circa fines aliquid malitioſe commiſerit, puta lapides finales furando, aut arbores excindendo, aut juſſu judicis agros metiri non patiendo, *hoc* § *in fine L. ſed & loci.* 4. §. 3. *& ſeq ff. d. t.* Porro non ſolum civili actione iſthoc nomine aliquis tenetur, verum etiam criminali judicio. Eſt etenim terminorum motio crimen extraordinarium, de cujus poena videatur L. 1. *cum ſeq. ff. de termin. mot. &* Paulus *lib.* 1. *ſentent, tit.* 16. *& lib.* 5. *tit.* 22. §. 2.

§ *Quod autem*. 7. *& ult.*

*Adjudicationis effectus*

Quandoquidem in tribus hiſce judiciis, familiæ erciſcundæ, communi dividundo & finium regundorum aliquoties jam mentio facta eſt adjudicationis: idcirco ejus vim atque effectum hoc loci Imperator exponit, eum nimirum eſſe dominii translationẽ. Quicquid enim

iſtis

iſtis judiciis alicui adjudicatum eſt, id ſtatim pleno dominio ei acquiritur, cui adjudicatum eſt. Itaq; adjudicationem inter modos acquirendi dominii enumerat Ulpianus *in fragmēt. Inſtit. tit. 19. §. adjudicatione, &c.* Illud deniq; quaſi corollarii loco huic titulo addendum eſt: quod in bonæ fidei judiciis permiſſum ſit judici ex æquo & bono æſtimare, quantū actori reſtitui debeat: in ſtricti juris actionibus ille præciſe aſtrictus ſit, pronunciare de actione in judicium deducta, ſecundum naturam ei à jure datam: in arbitrariis vero actionibus judici permittatur ex æquo & bono ſecundum cujuſq; rei, de qua actum, naturam æſtimare, quemadmodum actori ſatisfieri oporteat. *§. in bonæ fidei. 30. & §. ſeq. ſupr. de action.* Cæterum in cauſis capitalibus in mitiorem partem (ut etiam in omnibus aliis rebus) judex inclinare ac potiorem æquitatis rationem habere debet. *L. in omnibus 90. ff. de reg. jur. L. placuit. 8. C. de judiciis.* Cum ſatius ſit, impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentē damnare. *L. abſentem. 5. in princ. ff. de poen.*

*Poteſtas judicis in actionibus bonæ fidei, ſtricti juris & arbitrariis.*

De

# De publicis judiciis.

## Tit. XVIII.

### *Ad Princip. Tit.*

*Judiciorũ publicorum differentia à privatis.*

Judiciis privatis actionibus hactenus cognitis: Juſtinianus Imp. publicorũ judiciorum tractationem ſuſcipiens aſſerit: hæc ab illis differre tam in inſtituendo, quam exercendo. Etenim in privatis judiciis non requiritur ſubſcriptio. *L. ultim. ff. de privat. delict.* quę in publicis omnino eſt neceſſaria, atque ob id inventa, ne facilè quis proſiliat ad accuſationem: cum ſciat inultam ſibi accuſationem non futuram. L. *ſi cui crimen. 7. in princ. ff. de accuſat.* Deinde publica judicia citius ſunt finienda quam privata: illa nimirum intra biennium; hæc vero intra triennium: *L. properandum. 13. C. de judic. & tot. tit. C. ut intr. cert. temp. criminal. quæſt. termin.* Præterea in publicis tormenta & quæſtiones adhibentur: in privatis, non item. *L. divus. 9. & tot. tit. ff. & C. de quæſtion.* Hoc amplius, publica judicia omnia infamiam afferunt condemna-

demnato. *L. infamem. 7. ff. h. t.* privata non omnia ſed quædam tantum pauca, de quibus *in §. ex quibuſdam. 2. ſupr. de poen. tem litig.* Deniq; privata judicia exercebantur per judices à Prætore ad id datos: publica autem per quæſitorem, qui erat Magiſtratus certus ad eam rem delectus. Sed videatur Barnabas Briſſon. *Lib. 2. antiquit. cap. 1.*

§. *Publica autem dicta. 1.*

Publica judicia ſunt illa, quæ certâ aliqua lege conſtituta, ab uno quoque ex populo deferri & intentari poſſunt. *arg. hujus §. & L. 1. ff. h. t.* L. *prævaricationis. 3. §. ult. ff. de prævaricat.* L. *Manichæos. 4. §. 1. C. de hæret. & Manich.* L. *quamvis. 30. in princ. C. ad L. Iul. de adult. & ſimilium.* Hinc actiones populares licet omnibus pateant, L. 1. & L. *popularis. 4. ff. de popular. action.* eoque intuitu interdum publicæ appellentur. L. *eum qui. 30. §. in popularib. 3. ff. de jurej.* non tamen publica ſunt judicia: cum publicorum judiciorũ legibus ſingulariter non ſint conſtitutæ. Ideo autem Imperator hoc loco addit voculam *plerumque*: quia ſunt quædam perſonæ, quibus executio ſive accuſatio horum judiciorum non permittitur, quæ recenſentur in *L. qui accuſare. 8. & duab. ſeqq. ff. de accuſat.* *Definitio.*

§. *Publi-*

*§. Publicorum judiciorum. 2.*

*Diviſio.* Publica judicia dividuntur ab effectu in capitalia & non capitalia. L. 2. *ff. h. t. & hoc §. noſtro.* Capitalia dicuntur, quorum poena eſt vel vitæ, vel libertatis, vel civitatis ademptio. Etenim per haſce poenas eximitur caput de civitate. *d. L. 2 ff. h. t.* Idque fit maxima & media capitis diminutione. *L. 2. ff. de poen.* L. *edicto 13. ff. de bonor. poſſeſſ.* L. *licet capitalis.* 103 *ff. d. verb. ſignificat.* Non capitalia judicia publica ſunt; quorum poena eſt pecuniaria, aut corporalis aliqua coercitio: ut relegatio, ictuſve fuſtium, *hoc §. in fine. d. L. 2. ff. h. t.* L. *capitalium* 28. § 1. *ff. de poen.* Communis autem utriuſque judicii publici poena, eſt infamia. L. *infamem.* 7 *ff. h. t. L. 1. ff de his qui not. infam.*

*§. Publica autem judicia. 3.*

*Species I. Crimen Majeſtatis.* Inter publicorum judiciorum ſpecies primo loco *Crimen Majeſtatis*, tanquã omnium atrociſſimum à Juſtiniano refertur. Majeſtas quidem olim populi Romani erat: L. 1. *ff. ad* L. *Iul. maj.* hodie vero omni omnino ejus imperio per legem regiam in Imperatorem translato, *§. ſed et quod Principi. 6. ſupr. de jur. nat. gent. & civ.* L. 1 *ff. de conſtit.* Princ. L. *un. in princ. ff. de off. præf. prætor.* L. 1. *§. ſed & hoc.* 7. *C. de Vet. jur. enucl.* omnis Majeſtas eſt penes

penes Imperatorem & Imperium ſive Rempublicam Romanam: ita ut crimen hoc Majeſtatis proprie in Imperatorem, ejuſque Conſiliarios ſive Senatores, qui pars ſunt corporis, id eſt, collegii ipſius, & Rempublicam Romanam committatur, *hoc §.* L. *quiſquis. 5. in princ. C. ad* L. *Jul. Maj.* Quanquam autem hujus criminis poena ex jure noſtro Juſtinianeo eſt mors naturalis, puta gladius, publicatis inſuper, fiſcoq; addictis omnibus rei bonis & damnata defuncti memoria, *hoc §. & d. L. quiſquis 5. in fin. princ. C. d. t.* attamen de conſuetudine interdum igne, interdũ diſſectione in quatuor partes, interdum alio graviori ſupplicio hujus criminis rei plecti ſolent, *argum. Conſtitut. Criminal. Carol. V. artic.* 124. *Damhouder. in prax. rer. Criminal. cap.* 62. *n.* 6. *Clar. Lib.* 5. *ſentent. §. læſæ majeſtatis n.* 8. Iſtud ſane in hoc crimine maxime ſingulare eſt: quod non ſolum ipſemet reus ſive autor, ſed & liberi ejus propter delictum patris puniantur. Etenim filii non tantũ à bonis paternis excluduntur; ſed etiam à materna, avitâ & omnium propinquorũ hereditate alieni eſſe jubẽtur: & nequidem ex teſtamento extraneorũ quicquã capere poſſunt, ita ut ipſis perpetuâ egeſtate ſordentibus, ſit & mors ſola-

ſolarium, & vita ſupplicium. *d.* L. *quiſquis* 5. §. 1. *C. ad* L. *Iul. Majeſtat.* Cæterum ad filias quod attinet; iſthæc pœna mitigata eſt, reſpectu ſucceſſionis maternæ, ex qua ipſis legitima debetur; non etiam intuitu aliarum ſucceſſionum, *per textum in Aurea Bulla Caroli IV. cap.* 24. §. 1. *verſ. ad filias. &c.* Ratio porro, cur filii quoq; tam atrociter puniantur, hæc potiſſima redditur: quia etiam in filiis paterni, hoc eſt, hereditarii criminis exempla metuuntur. *d.* L. *quisquis.* 5. §. 1. *C. ad* L. *Iul. Maj.*

*§. Item Lex Iulia de adulteriis.* 4.

2, *Adulterium.* Secunda publici judicii ſpecies eſt *adulterium*, quod definitur alieni thori violatio; ſic dictum, quaſi ad alterum, ſive acceſſio ad alterius thorum. can. Lex illa. 2. verſ. adulterium. cauſ. 36 quæſt. 1. Idq; committitur ab uxore, ſive cum ſoluto, ſive cum conjugatorem habeat: à marito vero proprie non aliter committi adulterium videtur, quam ſi cum nupta ſive aliena uxore ſe commiſceat. L. *inter liberos.* 6. §. 1. *ff. ad* L. *Iul. de adult.* L. *inter ſtuprum.* 101. *ff. de verb. ſignif.* Secus tamen eſt de jure canonico, quo adulterium committitur, ſive ſolutus conjugatam, ſive conjugatus ſolutam, ſive conjugatus conjugatam carnaliter cognoſcat.

ſcat. *can. nemo.* 4, *cauſ.* 33. *qu.* 4. *can. non mœchaberis.* 15. *can. præcepit.* 19. *cum ſeqq. cauſ.* 32. *q.* 5. *can. ſi adulteri.* 2. *& ſeqq. cauſ.* 32. *q.* 6 Quin & non ſolum cum uxore, verum etiam cum ſponſa alterius adulterium committi evincitur *ex L ſi uxor.* 13. *§. divi.* 3. *ff ad* L. *Iul. de adult.* Vindicatur autem hoc crimen publico criminali judicio ex lege Julia à Divo Auguſto lata. L. 1. *ff. eod. cujus* poena eſt gladius ſive ultimum ſupplicium, *hoc §. noſtro,* L. *quamvis.* 30 *§. ult. C. d. t.* L. *tranſigere.* 18. C. *de tranſact.* Et ſi vero ab adulterio plurimum differat *ſtuprum*, ut quod non in nuptam, ſed in ſolutam, virginem videlicet, vel viduam honeſtè viventem committatur. *d.* L *inter liberas.* 6. §. 1 *ff. ad* L. *Iul. de adult.* L *quæ adulterium.* 24. *in fin. C. eod.* eadem tamen lex Julia de adulteriis lata, ſtuprum quoque interdum publicatione dimidiæ partis bonorum; interdum corporis coercitione cum relegatione punit. Illaq; poena in honeſtioribus; hæc in humilioribus locum habet, hoc §. noſtro. in fin. At jure divino & canonico ſtuprator corruptam virginē vel decenter dotare vel in uxorem ducere tenetur: *Exod. cap.* 22. *Deuteron. cap.* 22. *circ. fin. cap.* 1. *&* 2. *ubi Canoniſtæ communiter extr. de adulter.* Cæterum *ſodomia,* item-

itemq; *inceſtus* gladio vel igne vindicã-tur. L. *cũ vir nubit.* 3. *C. ad* L. *Iul. de adult. Iul.* C*larus lib.* 5. *recept. ſentent.* §. *Sodomia. num.* 4. & §. *inceſtus. num* 2.

§. *Item lex Cornelia de ſicariis.* 5.

3. *Homicidium*

Tertia publici judicii ſpecies eſt *homicidiũ*, ita ab homine cædendo dictũ, quaſi cædes hominis. Idq; lex Corneelia de ſicariis (à Lucio Cornelio Sylla, Dictatore Romano lata. L. 2. §. 32 *verſ. deinde Corn. ff. de orig. jur.*) ita vindicat: ut, qui hominem cujuſcunq; ætatis, ſexus & conditionis, quoquo modo, ſive telo (cujus appellatione venit omne id quod manu cujusq; jacitur, ſive lapis fuerit ſive lignum ſive ferrum, *hoc* §. & *L.* 233 §. *telum.* 2. *ff. de verb. ſign.*) ſive veneficio, conſulto & dolo malo interfecerit, eum morte mulctet, *hoc* §. *noſt.* L. 1. *L.* 3. §. *pen. L.* 7. & *L. qui cædem.* 16. *ff. ad* L. *Corn. de ſicar.* Hancq; pœnam hodie indiſtincte ẽt. in perſonis nobilioribus admittendam eſſe, probabilius videtur. *Gen.* 9. *v.* 6. Ex. 21. *v.* 12. L*ev.* 19 *v.* 10. *Mat.* 6. *v.* 52. *L.* 3. *circa medium* C. *de Epiſ. aud.* L. *ſiquis.* 8. *C. ad* L. *Corn. de ſicar.* *Conſtit. crim. Caroli V. art.* 137. *can. duo iſta.* 35. *cauſ.* 23.

*commiſſũ à mandatario.*

*qu.* 4. Nihil autem intereſt, utrum aliquis occidat ipſe, an mortis cauſam dolo malo animoq; occidendi præbeat. *L.*

*nihil*

*nihil intereſt.15. ff. ad L. Corn. de ſic.* Unde is ceu ſicarius, non im̃erito tenetur, qui alteri mandavit, ut homicidium committeret: nec refert utrum mandatarius aliàs ſua ſpõte illud perpetraturus, nec ne, eſſet: quia nihilom eâd. pœnâ mandans cum mandatario eſt afficiendus. *d. l nihil. 15. §. 1. ff. eod.* L. *non ſolũ 11 § 3 ff de injur.* L. 1. §. 12. *ff. de vi & vi arm* L. 5 *C. de accuſ.* Ejusq; ratio in proclivi eſt: quoniam quod quis per alium facit, per ſe ipſum facere reputatur. *L. 169 ff. de reg. jur. c. qui facit. 72 ff. de reg. jur. in 6.* Cæterùm quomodo homicidium à plurib. commiſſum puniendum ſit, valdè controverſũ eſt? Ego circâ hanc contoverſiam aliquot caſus breviter conſiderandos & explicandos eſſe opinor. Primus eſt, cum plures deliberato & communicato conſilio aliquem interfecerunt; & ignoratur quis vulnus lethale intulerit. Hoc caſu ſtatuendum eſt: omnes tanquam homicidas, ordinariæ L. cornelię pœnę ſubjiciẽdos eſſe: eo quod omnes occidendi animum habuerint. L. 1. §. 3. *ff. ad L. Corn. de ſicar conſtit. Crim. Caroli V. art. 148. in princ.* Secundus eſt: cum plures citra deliberationem & occidendi animum convenerunt & in turba vel rixa, caſu exorta, unicum vulnus

*A pluribus*

eſt

*L.Cornel. de ſicar.* Idq; procedit, dummodo ex inſtrumenti qualitate aliisq; conjecturis animus occidendi doceri nō poſſit. Exempli gratiâ: ſi in rixa quispiam adverſarii caput gladio, ad occiſionem hominis apto, vehementer percuſſiſſet, vel pugione cultrove eum perfodiſſet, vel globum in ipſum emiſiſſet. His certè & ſimilibus caſibus ordinariam ille mortis poenam effugere non poſſet. *d.* L.1. §.3. *ff d.t.* & *d.art.*148. *verſ.* So aber etliche Perſonen *&c.* Quartus eſt caſus: cùm plures in rixa caſuali uni plura vulnera inflixerunt, quæ ſingula lethalia non fuerunt: ſed omnia conjuncta mortem attulerunt. Hoc caſu omnes extraordinariâ duntaxat Legis Corneliæ poena (niſi forſã armorum genus animum occidendi arguat, ut in precedenti caſu dictum) caſtigandos eſſe, probabilius eſt. *d.L.*1.§. *Div.*3.*ff.ad* L. *Cornel.de ſicar.* Quintus & ultimus caſus eſt: quando plures in rixa fortuitò ſubortâ, plura vulnera lethalia alicui impegerunt: verùm neſcitur, quis primum vulnus lethale intulerit; atq; ita per conſequens quis occiderit. Hac ſpecie omnes quidem de occiſo teneri, ſed propter incertitudinem (quæ regulariter omnes actus vitiat L.*cum dico.*17.*ff.*

*de in diem addiction.*) non pœnâ ordinariâ, ſed extra ordinem tantum, arbitrio judicis coercendos eſſe pleriq; cõcludũt *arg. d.* L. *abſentem. 5. ff. de poen. Menoch de arb. judic quæſt. lib 2. cent. 4. caſ 362. num. 18. Berlich part. 4. concluſ. practic. concluſ. 11. num. 32. cum ſeqq. & noviſſimè Petrus Pappus à Tratzberg in corpor. jur. milit. artic. 3. ſub lit. b pag. 19. & ſequ. aliiq; ab ipſis laudati.*

§. *Alia deinde* Lex. 6.

4. *Parricidiũ*

Quarta publici judicii ſpecies eſt *parricidium*, quaſi parenticidium, crimen utiq; longè aſperrimum & atrociſſimum, quo parentes, quive parentum loco ſunt; liberi, quive liberorum loco habentur, itemq; uxor vel maritus dolo malo è medio tolluntur L. 1 *ff. ad* L. *Pompej. de parricid.* Hujus autem graviſſimi criminis reus ex conſtitutione Imperatoris Cõſtantini ita punitur, ut culeo, id eſt ſacco coriaceo inſuatur cũ cane, gallo gallinaceo, viperâ & ſimiâ: & vel in vicinum mare vel amnem projiciatur. *L. unic. C. de his qui parent. vel liber. occider.* Sin mare vel flumen propinquùm non ſit beſtiis parricida objici debet. *L. pen. in princ. ff. ad* L. *Pompej. de parricid.* Cęterum hodie pœna iſthæc in uſu eſſe deſiit, & parricidæ vel gladio feriuntur, ignitis prius

prius forcipibus lacerati; vel in quatuor partes diſſecantur; vel vivi in terram defodiuntur; vel equo aut vehiculo alligati ad ſupplicii locum pertrahuntur, ibiq; rotæ in altum erigendæ affiguntur; vel pro cujuſq; loci ac regionis conſuetudine aliud ſupplicii genus ſubire coguntur, *arg. Ordinat. Criminal. Caroli V. art.* 131. Afficiuntur porrò hac poenâ non ſolum parricidæ ipſi, ſed & quivis alii, quantumvis extranei, dolo malo illos ad parricidium committendum juvantes vel inſtigantes, *hoc §. noſtro verſ. nec non is, cujus dolo. &c.* L. *utrum.* 6 *ff. ad L. Pompej. de parricid.* Qui verò aliquē ex aliis cognatis affinibusve occiderit; non hanc parricidii, ſed legis Corneliæ de ſicariis poenam ſuſtinebit, *hoc §. in fine & L. penult. §.* 1. *ff ad* L. *Pompej. de parricid.*

*§. Item lex Cornelia de falſis.* 7.

Quinta judicii publici ſpecies, eſt *Crimen falſi*: Quod nihil eſt aliud quàm doloſa veritatis immutatio *arg.* L. 1. *in princip.* L. *quid ſit falſ.* 23 *ff. ad L. Cornel. de falſ. Iul. Paulus lib.* 5 *. recept. ſent. tit.* 25. *§. falſum eſt, &c.* Poena ejus eſt in liberis quidem deportatio, & omnium bonorū publicatio; in ſervis v. ultimū ſuppliciū *h. §. noſtro. d. l.* 1 *§. ult ff. ad* L. *Corn. de falſ.* Quę tamen pœna pro qualitate factorū *5. Crimen falſi.*

aut

aut intenditur. *L. ubi falſi.* 22. *C. d. t.* aut remittitur. L. *falſi.* 13. §. 1. L. *qui duobus.* 21. L. *penult. & ult. ff. eod.* Sanè qui *falſam monetam* fabricaverant, ordinariæ legis Corneliæ poena olim ſubjiciebantur. L. *quicunq;* 8. & L *ſeq. ff. eod. L. Cornel. de falſ.* hodie verò falſam monetam fabricantes, flammarum exuſtionibus mancipantur, ex conſtitutionibus Impp. Cõſtantini *in* L. 2. C. *de falſ. monet.* & Caroli V. *in Ordin. Crimin. art.* 3. Illud intereſſe non videtur: utrum aliquis ipſius Imperatoris an alterius principis, Impetore inferioris, monetiam adulterarit. Nã & hujus Principis moneta pro ipſius Majeſtatis moneta reputatur: cùm hujusce monetæ vis ac poteſtas omnis à Majeſtate pendeat. *Bodin. l. 1. de republ. cap.* 10 *pag. (mihi)* 263. Unde & plerunq; non ſolum in feriorum Principum, ſed & liberarum Imperii Civitatum numiſmata, Cæſaris in orbe circumſcriptum nomen, Aquilamq; bicipitem referunt. *D. Beſold. Lib. 1. Pol. cap.* 4 *num.* 72. Porrò quod dictum eſt, monetam falſam cudentes ignis poenâ afficiẽdos eſſe: id non obtinet in illis, qui nondum perfecerunt monetam; ſed ſolummodo aliquid egerunt, & fabricare cæperunt: veluti ſi percuſſerunt quidem materiã,

non-

nondum verò imaginem & formam impreſſerunt. Hi etenim haud poenâ mortis, ſed aliâ mitiori, arbitrio judicis plectendi veniunt. *L. qui falſam*, 10. *ibiq; Hippolytus de Maſſiliis. num.*60 *ff. ad* L. *Cornel. de falſ.* Expendens autem falſam & vitiatam monetam ſcienter: ſiquidem nummi ſunt plumbei vel ſtannei: punitur poenâ ordinariâ falſi; ſi nummi alterius materiæ, puta æreæ, argenteæ vel aureæ ſint: poena extraordinaria erit. *L. lege Cornelia.* 9. *§. eodem. lege.* 2. *ibiq; Bartol. ff. ad* L. *Cornel. de falſ. Iu* l. *Clar. lib.* 5. *ſentent. §. falſum. num. ult.* Cæterum Imp Carolus V. *in ſua Ordin. Crimin. art.* 3. conſtituit; eos qui ex cauſa permutationis, vel ſimili, falſam monetam conquirunt, & in fraudem ac detrimentum proximi doloſè & ſcienter rurſus expendunt, comburendos eſſe: & ſic eâd. poenâ plectendos, quâ afficiuntur illi, qui falſam monetam cudunt. Si verò quis non ſcienter; ſed errore & ignorantiâ falſam ex penderet monetam, eum omnino excuſari, æquum eſt. Sane qui non falſam ſed probam monetam expendunt, majore tamen æſtimatione & valore, quam legibus definitum eſt: omni auro & argento, quod in contractum venit, Magiſtratui applicando

mulctatur: *ut ſancitum eſt in conſtitutione Imp. Ferdinandi, de ære, Anno* 1559. *promulgata.* §. welche aber dieſes übertretten. *& duob.* §§. *ſeqq.*

§. *Item Lex Iulia de vi publica.* 8.

Sexta & ſeptima judicii publici ſpecies eſt *Vis publica & privata.* Publica vis

6. *Vis publica.* dicitur tum à perſona eaque vel agente, puta ſi Magiſtratus, poteſtate ſua abutens, contra jus & fas ſubditis vim inferat. *L. Lege Iulia.* 7. *ff. ad* L. *Iul. de vi publ.* vel patiente, ut ſi privatus vim inferat Magiſtratui, quatenus tali. L. *qui dolo malo.* 10. *ff. d. tit.* tum à modo, ſi ſcilicet privatus privato vim inferat cum armis. §. *recuperandæ.* 6. *circ. fin. ſupr. de Interdict. & hoc* §. *noſtro.* Privata vis eſt illa,

7. *Privata.* quæ ſine armis fit, dummodo non à publica aut in publicam perſonam inferatur. L. 2. *& ſeqq. ff. ad* L. *Iul. de vi priv. & d.* §. *recuperandæ.* 6. *verſ. qui autem aliquem. ſupr. de Interd. Bachov. in not. ad Treutl. diſputat.* 32. *volum.* 2. *pag.* 12, 64. *& ſeq.* Poena vis publicæ eſt vel ultimum ſupplicium, L. *quoniam* 6. L. *ſervos.* 8. *&* L. *ult. C. ad* L. *Iul. de vi publ. vel privat. & L. penult. ff. eod.* vel deportatio, *L. ſi quis.* 7. *in fin. C. d. t. L. qui dolo.* 10. §. *ult. ff. ad L. Iul. de vi publ.* vel bannum Imperii, *Andr. Gail. Lib.* 1. *de pac. publ. c.* 7. *&* Lib. 2. *cap.* 1. *& ſeqq.*

Digitized by Google

*ſeqq.* vel relegatio, *ex ordinatione criminali Caroli. V. art.* 127. Poena autem vis privatæ, eſt tertiç partis bonorum amiſſio cum infamia. *L.* 1. *in princ.* & L. *ult. ff. ad* L. *Iul. de vi privat.* quæ infamia ex omni publico judicio damnatum ſequitur. L. *infamem.* 7. *ff. de public. judic.* Cæterũ illa vis, qua virgo vel vidua vel ſancti monialis, aliave honeſta mulier rapitur, graviori poena vindicatur. Etenim non ſolum ipſi raptores ultimo ſupplicio afficiuntur: ſed complices etiam conſcii & miniſtri iſtius ſceleris capitali ſupplicio coercentur, *hoc* §. *noſtro in fine*, L. *raptores virginum.* 54. *C. de Epiſcop.* & *Cleric. L. unic.* §. *poenas.* 2. C. *de rapt. virgin. Nov.* 143. *in princ.* Eademque poena locũ habet, etiamſi mulier doloſa perſuaſione inducta raptui conſenſerit, *arg.* L. 1. § *perſuadere.* 3. *ff. de ſerv. corrupt.* L. 3. §. *ſi quis volentem.* 5. *ff. de homin. liber. exhibend. Ordinat. Crimin. Caroli V. articul.* 118.

§. *Item Lex Iulia Peculatus.* 9.

Octava publici judicii ſpecies, eſt *Peculatus*, qui definiente Labeone, nihil eſt aliud, quam pecuniæ publicæ aut ſacræ furtum, non ab eo factum, cujus periculo fuit. *L. ſacrilegi.* 9. §. *Labeo.* 2. 8. *Peculatus.*

*ff. ad L. Iul. pecul.* Et quidem publicæ rei furtum propriè peculatus vocatur, ejuſque poena ordinaria eſt deportatio, *hoc § noſtro in fin. & L 3. ff. ad L. Iul. pecul.* rei verò ſacræ aut religioſæ furtum propriè *ſacrilegium* dicitur: cujus poena eſt arbitraria ſeu extraordinaria. L. *Lege Iulia.* 4. §. 2. L *ſacrilegii* 6. *ff. d. t.* ſanè ipſi judices ſive Magiſtratus, ſi tempore adminiſtrationis publicas pecunias ſubtraxerint; itemque ii quorum operâ factum eſt, ut judices depecularentur; ut & illi qui pecunias ab illis ſubtractas ſcienter ſuſceperunt, ultimo ſupplicio puniuntur. L. *un. C. de crimin. pecul. & hoc §. noſtro.* Et ſi porro jure Juſtinianeo ſacrilegium non dicitur, ſi vel res ſacra è loco profano, vel res profana è loco ſacro ſubtracta fuerit. L *aut facta.* 16. §. *locus.* 4. *ff. de poen.* L. *Divi.* 5. *ff. ad L. Iul. peculat.* attamen jure Canonico (quod ſequitur conſtitutio criminalis Caroli V. art. 171.) alterutrum, ut nimirum res vel ſacra ſit vel de loco ſacro ſubtracta, ad ſacrilegium inducendum ſufficit. *c. ſi quis contumax.* 16. *& can. quiſquis. ſeq. cauſ.* 17. *qu.* 4.

§. *Eſt & inter publica.* 10.

9. *Plagium.* Nona judicii publici ſpecies, eſt *Plagium*; ἀπὸ τοῦ πλαγίου, id eſt, ab obliquo dictum,

Digitized by Google

dictum, quod fiat πλαγίως, id eſt, obliquè & fraudulenter, ut tradit Suidas & Iſidorus. Idque definitur liberi hominis vel ſervi alieni ſuppreſſio, dolo malo facta. Plerumque enim celando ac ſupprimendo plagium committitur. *L.* 3. 5. 6. *& paſſim. ff & C. ad* L. *Fabiam de plagiar.* Poena hujus Criminis olim erat pecuniaria *arg. L. Lege Fabia ff. de manumiſſ. Paulus* Lib. 5. *ſentent. recept. tit.* 25. *ad L. Fab.* ſed poſtea metalli poena eſſe cæpit. *L. ult ff. ad* L. *Fab. de plag.* Nonnunquam verò mortis poena plagiarius afficitur. *hoc §. noſtro &* L. *ult.* C. *d. tit.*

§. *Sunt Præterea.* 11. *& ult.*

Decima publici judicii ſpecies eſt *ambitus*: qui committitur ab illis, qui pecunia atque largitionibus honores, dignitates, magiſtratus & ſacerdotia ambiunt. Poena autem hujus criminis, eſt mulcta centum aureorum, cum nominis infamia. L. *unic. ff. ad* L. *Iul. de ambit. &* interdum pro qualitate admiſſi, deportatio. *L. unic. C. eod.* Cæterum jure Canonico crimen iſtud, quando ſcilicet aliquid pro ſpiritualibus exigitur vel promittitur, *Simonia* appellitatur. *tot. tit. extr. de Simonia*: à Simone Mago, qui ſe Spiritus Sancti chariſmata ſive gratiam planiâ comparare poſſe, impio errore 10. *Ambitus.*

 puta-

Digitized by Google

putabat, *de quo in Actis Apoſtolorum cap.* 8. *v.* 18. *& ſeqq.* Undecima judicii publici ſpecies, eſt *Crimen repetundarum*, vel plenius, repetundarum pecuniarum; quod committunt ii qui in officii publici adminiſtratione conſtituti pecuniam acceperunt, ut vel officium facerent, vel minus quid ex officio facerent. L. 1. *& paſſim. ff. ad* L. *Iuliam repet.* Hujuſq; criminis pœna modo levior eſt, ut relegatio, vel ordinis amotio; modo gravior, ut exilium ſive deportatio vel etiam capitis. L. *lex Iulia* 7. §. *ult. ff. d. t. L. ſiquis aliquid* 38. §. *judices.* 10. *ff. de poen.* ut proinde non ſatis conſideratè neq; diſtinctè Juſtinianus hîc dicere videatur: hæc publica judicia animæ amiſſionem non irrogare: cùm interdum irrogent, ſicuti jam oſtenſum. Sed & non nunquā quadrupli pœna ſibi locum vindicat, L. 1. *&* *L. ult. in fin. C. ad* L. *Iul. repetund.*

11. *Crimen repetundarum.*

Duodecima publici judicii ſpecies, eſt *crimen fraudatæ annonæ:* Quod committitur ab eo, qui annonam publicam fraudat & vexat, vel ſocietatem coit, ut annona arctior & carior fieret. L. 1. *&* 2. *ff. ad* L. *Iul. de Annon.* Annonæ autem appellatione veniunt omnia quæ ad victum humanum pertinent. *L.* 1. *junct.*

12. *Crimen frdudatæ annonæ.*

*rubric,*

Digitized by Google

*rubr. C. de erogat. militar. annon. l.* 12 Pœna hujus criminis extraordinaria ſive arbitraria eſt, pro modo ſcilicet admiſſi, ut ait Paulus *in* L. *in Dardanarios* 37. *ff. de poen.* Aliàs quippe eſt pecuniaria, puta viginti aureorum. *d.* L. 2. *in fin. ff. ad* L. *Iul. de annon.* aliàs negotiationis interdictio, aliàs relegatio, aliàs in metallum ſeu opus publicum damnatio. L. *annonam* 6. *in princip. ff. de extraordin. Criminib.*

Decima tertia & ultima judicii publici ſpecies, eſt *crimen reſiduorum*, ſive pecuniarum reſiduarum: quod committitur ab iis, qui pecuniam publicam, ſibi ad uſũ publicũ datam retinuerunt; ſive penes quos aliquid inde reſedit, quod in ſuos uſus cõverterint. Inde quippe reſiduę pecunię nomen habent. *L. lege Iulia.* 4. § 3. *& §. ſeq. ff. ad L. Iul. pecul. &c.* Hujus criminis poena eſt: ut damnatus non ſolum infamis reddatur; ſed etiam tertiam partem amplius quam debet, ſolvere cogatur. *d. L.* 4. §. *quia lege.* 5. *ff d. t.* Denique notandum: Judicium hoc de reſiduis ut & peculatus, & de pecuniis repetundis, tranſire etiam adverſus heredes, *L. ult. ff. ad* L. *Iul. pecul.* L. 2. *ff & C. ad* L. *Iul rep.* & L. *in ſenatusconſultum.* 15. §. *ſi propter.* 3. *in fin. ff. ad SC. Turpill.*

13. *Crimen reſiduorum.*

*Atq;*

Atque hæc quidem de publicis judiciis pro inſtituti noſtri & Imperatoris Juſtiniani ratione ſummo digito & quaſi per indicem tetigiſſe, hoc eſt, ſummatim ac levi & ſimplici via expoſuiſſe, ſive (ut cicero pro Cælio loquitur) primoribus labris & extremis digitis attigiſſe nobis ſufficiat. Cæterũ plenior exactiorq; iſtorum judiciorũ omniũ cognitio ex latioribus Digeſtorum voluminibus, quo Imperator nos hic remittit, petẽda erit, maximè verò *ex Libr. 48. à tit. 4. uſque ad tit. 15. incluſivè.* Sed & non de hiſce tantum judiciis, verum aliis etiam criminibus pluribus conſuli poterunt, qui ex profeſſo praxin criminalem tractarunt, inter quos facilè principem obtinent locum Jodocus Damhouderius, Tiberius Decianus, Julius Clarus, Hippolitus de Maſſiliis, Petrus à Placa & Proſper Farinacius, aliique ab ipſis laudati.

FINIS.

*Laus & honor, virtuſq; Tibi, pie Chriſte Redemtor, Dicta ſit; & Patri, Spirituiq; Sacro.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google